liotheca
oll. Rom.
. Jesu

BELLVM GERMANICVM.

Hoc est:

CLARISSIMI VIRI, Dn. LUDOVICI

AB AVILA ET ZVNNIGA, MILITIÆ ALCANTARENSIS PRÆFECTI, Commentariorum de bello Germanico à CAROLO V. Cæs. Max. gesto, libri duo à GULIELMO MALINÆO Brugensi è lingua Hispanica latinè redditi & iconibus ad historiam accommodis illustrati:

Vt et

LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII, HISTORICI

GRAVISSIMI DE EODEM BELLO GERMANICO libri septem, ad Amplissimum ordinem Senatorium Reipubl. Daventriensis olim exarati:

NUNC DENVO IN VSUM PRÆSENTEM portatili hac forma recusi, præfixâ ad Lectorem hujus editionis ratione, & additis indicibus.

ARGENTINÆ,

Impensis CHRISTOPHORI AB HEYDEN Bibliopolæ. M. DC. XX.

TYPOGRAPHUS LECTORI SALUTEM.

Q*vamvis, candide Lector*, Nulla Salus Bello, *ut Poeta canit; & Bellum secundum Priscianum inde nominis originem apud Latinos per ἀντίφρασιν traxisse videatur, quod* minimè bellum sit, *ac propterea omnibus & qui regunt & qui ad consilia adhibentur, ut quam minimum Bellorum exoriatur, curæ cordiq́ esse debeat, imò prius tentanda omnia, quam bello quid decernendum, verè prudenterq́ dixerit, qui dixit: attamen non defuêre, qui aut urgente sic necessitate, strenuè fortiterq́ Bella gesserunt: aut qui eadem*

strenuè fortiterq́, gesta literis suis mandarunt & ad seros usq́, posteros transmiserunt. Et rectè quidem utrosque fecisse judico, si quid judicare possum: Pium enim est, ut Magistratus, Magistratus inquam, non quivis subditus, gladio, quod non frustrà à Deo accepit, tam ad bonorum defensionem, quam pœnam malorum utatur, pro Aris & Focis pugnet, & vindictæ divinæ sit executor, cum astipulante nobis Sacrâ Paginâ maledictus, qui opus DOMINI *fraudulenter facit, & gladium suum à sanguine prohibet. Bonum quoq́, est, Cedroq́, dignum, literarum monumentis & belli cujusvis historiâ perscriptâ Martis alumnos tacitè monere ut ne temerè Bellum suscipiatur, aut si justâ legitimâque de causâ, quæ solùm* NECESSITAS, *susceptum initumq́, fuerit, ne actione injustâ, id quod multis sanè proh dolor accidisse compertum est, justa perdatur causa: néve benè rei gerendæ*

rendæ

rendæ occasio, quæ fronte capillata, post hæc calva, segniter turpiterq́; non sine magno & vitæ & bonorum discrimine dilabatur, diligẽter caveant. Et ne longius abeam, resq́; exemplo careat, en Bellum Germanicum, *quod invictissimus olim Induperator* Carolus V. *cum* Saxone *&* Hasso *Protestantium confœderatorum Ducibus Illustrissimis ac potentissimis, &* Hi *cum* Illo *mirâ mechristè Fortunâ gesserunt, & tum ab oculato illo teste* Ludovico ab Avila, *tum à* Lamberto Hortensio Montfortio *historico & Grammatico insigni literis mandatũ est, id quod typis nunc nostris non absq; ratione portatili hac formâ editum, tibi, Amice lector, parvo redimendum precio venale exponimus. Cũ enim hoc salutari olim Religionis pace firmatâ sopitum, illâ denuò hinc indè sublatâ, magno sanè multorum cum timore, exulcerato hoc seculo recrudescere ac repullulascere incipiat, ut*

tandem utrinq; sapere & quid boni expectandum sit indè discamus, in memoriam reducendum esse duximus. Nec est, quod Momus objiciat, illud & à Sleidano, Thuano, Camerario, Crusio, aliisq; diligentißimis summâq; laude dignißimis historicis esse descriptum, ita ut Avilâ, nigro aliàs carbone à Marchione Alberto Brandenburgico notato, tanquam summo summi Imperatoris adulatore, nec non Hortensio tanquam deliro & in Scholis attrito Grammatico haud opus sit, cum ambo hi & suum præstiterint & singulare quid contineant. Avila namq;, Equitatus Cæsarei præfectus, intimusq; Imperatoris consiliarius, quid in castris Caroli V. consultum actumq; quæ belli ratio, quæ acierum formæ, quis castrorum situs, quæ itinera, quæ stationes, &c. fuerint, ut Miles ita ob oculos nobis ponit, ut coràm quasi intueri cuncta quis putet; taceo, bellica præcepta & observationes,

quas narrationi historicæ immiscere consuevit. Hortensius verò, quem Sleidanus tanquam in tenebris ducem ubivis ferè è vestigio sequutus est, ita exactè & ἀπαθῶς omnia enarrat, id quod veri Historici est, ut cujus partis Grammaticus hic historicus fuerit, nusquam appareat. Fuerunt præterea hi duo, quos conjungere nobis placuit, omnium primi, qui Bellum Germanicum & scripserunt & typis evulgarunt: prodierunt namq; quinquennio antè Sleidanum ita ut hic illorum discipulus & imitator verè dici ac nominari possit. Digni tandem judicati sunt, ut ille non Hispanicâ saltem, sed & Italicâ, Gallicâ, Latinâ & Germanicâ ederetur linguâ: hic verò à Clarissimo viro & IC. præstantissimo Simone Schardio collectaneis suis historicis asscriberetur; quod profectò nunquam fuisset factum, nisi à magnis magni quoq; æstimati semper fuissent. Cum igitur res ita sese habeat &

Exemplaria distracta sint, ut Avila latinitati donatus nullibi in officinis, ac ne præcipuis in Bibliothecis etiam; hic verò præter veterem & mancam Basiliensem editionem, non nisi in secundo Schardij tomo reperiatur, sumptus non pœnitendos facere putamus, & tempori & multorum usui inservientes, dum hos conjungimus & edimus. Tu, Lector candide, hisce conatibus nostris fave ac Vale.

ILLU-

ILLUSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO Domino, Domino COSMO MEDICI, Florentiæ Duci, GULIELMUS MALINÆUS Brugensis,

S. P. D.

QVum rei militaris virtus, ut à Cicerone dictum accepimus, Illustrissime Princeps, cęteris virtutibus pręstet, omnia literarum studia, & ferè quælibet vitæ actio lateant in tutela ac præsidio bellicæ virtutis, omnia deniq; quæ sunt in imperio, in statu Reip. ab ijs defendi & firmari putentur, qui militari virtute antecellunt, rectè id mihi institutum esse videtur, ut, quæ simul atque increbuit suspicio tumultus, artes, ilicò conticescunt, illæ ipsæ, tranquilla jam libertate reddita, protinus excitatæ in summi Impera-

toris laudem convertantur, à quo ſalutem & conſervationem acceperint. Nam & jure quodammodo imperatoriæ virtutes quaſi mercedem rerum geſtarum ab eruditis repoſcunt, ut in memoria gratorum hominum tanquam in luce ponantur, & ſcriptores ipſi non ſolum vivi ac præſentes, ſtudioſos rerum cognoſcendarum docent & adjuvant, ſed hoc idem etiam poſt mortem monumentis literarum aſſequuntur. Quo fit, ut, quum natura nihil præſtantius habeat, nihil quod magis expetat quàm honeſtatem, quàm laudem, quàm dignitatem, quàm decus, hæc nimirum præmia tam bonus Princeps, quàm ſcriptor incorruptus, ſuo utrique ſtudio adepti, vitæ brevitatem poſteritatis memoria conſolentur, & his

gradibus etiam homines, ut ille ait, in cœlum videantur aſcendere. Quarum rerum honeſtiſsima gloria D. Ludovicus ab Avila ductus, commentarios de bello Germanico à Carolo V. Cæſare geſto, ſumma fide & veriſsima geſtorũ ſcientia ſcripſit, ut qui non ſermone, ſed uſu manuq; cõpertũ haberet quicquid utroq; hoc bello acciderit. Cæterum quum ipſæ res geſtæ quanto laudatiori nobilitate ac magnitudine, omnis ante nos memoriæ, omnium gentiũ illuſtria facta præcellunt, tanto præclariori quoq; & magis frequenti æternitatis ſuæ præconio in orbis totius, imò ſeculorũ omnium theatrum produci debeant, facturus mihi operæ pretium videbar, ſi, quos patrio ſermone commentarios ille confecit, eos ego in Latinam linguam traducerem cuivis hominũ na-

tioni familiarem & celebrē. Hac videlicet ratione futurum exiſtiſtimās, ut & ipſius hiſtoriæ dignitas, & ampliſsimi ſcriptoris auctoritas, latiorem ſibi ad immortalitatem viam conſternerent, præſertim ubi auſpicatiſsimi nominis & potentię tuæ ſublimitatem, velut perpetuam ſui cōſervatricem nanciſcerētur. Quum enim ad boni principis ſimulachrum omnes quidem mortales, ſed imprimis ipſi principes & qui Reip. præſunt, velut ad ſpeculum debeant vitam moresq́; cōponere, tibi uni, Illuſtriſsime Princeps, verſionis hujus labores nuncupatos volui, propterea quòd ex diſciplinis & exemplis, quæ in rebus à Cæſare geſtis cōperias, eò majorem fructum capturus ſis, quo ſanctiore amoris amicitiæq́; religione & fide præ cæteris omnibus tu illi conjun-

ctus

ctus es. Non potes autem ſingulari lætitia & voluptate non affici, dum iſta legens, Cæſarem virtute ſua, magnanimitate & ſciētia rei militaris, ex maximis difficultatibus periculiſq;, ad æternū nominis ſui decus & opinionem emerſiſſe conſyderes, qui (quod omnes homines norunt, & mihi privatim etiam certiſsima ratione perſpectum eſt) pręter veterē ſummamq; in eū obſervantiam, tanto quoque ſtudio & ardore quodam benevolentię ipſum perpetuò proſequutus es, ut & tua ipſius, & tuorum omnium neglecta ſalute, quodcunq; tempus incideret, firma ſtabilitate & conſtantia, fortunę quam Cęſar ferret, tibi ſemper inſerviendum putaveris. Integerrima profectò tua iſthæc eſt & inviolabilis fides, virtutis nimirum altiſsimis defixa radicibus, in qua, quum altiſ-

ſimum quoque locum in homine, & maximè excellentem teneat, quæque cadere in hominem poſsint, ſubter ſe habeat, firmiſsimum rerum tuarum omnium præſidiũ collocaſti. Accipe igitur Illuſtriſs. Princeps labores noſtros, eosq; auctoritate tua ſic tuearis, ut invidiã minus gravẽ ac noxiam ſentiant. Scio enim non defuturos, qui velut novam quandã & nimis liberam vertendi rationem ſuggillent, facta collatione ad vulgata exemplaria, à quibus multis locis diſceſſerim, pleraq; etiam addiderim, nõnulla dẽpſerim. At nihil temerè à me factum eſt, aut ſine conſilio. Archetypum ipſum in cubiculo Cæſaris aſſervatum ſequutus ſum, nec id quidem tam anxiè quin aliquot locis digreſſus ſim, ubiq; tamen, ſi non arcta verborum & ordinis obſervatione,

ne, sensu tamen eodem ferè & integro. Qua ratione si obtrectatoribus per me non factum est satis, vereantur sanè necesse est Illustriss. D. Pratensis acerrimum judicium & gravitatem. is enim pro incredibili quadam erga studiosos omnes humanitate, libellum priusquam ederetur, diligenter perlegit, quæque inexpolita & rudia viderentur, ijs perspicacissimi ingenij sui limam addidit. Ipse itaq; celsitudinem tuam in partem defensionis juvabit, si vitilitigatorum tædio & molestia affectus, eos ad tantam Principis viri dignitatem & eruditionem relegaveris. Vale.

INVI-

INVICTISS. CÆSARI CAROLO HISPANIARUM REGI,&c. LUDOVICUS AB AVILA & ZUNNIGA S. P. D.

Quemadmodum ij qui ad Principem donaria deferunt, Clementiß. Cæsar, ex omni suppellectile, quæ largiantur, consuerunt pretiosissima quæq; deligere, sic ego quoq; partem rerum abs te gestarum in breve compendium narrationis contractam, ceu munus Majestati tuæ offero, quo neque majus aliud neq; pretiosius inveniri queat. Totius historiæ seriem præclaris ingeniis feliciore stylo condendam relinquo. Quanvis autem hæc narratio mea non tam latè diffusa sit, quin accessione nova possit amplificari, vera tamen adeò & succincta est, ut vel minima quaque parte detracta, scriptoris fides & auctoritas eleventur. Lege igitur clementiß. Cæsar libellum hunc & immortali Deo nobiscum unâ gratias age, tu quòd ejus beneficio MAXIMUS *es, quodq; magis est, maximus esse promereris: nos verò quòd in summum Christiani orbis cõmodum, nobis te Dominum dedit. Non minus enim Majestatem tuam istius rei nomine, quàm hujus nos* OPT. MAX. DEO *debere fatendum est.*

LUDO-

LVDOVICI AB AVILA ET ZUNNIGA, DE BELLO GERMANICO A CAROLO V. CÆS. GESTO, *commentariorum liber prior*, GULIELMO MALINÆO *Brugensi interprete.*

IS jam erat rerum Germaniæ ſtatus, ut indies Proteſtantium invaleſcente potentia, præſentiorem aliquam opē cœlitus demiſſam deſiderare potius viderentur, quàm ullo humanarum virium auxilio poſſe juvari. quum is præſertim, in quo omnis ſubſidij ſpes poſita erat, tot undique difficultatibus premeretur, ut nulla neque via neq; modus excogitari poſſet, quo tam imminenti malo occurreretur. Vt enim erant civitates quāplurimæ & ampliſſimæ, quæ in eo conficiundo negocio principem locum obtinerēt, controverſijs per diſceptationē minuendis perexigua ſanè ſpes reliqua erat, quùm

Status Germaniæ initio Belli Smalcaldici ſeu Proteſtātium.

longo etiã temporis ſpacio ægrè ac difficulter ad æquitatem & animorum cõcordiam adduci poſſe crederentur. Vim autem facere majoris periculi ac difficultatis res viſa eſt, quòd inter eas mutuò percuſſi fœderis tanta erat firmitas, ut vel apud potentiſſimos quosq; ac firmiſſimos totius Germaniæ populus gratia, auctoritate, & potentia, Lutheranica factio quàm plurimum valeret, præterquam apud Clevenſes & Bavaros, quorum illi quidem à nova religione longius abeſſe videntur: hi verò licet veterem & orthodoxam amplexi, tamen ita ſe comparabant, ut & Catholicis & Lutheranis ex æquo favere viderentur, tanquam neutrarum partium ex profeſſo ſectatores. Reliqua Germania omnis (præter civitates aliquot liberas Imperiales, quæque in fide & clientela Ferdinandi Regis oppida erant) aut in Smalcaldicum fœdus, quod à loci, in quo ictum eſt, nomine ſic vocabatur, tranſierat, aut Lutheranicæ factioni ſeſe jam palàm addixerat. Civitates Catholicæ, quæ cæteris amplitudine & dignitate præſtabant, Maguntiacum, Colonia,

Lutheranorum ab initio Belli Germanici potentia & authoritas.

Civitates Catholicæ.

Treviri,

Treviri, Aquisgranum, Mediomatrices erant, & præter has paucæ item infirmiores. Fœderatarum verò Augusta, Vlma, Argentoratum, Francofordia, Lubecum, Hamburgum; Brema longè principes erant. Norimberga, Norlinga, Rotemburgum, aliæque permultę, quarum numerus major est, quàm ut hic mihi ineundum duxerim, quanquam Lutheranorum hæresin sequerentur, in Smalcaldicam tamen pactionem non venerant. Harum igitur partium viribus, Imperij totius æstimes potentiam & robur constare. Cæterum è Germaniæ Principibus, Rex Ferdinandus, Bavarus, Clevensis, & nobiles plerique soli nec fœdere nec nova religione obstringebantur. His ita constitutis, Lutherani quòd crebra quoque nostrorum defectione non solum domi, sed apud exteras etiam nationes suspectis amicitijs largiter possent, eò tandem vesaniæ processerant, ut facta conjuratione nobilitatis & civitatum, audacter inter se conventicula convocarent, contraque leges & omnia vetustatis exempla, novo scilicet imperio designato, novis quoque re-

Civitates confœderatæ.

2 Civitates Neutrales.

Robur Imperij ubi consistat.

Principes nec fœdere, nec nova religione obstricti.

Conventicula protestantiũ.

bus ad id necessarijs flagitiosè studerent, quibus modis non Cæsaris tantum & Imperij majestatem minuerent, sed Christian. Reipubl. quoq; exitium admolirentur.

Cæsar tū temporis erat in Belgis.

Cæsar eo tempore erat in Belgis, constituebatq; nonnulla quæ conducerent ad ejus regionis tranquillitatē & usum. Quibus ex sententia confirmatis per Sycambrorum & Menapiorum fines, qui nuper pacati erant, in Germaniam ire contendit, peractis q; prius Trajecti conventibus Aurei velleris, & Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ, Flandrię Principum aliquot nova lectione sodalitio aucto, quū Trajectum superius pervenisset, quod est ad ripam Mosæ situm oppidum, plerique Germaniæ principes & civitates legatos ad eum miserunt, leviore quadam fama & incertis rumoribus permoti, quos inter se sparsos dicerent, Cæsarem quàm maximis equitum & peditum copijs in Germaniam iter habere. Hi reliquo sermone cōfecto, cujus rei causa venerant, consvetudinem itineris nostri perspiciunt, nec præter illas equitum turmas, quas è Belgis in Germaniam Cæ-

Conventus Aurei velleris.

Legatio principū & civitatum ad Cæsarem.

ſar proficiſcens, cuſtodiæ ſuæ cauſa circum ſe habere cõſueſſet, ullum militum 3
præſidium ſubſequi. Qua re animadverſa, depoſitaq; paulisper opinione illa ac metu, quem ex rumoribus atq; auditionibus concepiſſent, dimiſſi ſunt. Cæſar Trajecto diſcedens, relicta ſorore Pannonum regina, quâ proximũ iter in Germaniam per Leodiorum & Lucemburgenſium fines erat, cũ quingentis equitibus cataphractis Rhenum ſuperare contendit. Eo quum poſt iter dierum aliquot perveniſſet, ſuſpicione illa, quæ Germanorum animis prius inſederat, nondum etiam ita convulſa, quin multis ac juſtis de cauſis majorem aliquem ejus provinciæ motũ expectaret, tamen pro magnitudine imperij & exiſtimationis ſuæ, quidlibet ſibi audendum putavit, ac nihilo ſecius Spiram, ut antea conſtituerat, ingreſſus eſt. Ibi quum eſſet ad dies aliquot moraturus, venerunt ad eũ officij & amicitiæ cauſa Palatinus & uxor Cæſari à ſorore neptis. Venit & Philippus Cattorum Princeps, uterque nimirum, ut pro ſuo arbitrio de rebus vel publicis vel privatis cum eo agerent:

Cęſar Trajecto diſcedit.

Cæſar Spiram ingreditur.

Palatinus Elector & Landgravius ad Cæſarem veniunt.

ille de communi totius Germaniæ concordia, hic verò ut in ea occaſione tentaret quicquã, quod ſibi ex uſu fore judicaret.

Palatinus & Landgravius diſcedũt.

Palatinus ubi ad negotia ſua parum experiretur oportunitatis, neque Lantgravius in Cæſare deprehenderet animum qualem fortaſſe benè ſperaverat infectis ijs, quæ agere deſtinaverat, uterque diſceſſit.

Palatinus proteſtantibus & fœderi Smalcaldico ſe adjungit.

Palatinus paucis poſt diebus Smalcaldico fœderi ſeſe adjunxit. Cæſar interea Spiræ diebus omninò quinque conſumptis, Rheno ſuperato, eam Germaniæ partem, quã vulgus hodie Sueviam vocat, percurrens, Danovertum venit, hinc profectus Ingolſtadium atq; inde Ratiſponam, ubi ab anno ſuperiore conventus erant indicti.

Cæſar Ratiſponam proficiſcitur.

Cognito Cæſaris adventu, per legatos qui à Principibus ac Civitatibus eo convenerant, de Rep. Chriſtiana & ſummis Imperij rebus cœptum eſt agi. Dum hæc Ratiſponę geruntur Ferdinandus Rom.

Ferdinãdus duas filias elocat.

Rex duas filias elocavit, Annam natu grandiorem Alberto Bavaro, Mariam alteram Gulielmo Clevenſium Principi.

4 Accingor quàm poſſum ocyſſimè, ad bellum ipſum à Cæſare in Lutheranos

ſuſceptum:

ſuſceptum: quorum vireis jam auctiores erant, quàm ut ullus ad incrementum locus relinqueretur. Nec ſanè viſum eſt quæ vel ante belli hujus initium acciderint, vel quæ ſpectent ad cauſam & ſtatum religionis, operoſius exactiusque perſcribere ſingula: hujuſmodi enim ad eos magis pertinere videntur, qui accuratiore diligentia hiſtoriam univerſam conſcribendam ſuſceperint. Ego hîc mihi nil adjiciendum ſtatui, præter id quod oculari certaque fide teſtari poſſim.

Protestātes voluntati & propoſito Cæſaris accōmodare ſe nolunt.

FOederi Smalcaldico devoti Principes & Civitates non obſcurè jam ſignificare videbantur nihil earum rerum confectum iri, de quibus agere Cæſar inſtituiſſet. Commoverat enim eos nō parum, quòd intelligerent præcipue hoc illi curæ eſſe uti res in eum ſtatum deduceretur, qualē & verus cultus Dei, & Reip. Chriſtianæ tranquillitas, & muneris ipſius, quod ſuſtineret, majeſtas manifeſtò viderentur expoſcere. Siquidem quo maturius poſſet conata perficere, tribunos & centuriones aliquot

Protestã-tes omnia consilia Cæsaris rescişcüt. Ratisponam ad se clanculum evocarat, & quamvis ita exiguus ad tam arduum ac difficile bellum apparatus perfacile cælari potuisset, rescivêre tamē qui aderāt à Principibus & civitatibus oratores: " adeò in ijs ad sagacitatem nulla aut fa- " cultas aut industria desiderari queat. Ita-

Sleidan. lib. 17. Num. 16. que quum frequentes ad Cæsarem convenissent, petierunt fieri sibi cum eo colloquendi potestatē, habere se quasdam res quas è communi consensu ab eo petere vellent. harum hæc erat summa. In-

Summa petitionis protestã-tium. tellexisse se tribunos militum & præfectos ab eo accersiri, per quos in Germania delectus habeantur, magnopere orare se & cupere certiores fieri, num arma capiat, & quibus id bellum moveatur, sese paratos esse imperata facere, commeatu & frumento cæterisq; rebus, quæ ad bellum usui essent, juvare, quemadmodum superioribus temporibus sedulò semper à se factum esse docere possint.

Cæsaris responsio & declaratio. Ad ea Cæsar paucis respondit, jubere quidem se militum cohortes aliquot scribi, quibus rebellium quorundam insolentiam & contumaciam compescat, & quas mererentur, pœnas exi-

gat

gat. Porrò hinc sese suorum animos æstimare velle, ut quorum opera & auxilio ad id bellum usurus sit, beneficio eos item ac liberalitate sua prosequatur, fore quoque ut optimum Imperatorem & (qui peculiaris apud illos loquendi mos est) benignum in se dominum experiantur. Contrà qui fecissent, eodem prorsus habiturum se loco, quo hostes ipsos in quos id bellum susciperetur. Hoc responso accepto legati à Cæsare discesserunt, ac non ita multo pòst domum quisque suam unde venerat, reversus est. Hinc initium factum est totius belli, de quo ita ordine dicturus sum, ut quantum memoria sinet, nihil quod vel " ad fidem rerum gestarum, vel ad lucem " pertinet, sim prætermissurus. Non abs re " autem fore videtur, si paucis prius edoceam, quibus in locis Cæsar reliquusq; adi expeditionem apparatus eo tempore fuerit quo primum belli fama evulgaretur, ne quis ignoret animi obfirmatioNē ipso periculo nihilo inferiorē fuisse, id quod vel quilibet facile percipiat si hosce commentarios penitius introspexerit. Cæsar itaque tunc erat Ratisponæ

Protestātium legati à Cæsare discedunt.

Quid in lectione hujus historiæ principiò notandū.

Cæsar ad

bellum imparatus. ponæ (nam eò Germaniæ concilium cõvocaverat): hæc est liberarũ civitatum, quaAustriam spectant, ad Istri ripam extrema. Ampla est, antiqua & nobilis, comitijs habendis perquàm accommoda, intra Bavariæ fines comprehensa, Lutheranicæ factioni addicta, ab Augusta octodecim, ab Ingolstadio novem miliaribus distans. Ab ea per adversum Danubium, ad Coloniam Agrippinam & Vbios, qui pertinent ad inferiorem par-

Ratisponæ descriptio.

6 tem fluminis Rheni, reliquæ Germaniæ præter Præsules aliquam multos, plerosque vicos, & oppidula ignobiliora, Lutheranorum factio principatum obtinebat. Cui si quæ etiam civitates nõ essent adjunctæ, vel metu amittendæ libertatis, vel spe conservandæ inductæ tam hostibus quàm Cæsarianis commeatum subministrabant. Bavariæ Princeps tam cunctanter gerebat omnia, ut multum diuq; in ancipiti cõsilio versaretur. Quæ

Bavarus cunctatur.

» sanè dubia cunctatio, visa est tanti belli
» non mediocriter auxisse difficultatem.
» Siquidem per eam factum esse, ut quæ-
» cunq; ad bellum essent necessaria, toto
» ferè mense serius compararentur. Ne-

que

que hoc ſolum Cæſari ad incipiendi belli celeritatem impedimento fuit, verum etiam quòd fratrem Roman. Regem negotiorum magnitudo, cui eſſet implicitus, diutius omnium expectatione ſit remorata: quum tamen ejus adventus tanto optatior fuerit ac magis neceſſarius, quanto majoris momenti res erant de quibus cum eo eſſet agendum. Accedebant ad hæc incommoda & alia pleraq; nihilo leviora. Deſiderata enim eſt in Pontificijs procuratoribus & miniſtris, Eccleſiaſticisq; præterea nonnullis, ſilentij fides. Hi ſtudijs & animi impotentia victi, aut alijs fortaſsè rebus permoti, ut, quæ agerentur, tacerent, impetrare ſibi non potuerunt. Quo factum eſt, ut conſilia noſtra omnia, hoſtibus prius enunciarentur, quàm ad Cæſaris amicos perferri poſſent, aut earum rerum quicquam, quas belli fert neceſſitas, comparari. Nam nec è Germanis militibus, quos militari ſacramento Cæſar obſtrinxerat, quisquam ad ſigna cōvenerat, nec Hiſpani quos principio tumultus evocaverat è diverſis præſidijs, unde deducti ſunt, caſtra moverant, nec militū qui

Ferdinandus Rex multis negotijs implicitus.

Deſiderata ſilentij fides.

Conſilia Catholicorum detecta prius, q̄ in effectū deducerentur.

à Pon-

à Pontifice ex Italia mittendi essent, ne facta quidem cōquisitione aut datis nominibus, cœptus erat haberi delectus. Vna igitur erat Cæsaris animi virtus & fortitudo, & solæ vires eorū qui in Germania rebus ipsius faverent, in quibus robur omne nostrum, & spes salutis visa est consistere.

Augustani in armis primi.

Omnium qui vel de bello consilia inirent, vel coacta manu ad arma concurrerent, Augustani fuêre primi. Nulla tamen facta significatione contra Cæsarē hæc sese moliri, quum eodem etiam tēpore, quoslibet ejus aulicos, & clientes, oppido mœnibusq; non prohiberent, quin liberè vel arma sibi pararét, vel parata coëmerent. Interea dum hęc geruntur,

Cæsar copias convocat.

Cæsar copias undiq; omnes ex novis delectibus nuper in Germania habitis, ad se cogi jubet per pedestrium copiarum præfectos.

Præfecti copiarū pedestriū Cæsaris.

Ij erant omnino quatuor: Illiprandus Madrucius, Cardinalis Tridentini frater, juvenis strenuus, summo loco natus, florenti ætate & gratia, & cujus inter Germanos virtutis opinio erat singularis.

Illiprandus Madrucius.

Georgius à Regenspurg.

Georgius à Regenspurg, homo fortis, veteranus, rei mili-

taris

taris peritus, magnæ inter suos habitus auctoritatis, cujus opera fideli & utili Cæsar superioribus annis in Italia & Gallia assiduè usus, multa prælia secunda fecerat. Schamburgius, & Marignanus, hic officio tormentario & machinis bellicis erat etiam præpositus. Ab horum singulis millia peditum quatuor conscripta, Cæsar more & exemplo veteris Germanorũ disciplinæ in duas legiones cõtraxit, in alteram à Madrucio, à Georgio alterã accepto nomine, Schãburgij & Marignani conflatis cohortibus, alijsq; decem quas Bavari Principis nothus collegerat, in easdem postea legiones distributis. Summa igitur totius Germanici peditatus, cohortibus quinquaginta constabat. Præter has expectabantur è Pannonia Hispanorũ duo millia & octingenti, quos duceret Alvarus à Sanda, nobili genere natus, fortitudinis & belli gloria clarus, è Gallia Cisalpina ejusdem gentis millia tria, per Arzium tribunum, singularis animi & prudentiæ virum conducenda. Ioannes à Brandenburg Electoris Principis frater, & Albertus consobrinus, cõfestim ad equitatum scriben-

Schamburgius & Marignanus.

Distributio copiarum Cæsarianarum.

Copiæ auxiliares Hispanorum.

Earũ Dux Alvarus à Sanda.

Iohannes & Albertus Marchiones

Brandenburgici Equites conscribunt.

scribendum dimittuntur. Ille ut bis mille quingentos, quorum pars aliqua Maximiliano Archiduci attribueretur, hic ut sexcentos equites conficeret: mille item Prussus Teutonici ordinis magister, quadringentos Ericus Iunior Brantsuicensis, Maximilianus Hungariæ Princeps ad mille quingentos. His rebus ita

8 Difficultas Equestres copias colligendi.

constitutis Cæsari ad equestres copias in unum locum cogendas magnam difficultatẽ afferebat, quòd tã diversis Germaniæ locis longoq; dissitis intervallo

„ cõpararentur, mediumq; inter eas & sta-
„ tiva nostra, maximũ esset & firmissimũ
„ hostium robur, ut paulò post demonstra-
„ bitur. In Italia Pontifex jam per duces

Pontificis Exercitus Cæsari promissus. Maximilianus Buran' Dux exercitus Flãdrici.

suos scribebat exercitum, quem ex pacto erat Cæsari missurum pollicitus. Tota Flandria delectus acerrimi habebantur, missis cum imperio ad Maximilianum ab Ægmonda Comitem Buranum nuncijs, ut cum decem peditũ millibus, tribus equitum, quã maximis posset itineribus in Germaniã properaret. Equidem omnes hæ copiæ in unum collectæ facile pares erãt, quæ vel cũ quavis hostium manu prælio decertarẽt: at quum essent

è tam

è tam longinquis & varijs locis accersendæ, fieri nulla ratione poterat, ut separatim auderent cum conjuratis confligere, quorum tāta jam erat ad bellum inchoandum celeritas, ut quum præter Hispanos ex Hungaria vocatos, equites septingentos Germanos, duo peditum millia quæ sub Madrucio, tria quæ sub Georgio mererent, nulli præterea adCęsarem convenissent, repentè ex Augustensium agro cum duobus & viginti civitatis illius delectorum civium, quatuor Vlmensium, sex Virtembergensium cohortibus, magno equitum numero, octo & viginti tormētis bellicis egressi, ad occupandam Clusam singulari militum studio & alacritate contenderent. Iam enim crebri ad eos rumores afferebantur. Pontificis copias superatis Alpibus Germaniam invadere: & quum existimarent, homines inimico animo ab injuria & maleficio non temperaturos, quos domo sua eo consilio exiisse vulgo dicerent, ut populationibus, ferro, & incendio Germaniam totam vastarent atq; diriperent, obviā ire & itinere prohibituros ostendunt, per simulationem & cau-

Protestātes ad occupandā Clusam properāt.

& causam depellendæ à se tam nefariæ crudelitatis & communis patriæ luctuo-
„ sissimæ calamitatis. Nam ut contra Cæ-
„ saris auctoritatem ne minimum quidem
„ tentarent nullo se consilio posse adduci,
„ tantum abesse, ut vel ejus majestatem
„ imminuerent, vel perduellionis rei ad arma descenderent. Volui autem & è chorographia aliquid adjicere, quo res ipsa lectori sit dilucidior. Erat omnino iter unum, quo itinere ex Italia in Bavariam exercitus profecturus, per Tridentum & medias Alpes ad Oenipontem perveniret. Hinc in duo dissectum in Bavaros ducit utrunq; alterum secundo flumine Oeno per Cofstanum Tirolis oppidum egregiè & oportunè munitũ: alterum, quod Rhœtiæ primæ propinquius est, per mediam inter Alpium ramenta convallem, ad cujus fauces Clusa arx est, quam supra mõstravimus, naturâ loci munitissima. Proxima huic Fiessa, ad Lycum amnem, paret Cardinali Augustano, nec ita longo intervallo absunt civitates fœderatæ duæ, Campidonum, & Memminga quæ in pactionẽ Augustana confessione sancitã transie-

Itineris ex Italia in Bavariam descriptio.

Kopfstein.

Clusa.

Fiessa.

Campidonum & Meminga

tant.

rant. His igitur de caufis primum omniũ accidit, ut conjurati Clufæ expugnandæ, & inchoandi belli confilium caperent, magnopere enim fibi præcavendum exiftimarunt, ne arx ad Alpium radices naturâ loci fic munita, ut maximã & ad hoftes à Germania excludendos, & ad ducendum bellum daret facultatem, ea à noftris teneretur. Sebaftianus Schertelius erat quem omnibus his quas fupra memoravimus copijs imperioq; pręfecerant: hunc ajunt Cæfaris olim ftipatorem fuiffe, & in direptione urbis Romæ, commilitonibus menfam habuiffe venalem, proximo autem Gallico bello quod in Leucis geftum eft, inter Germanos milites juri dicundo præfuiffe. Quibus opibus ac nervis ufque adeò ejus apud plebem gratia, apud nobiles & magiftratũ dignitas eft amplificata, ut frequentiffimo fenatus & pop. Auguftani fuffragio, fumma imperij belliq; hujus adminiftrandi & tunc ei permitteretur, & pedeftribus copijs omnium earum civitatum quæ à Cæfare defecerant, communi confilio poftea præponeretur. Is itaq; fuos mirificè cohortatus, quum do-cuiffet

Sleidan. lib. 17. nu. 34.

Proteftantium in occupanda Clufa cõfilium.

Sebaftianus Schertelius pręfectus & dux copiarum Proteftantium.

Schertelius fuos

cohortatur ad ſtrenuitatem & fortitudinem.

10

Schertelus Cluſam occupat. Sleidan. lib.17.nu.34. Thuanus lib. 2. hiſt.pag. 139.

cuiſſet quantopere cõmunis ſalutis intereſſet, manus hoſtium diſtineri, præcipuè autem Italos Germania prohiberi, celeriter caſtra movit, & Fieſſa defenſoribus vacua ex itinere capta, quum Cluſam perveniſſet, milites, qui in præſidio erant, obſidionis labores & pericula veriti, priusquam agger jaceretur, aut mœnibus tormenta admoverentur, deditione facta in hoſtium poteſtatẽ venerunt. Non deſunt qui arcis præfectum proditionis inſimulent, at ego hãc rem Ferdinando Regi diſcutiendã relinquo, in cujus ille clientela & fide erat. Interea dum hæc agerentur, circiter quinq; Germanorum peditum millia, quos Madrucius & Marignanus conſcripſerant, fortè accidit, ut circà eadem illa loca verſarentur: nam reliquos Cæſar Ratiſponæ ad corporis ſui cuſtodiã & urbis præſidium habebat. Horum voluntatẽ magnumq; pugnandi ſtudium, licet duces ac tribuni cognoſcerent, cum tanta hoſtiũ multitudine tamen, niſi æquiore loco & velut explorata victoria, dimicandum non „ exiſtimabant, neq; enim abſente eo qui „ ſummam imperij teneat, rem in tantum peri-

Cæſarianorum pugnandi deſiderium.

periculum oportere deduci, præsertim «
iniquitate conditionis perspecta, quum «
data alioqui vel summa opportunitate
in hostium fuga, tamen & secundo prælio nõ ita magnum monumentum consisteret, ubi numerosissimæ ac validissimæ conjuratorum copiæ incolumes adhuc superessent. Vicit hæc sententia potior, & celeriter indè profecti ad Cæsarem iter convertunt. Eodem ferè tempore & Georgius à Regenspurg cum cohortibus, quas in Vlmensium finibus coegerat, Ratisponam pervenit.

Cæsariani Ratisponam contendunt: ibique confluunt.

Hostes arce Clusa potiti, quum ad spẽ conficiundi negotij maximè pertineret, Oenipontem capere & firmiore aliquo præsidio munire, quòd intelligerent locum illum ad omnia ea, quę supra demóstravimus, itinera occupanda, usq; adeò oportunum, ut prorsus indè Cæsarẽ cõmeatu, milite, & pecunia, quęq; ex Italia petenda essent, omnibus intercluderẽt, maturandum sibi statuunt eò proficisci. At cives & qui oppido præerãt, ita se rebus omnibus instructi ad bellũ paraverant, ut septẽ aut octo dierum spacio, circiter duodecim militum millium manu

Protestãtes Oenipontem capere student: sed frustrà.

coacta,

11 Caſtelaltus Dux Cæſareus.

coacta, quæ ad oppidi & regionis defenſionem Caſtelaltus conduxerat, illos rebus deſperatis ab incepto deſiſtere & retrò pedem referre coëgerint, collocatis prius in arce & Fieſſa pręſidijs. Is Caſtelaltus reliquos ferè Germaniæ præfectos & ordinarios ætate ac rerũ uſu antecedebat, Ferdinando regi neceſſitudine & clientela devinctus, qui poſtea temporis & belli progreſſu, Cluſam cum laude recepit.

Alphonſus Vives Neapolitanos adducit: & qua via.

Quum eo ſtatu res eſſent, interea Cæſari renunciatur Pontificis auxilia, & quos ex Inſubribus evocaſſet Hiſpanos, jam in itinere eſſe: quos verò è Neapoli Alphonſus Vives adduceret, homo ſolers ac diligens, nactos idoneam ad navigandum tempeſtatẽ ex Apulia oram ſolventes in Carnos curſum dirigere, ut in ea poſtmodum regione circa Trigeſtum & Natiſonis fluminis oſtia expoſiti, reliquo terreſtri itinere confecto, per Noricas Alpeis Ratiſponam ad Cæſarem pervenirent. Hoſtes à ſuperioribus conſilijs & ſpe potiundi Oenipontis depulſi, ubi Coſſtanum quoq; à quadringentis Hiſpanis occupatum cognoſcerent, Au-

guſtam

gustam re infecta reversi sunt. Ea quidem expeditio, si Schertelo secunda cessisset, poterat ad summam rei magnum illis momentum adferre. At multo consultius fecissent, si (quod postea demonstrabitur) Augusta profecti, nullâ itineris morâ injectâ, directò ad Cæsarem contendissent. Is tum rebus omnibus imparatissimus erat Ratisponæ, expectabatque copiarum & auxiliorum adventum. Vnus enim ipse, & sola nominis, quod plurimum in Germania potest, Augusta majestas, quum tormentorum & militum summa inopia esset, mari erat & exercitus loco. Hæc prima eorum perturbatio fuit & error, in quem vel ducis culpa, vel consiliorum vitio incogitanter ab ijs offensum est.

Error in consilio à protestantibus commissus.

" " " " NB. " " "

His ita constitutis Saxo & Hessus ad Cæsarem literas dederunt, quarum hic tenor erat & argumentum. Audire se ei in animo esse rebelles quosdam & facinorosos ulcisci, qui seditione & tumultu Germaniam perturbarent, cupere se ex eo cognoscere, quinam sint in quos ita graviter vindicandū statueret, velle se quidem in officio permanere, & suis copijs

Protestantium ad Cæsarem literæ.

Sleidan. lib. 17. nu. 28. Thuanus lib. 2. hist. pag. 133. Hortensius li. 2. de bello Germ.

coacta, quæ ad oppidi & regionis defensionem Castelaltus conduxerat, illos rebus desperatis ab incepto desistere & retrò pedem referre coëgerint, collocatis prius in arce & Fiessa præsidijs. Is Castelaltus reliquos ferè Germaniæ præfectos & ordinarios ætate ac rerū usu antecedebat, Ferdinando regi necessitudine & clientela devinctus, qui postea temporis & belli progressu, Clusam cum laude recepit.

Castelaltus Dux Cæsareus.

Quum eo statu res essent, interea Cæsari renunciatur Pontificis auxilia, & quos ex Insubribus evocasset Hispanos, jam in itinere esse: quos verò è Neapoli Alphonsus Vives adduceret, homo solers ac diligens, nactos idoneam ad navigandum tempestatē ex Apulia oram solventes in Carnos cursum dirigere, ut in ea postmodum regione circa Trigestum & Natisonis fluminis ostia ex positi, reliquo terrestri itinere confecto, per Noricas Alpeis Ratisponam ad Cæsarem pervenirent. Hostes à superioribus consilijs & spe potiundi Oenipontis depulsi, ubi Cofstanum quoq; à quadringentis Hispanis occupatum cognoscerent, Augustam

Alphonsus Vives Neapolitanos adducit: & qua via.

gustam re infecta reversi sunt. Ea quidem expeditio, si Schertelo secunda cessisset, poterat ad summam rei magnum illis momentum adferre. At multo consultius fecissent, si (quod postea demonstrabitur) Augusta profecti, nullâ itineris morâ injectâ, directò ad Cæsarem contendissent. Is tum rebus omnibus imparatissimus erat Ratisponæ, expectabatque copiarum & auxiliorum adventum. " Vnus enim ipse, & sola nomi- " nis, quod plurimum in Germania po- " test, Augusta majestas, quum tormen- " torum & militum summa inopia esset, mari erat & exercitus loco. Hæc prima " eorum perturbatio fuit & error, in quem " vel ducis culpa, vel consiliorum vitio " incogitanter ab ijs offensum est.

Error in consilio à protestantibus commissus.

NB.

His ita constitutis Saxo & Hessus ad Cæsarem literas dederunt, quarum hic tenor erat & argumentum. Audire se ei in animo esse rebelles quosdam & facinorosos ulcisci, qui seditione & tumultu Germaniam perturbarent, cupere se ex eo cognoscere, quinam sint in quos ita graviter vindicandũ statueret, velle se quidem in officio permanere, & suis

Protestantium ad Cæsarem literæ. Sleidan. lib. 17. nu. 28. Thuanus lib. 2. hist. pag. 133. Hortensius li. 2. de bello Germ.

copijs

copijs suoq; exercitu illi in eo bello præ-
12 stò adesse. Sin verò ipsi irascendi in se, & armorum causam aliquam præbuissent, paratos esse sui purgandi causa lege agere, & omnibus rationibus de injurijs satisfacere.

Cæsar literis Protestātium non respondet.

Ad eas literas Cæsar nihil respondit, silentium ipsum responsi loco æstimans, quo tali petitioni abundè fieret satis. jam enim illi simul convenerant dum hæc ad Cæsarem scriberent, & omnem operā dabant, ut universus exercitus in unum locum conduceretur, cujus majorem partem circa se cōjunctam habebant, dimissis etiam ad fœderatas civitates quoquo versus nuncijs, qui persvaderent, ut è finibus suis cum ijs, quas in communi Germanæ concilio ad id bellum singulæ pollicitæ essent, copijs cōfestim exirent.

Schertelus ad Danuovvertū castrametatur.

Schertelus quoq; cum ea manu, quam prius ad Oenipontē expugnandum eduxerat, Augusta profectus, sex miliarium confecto itinere Danovertum venit, quod adverso Danubio quatuordecim miliaribus abest à Ratis-pona.

Situs circà Danovvertū descriptio.

Is locus erat ad bellum administrandum non minus idoneus, quàm Germanicè vox ipsa significat, utpote

Danubii

Danubij defenſionem. Civitas eſt imperialis, libera, ante annos aliquot juncta Lutheranis & fœderatis. Scheftelus oppidũ ingreſſus expectandum ſibi eo loco ſtatuit, dum cũ Saxone & Heſſo copias ſuas cõjungeret, non ignarus quantis ibi cõmoditatibus uteretur, quas ad annonã cæteraq; neceſſaria convehenda præberent Danubius & Lycus. Hic Auguſtam præterfluens Sveviã à Bavaria hodiè dividit & pro veteris geographiæ ratione, Vindeliciã à Norico. Illum verò ex monte Abnoba nõ longe à Rhœticis Alpibus & Rheni fluminis fontibus ortum, pingues Vlmenſium campi excipiunt. Qua de cauſa, re frumẽtaria quoq; expeditiore & cibariorum uberiore copia Schertelus abundabat, quòd Vlmenſiũ finibus proximi ſunt Virtembergenſes, quorum agri, cultus & copiæ, cum quavis Germaniæ regione de laude bonitatis & prętantia facile queãt contendere. Poſtquam ad Danovertum per dies aliquot Schertelus conſediſſet, Saxo & Heſſus, ad quos imperij ſumma redierat, eodem cum omnibus copijs quas Principibus & civitatibus imperaverant, convenêre. 13

harum

Protestantium copiarum summa.

Cæsar adhuc imparatus è contrà; & in magnis angustijs constitutus.

harum omnium summa erat, peditum millia circiter octoginta, equitum circiter decem, tormenta bellica centum: quo tempore Cæsar præter eum quem demonstravimus militem, nullum apud se Ratisponæ haberet, nec bombardas amplius decem, quas ex armamentario publico à civitate utendas accepisset: nondum enim, quas ex Austria expectabat, Danubio flumine erant subvectæ. De auxiliorum autem adventu, & militum suorum festinatione, ex fama & nuncijs hæc ferè cognoverat. Hispanos è Neapoli & Insubribus accersitos, & Pontificias copias jam adventare, his quoque Lanoium Sulmonensium Principem cum sexcentis equitibus levioris armaturæ quibus erat præpositus, in itinere sese junxisse, tormenta bellica flumine adverso è Vienna convecta non procul abesse, delectus quos Schamburgio mandaverat, ad Sylvam nigram, quæ Herciniæ caput esse putatur, jampridem esse confectos. Magna nihilominus solicitudine afficiebatur, qua ratione cohortes illæ sine certaminis periculo Ratisponam venire possent, quum

Lanoius Sulmonensium princeps Dux levioris armaturæ Equitum Cæsarianorum.

proximum

imum omnium iter esset per Vl-
sium fines, cujus civitatis longè am- "
ima auctoritas inter hostes erat, & "
embergensium agrum, quorum "
iceps conjuratos omnes præter Fæ- "
icum Saxoniæ Principem, opibus & "
entia superabat. Quibus de causis ac- "
it, ut longiore quidem itineris dispé-
, sed tutiore, à lacu Constantiensi per
olensium valles postea circumage-
itur. Quæ tamen omnia, quum sine "
iturniore temporis mora confici non "
ssent, summam Cæsari difficultatem, "
stibus verò qui tam in propinquo e- "
it, magnam dabant rei benè gerendæ "
casionem. Nam si tantis viribus &
m horrendæ potentiæ recta consilia,
lertiam, & celeritatem aliquam addi-
issent, nullaq; interposita dubitatione
nparatum Cæsarem Ratisponę fuissent
dorti, quum frumenta, commeatus,
ilites, arma, tormenta, denique rerum
ecessariarum omnium usus & copia "
deessent, oppidumq; munitionis opere "
& præsidio infirmius esset, quàm ut ei "
salutem suam in obsidione perferenda 14
confideret, ad cujus duriorem conditio- "

Protestā-tes tarditate & dissensione animorũ in consilijs res suas perdiderunt.

C rem

„ nem & pericula non erat illi ratione ulla „ descendendum, quandoquidē nullum „ aliundè subsidium expectaret, prçter ad- „ ventantes ac tam diversis itineribus dis- „ persas auxiliares copias, meo quidem ju- „ dicio absq; ullo labore aut prælio in tam „ arctam eum necessitatem compulissent, „ ut Ratisponâ relictâ cogitandum etiam „ fuisset qua ratione tutissimè posset omni „ Germania excedere. id quod illis perfacilè factu erat, ubi à tergo omnia tuta relinquerent, neq; ullus esset hostis qui moram ullam aut impedimentum injiceret, præter unam Germanorū cohortem, Raniæ Bavarico oppidulo non procul à Danoverto in statione locatam, & præsidiarias duas quibus Ingolstadij præerat Petrus à Guzman Hispanus, homo nobilis, & in familiam Cæsaris jam olim adscriptus. Nam qui à Principe Bavaro missi erant ut hostem arcerent, aut si quid durius accideret, fortiter oppidum tuerentur, ita prorsus animati videbantur, ut hostibus non admodum grave detrimentum sese illaturos ostenderent, Itaq;, quæ multorum est senten- „ tia, non modo rei gerendæ facultatem, sed

Petrus à Guzman Hispanus.

Bavarus rem segniter agit.

incredibili fortunæ beneficio rem " am jam factam segniter & ociosè præ- " miserunt. atque hic secundus eorum " error nobis non minus utilis, quàm is ferè perniciosus, quod Ratisponâ :glectâ quò summa contentione profi- scendum erat, ad præsentem fortunam tis esse duxerint Raniæ pulso præsi- io, & cum signis militaribus, armis & npedimentis incolumi dimisso, è suis cohorte una ad loci defensionem relicta, id Neoburgum consistere, juxtaq; mi- :um castra ponere. Id oppidum posside- bat Otho Henricus, ex illustri & vetere Palatinorum ac Bavariæ gente, in fœde- ratorum fidem & amicitiam receptus, positum est edito loco, natura & opere egregiè munitum, qua septentrionem spectat, Danubius alluit sublicio ponte constratus, medio inter Ingolstadium & Danovertum itinere. Interim Ferdinan- dus Ratispona profectus Pragam perve- nerat, ubi cũ Duce Mauricio, ut à Cæsare constitutum erat rationes belli commu- nicaret, quod in Fædericum Electorem 15 cocitaretur. Is Mauricius è Saxonicæ gentis Principibus unus est. nam pro

NB.

Secundus error Protestãtium.

Protestãtes cum copijs suis ad Neoburgum cõsistunt.

Neoburgi oppidi descriptio.

Sleidan. li. 17. n. 40. Hortens. lib. 2. de bello German.

Ferdinãdus Rex consilia sua cum

Mauritio Saxoniæ duce cõmunicat.

Causa, ob quã Mauritius agnatũ suum deseruit & sese Cæsari adjunxit.

Electoris Saxonici & Landgravij proscriptionis conditio.

NB.

veteri Germaniæ consvetudine & instituto, illustrium domorum clientelæ & facultates quælibet, pro rata hæreditatis gentilitiæ portione distribuuntur in eos qui sunt ex eadem prognati familia. Huic, & si Lutherano, superiore tempore cum Ioanne Fæderico Electore consanguineo suo continentes inimicitiæ intercesserant, & quanvis paulò ante belli hujus initium compositæ controversiæ essent, cœpto tamen jam bello, proscriptisq; Landgravio & Fæderico, veteris illius odij scintillæ visę sunt multò vehementius exardescere. Proscriptionis autem hæc est conditio. Proscriptorum oppida, vici, possessionesque publicantur, atq; ultrò omnes quos prædæ cupiditas & compendium ex direptis bonis invitant, ad spoliandum evocantur. Hac impulsi occasione, Rex & Mauritius cupidissimè & animo & opibus in id bellum incumbunt, quod sibi non minus facilè quam utilè futurum existimant, propterea quòd eam Saxoniæ partem quæ Electori sorte obvenerat, finibus suis propinquam habeant, nulloq; negotio, totius Saxoniæ se potiri posse

ri posse sperant, quam postea ex pacto inter se dividant.

Inter hæc ab exploratoribus Cæsar certior factus est, hostes de tentanda Lãdishuto Bavariæ oppido consilium capere, id enim sibi propter opportunitatem loci cõmodissimum fore putabant, quòd situm esset in itinere quod Ratisponam ducit ab Oeniponte, nec alia ulla via esset quà ex Italia & Martiana sylva milites ad Cæsarem convenirent, propterea quòd Clusam hostes præsidio tenerent. Quam rem si, uti constituerant, conati fuissent perficere, post amissam illam ad Ratisponam rei gerendæ occasionem, nulla certè, ne optantibus quidem ijs, offerri potuisset præclarior. Siquidem Landishuto capto (quod erat ijs factu facillimum) si eo loco cõsedissent, futurum erat, ut Cæsarem ipsum Ratisponæ veluti circumvallatum continerent, Italos, Hispanos & Germanos ad Martianam sylvam conscriptos, omnibus vijs occlusis aditu ad castra nostra prohiberent. Sin verò communito oppido, præsidioq́; militum relicto Ratisponam obsidione cinxissent, rebus tam ac- 16

Cæsar cõsiliorum Protestãtium certior fit.

Landishutũ oppidũ describitur.

„ cisis in magnas difficultates Cæsarem „ conjecissent. Qua re animadversa omnibus consilijs Cæsar antevertendum statuit, ut tam evidenti periculo occurretur, quod intelligeret summo studio id oppidum sibi defendendum esse, ad cujus occupationem hostes nervos & conatus suos omnes intenderent. Itaque magno tormentorum numero & bellicarum rerum apparatu, quem ex Austria comportandum curaverat, impedimentis & sarcinis, & quotquot valetudine aut ætate ad bellum inutiles essent Ratisponæ relictis, quatuor Germanorum millibus & trecentis Hispanis, quibus simul omnibus Pyrrhum Columnā præfecerat, ad custodiā additis, cum reliqua exercitus parte secundis castris Landishutū pervenit: copijsq; pro oppido collocatis, quod eas intrò recipi nollet, ut à militum injurijs & contumelijs commodius oppidanos defenderet, his rationibus bellum administrare & hostem ibi operiri constituit, quò maturius auxilijs quæ ex Italia jam adventabant, se confirmaret. Ingolstadium, ut suprà mōstravimus, à nostris præsidio utcunq; valido tenebatur: sed quòd hostes iter illac

Cæsar maximo periculo occurrit.

Pyrrhus Colūna Hispanorum militum præfectus. Landishutum præsidio munitur.

Ingolstadium iti-
...vimus.
...ido tenenetur.

ros intelligeret, de quorum adven-
:bri rumores afferebantur, Cæsar
do metuens, ducentos velites Ita-
sclopetarios hodiè vocant, summi-
ppidani, & quæ à Bavaro venerant Præsidia Bavarica
dia, quanvis rebus nostris stude- Protestã
tamen quum à fœderatorum ami- tibus trãsi
nondum se ita averterent, ut palam tum per-
s fore profiterentur, nullo utrinq; mittunt. "
aut accepto incommodo, per fines "
passi sunt eos sine injuria & malefi- "
ansire. Qua re cognita Cæsar; con- Cæsar
n ad suos qui in itinere erant, dimis- suos ad
ncijs, docet quanto in periculo res properã-
hostes enim Neoburgo discessisse, dum ur-
em q; multitudinem ad se conver- get.
hortatur ut ad celeritatẽ sibi nil re- "
faciant, in qua existiment commu- "
alutis auxilium esse ponendum. Ipse "
n æquissimo posset loco castris
munitis, quum ad quietem Germa-
& salutem Imperij, rem necessariam 17
judicaret prælio contendere, dele- Cæsar ad
ad idoneo loco, hostes ibi expe- præliandum se
e constituit, ut eis, si vellent, non parat.
set pugnandi potestas. Id enim om- "
decreverat, quemadmodum fre- "

» quenter ex eo audire memini, quoties » de formidolosissimo hoc bello sermo in» cideret, aut vivo aut mortuo in Germania sibi esse manendum. At Fædericus Saxo & Landgravius fœderatorũ principes, unius Cæsaris velut obstupenda virtute perterriti, quum Ratisponam utcunq; tutam præsidio & commeatu cognoscerent, neq; Cæsarem auxilijs, quæ expectabat, sine prælio posse intercludi, animoq; ipsum ad id paratissimo scirét, circa Ingolstadium & Monacum castrametati, ulterius progredi non sustinuerunt. Quid hoc fructu privatæ majesta» tis excelsius? Immanem illum hostium » furorem Cæsar sola admiratione sui co» ercuit, & virtutis claritate occæcatos us» que adeò obstupefecit, ut attonitos loco subsistere coegerit.

Elector Saxoniæ & Landgravius ignavidesident, & optimam ubivis rei perficiendæ occasionē negligunt.

Cæſar prioris diei inſtitutum & ordinem in proficiſcendo ſervans, poſtridiè confecto, quod ſupererat, ad Neoburgum itinere, inter prædia & hortos ſuburbanos caſtrametatus eſt. Ibi quum Lantgravianos milites ex inſula ad ſe produci atq; arma tradi juſſiſſet, ut clementia & lenitate in eos uſus eſſe videretur, magis conſvetudine ſua & beneficio, quàm merito eorum cohortes conſervaturum oſtendit, quibus jure belli, quòd contra Principem ſuum arma tuliſſent, vitam potuiſſet eripere, & jurejurando adactos ne adverſum ſe armis cōtenderent, omnes exauctoratos dimiſit.

Cæſaris Clementia erga hoſtium milites.

In tribunos & centuriones dixit nō velle ſe graviore ſupplicio animadvertere, quod pro certo cognoſceret, eos per fraudem circunventos ad bellū veniſſe. Illi verò non circunventos modo, ſed à

principibus

principibus per vim quoq; dixerunt se ad arma fuisse compulsos. Eo triduo Cæsar exercitum militari more recensuit. Equitum censu habito, repertus est numerus millium circiter novem, peditum circiter quadraginta quinq;. Et quãvis fama, ut ferè accidit, numerum vinceret, desiderati tamen fuêre nonnulli, quos prælia, morbus & vulnera consumpsissent.

Cæsar exercitum suum recenset.

Dum eo statu Neoburgi res essent, civibus sacramento rogatis, præsidio posito, & qui cum imperio præesset relicto, commodissimam sibi belli ratioẽ ratus est, si castra ex eo loco moveret, ac nullam moram ad insequendum hostem inferret, hoc sperans ut data loci æquitate, occasionem aliquam dimicandi nancisceretur, quam omnibus modis quærendam sibi statuerat. Itaq; pontibus in Danubio factis, & eo qui ad Neoburgum erat, trãsportatis militibus quũ Danovertum ire constituisset, quò omnem commeatum totiusq; belli apparatum (ut suprà docuimus) hostes contulerant, bidui itinere cõfecto ad Marcshaimium pagum millia passuum quatuor

Cæsar Neoburgo castra movet, & dimicandi occasionem quærit. 46

Cæsar ad Marcsheim cõsedit.

tuor ab hoste consedit. Breve quidem erat itineris spacium, sed quòd continua densissimaq; sylva intercederet, difficile & impeditum, multisque locis ita angustum, ut vix singuli carri ducerentur. Hujus sylvæ densitas initium capiebat à castris nostris, atq; inde continuo dorso perducta, hostium vallum penè contingebat. Ipsa à ripa Danubij orta quæ sinistrum latus nostrum claudebat, recta fluminis regione pertinet ad Danovertensium fines, hinc se flectit dextrorsum diversa à flumine regione, contingitque Monhamium oppidulum à castris nostris circiter octo milium intervallo. Cæsar exploratâ sylvâ quanvis cum summa difficultate & periculo per eam exercitus duceretur, quum decrevisset tamen ad hostes quàm proximè posset accedere, & si loci natura permitteret, juxta eos castra ponere, omittendum sibi consilium non putavit, eo quòd sylvis nostrorum præsidio occupatis, præmissisq; peditum aliquot expeditis cohortibus, tuta ac libera transeundi facultas concederetur. Itaque Albanum ad se vocat, & consilij sui rationem exponit, docet in primis

Descriptio situs castrorū Cæsarianorum.

Cæsaris Cōsilium in promovēdo suo exercitu.

Ratio cōsilij Cæsaris.

mis

nis quantopere interſit hoſtem muni- «
iſſimo loco ejectum, frumento & com- «
neatu quem Danoverti comparaverat, «
abſtractum, ad parem belli conditio- «
nem vocari, imperat ut locum intra ſyl-
vas & illorum caſtra medium diligenter
exploret, quęque ibi comperiſſet quàm-
primũ ad ſe reverſus renunciet. Cogni- *Albanus juſſu Cæſaris viam & caſtra hoſtium luſtrat.*
to ejus conſilio Albanus, eo qui inſequu-
tus eſt die, equitibus aliquot levioribus
in ſylva oportunè diſpoſitis, evocatisq;
beneficiarijs nonnullis, quos ſecum du-
ceret, ad finem ſylvæ pervenit, hoſtium 47
vallo tanta propinquitate objectum, ut
campeſtria minora tormenta facilè adi-
gerentur. Ipſe relicto equo non majore
quàm quatuor aut quinque comitum
præſidio, paululum extra ſylvam egreſ-
ſus, ex editiore loco undè erat propin-
quus & commodus in caſtra deſpectus,
regionem & ſitum ſtudioſiſſimè cõtem-
platur. Illi in operis munitione tam ſe-
dulò erant occupati, ut ne aſpexerint
quidem aut ullum eò tormentum emi-
ſerint, quum tamen in omnes partes cre-
berrimè conſueſſent diſplodere. loci au- *Loci & ſitus caſtrorum pro-*
tem natura hæc erat quem caſtris illi de-
legerant.

tuor ab hoste consedit. Breve quidem erat itineris spacium, sed quòd continua densissimaq; sylva intercederet, difficile & impeditum, multisque locis ita angustum, ut vix singuli carri ducerentur. Hujus sylvæ densitas initium capiebat à castris nostris, atq; inde continuo dorso perducta, hostium vallum penè contingebat. Ipsa à ripa Danubij orta quæ sinistrum latus nostrum claudebat, recta fluminis regione pertinet ad Danovertensium fines, hinc se flectit dextrorsum diversa à flumine regione, contingitque Monhamium oppidulum à castris nostris circiter octo milium intervallo. Cæsar explorata sylva quanvis cum summa difficultate & periculo per eam exercitus duceretur, quum decrevisset tamen ad hostes quàm proximè posset accedere, & si loci natura permitteret, juxta eos castra ponere, omittendum sibi consilium non putavit, eo quòd sylvis nostrorum præsidio occupatis, præmissisq; peditum aliquot expeditis cohortibus, tuta ac libera transeundi facultas concederetur. Itaque Albanum ad se vocat, & consilij sui rationem exponit, docet in primis

Descriptio situs castrorũ Cæsarianorum.

Cæsaris Cõsilium in promovẽdo suo exercitu.

Ratio cõsilij Cæsaris.

mis quantopere interſit hoſtem muni- "
tiſſimo loco ejectum, frumento & com- "
meatu quem Danoverti comparaverat, "
abſtractum, ad parem belli conditio- "
nem vocari, imperat ut locum intra ſyl-
vas & illorum caſtra medium diligenter
exploret, quęque ibi comperiſſet quàm-
primũ ad ſe reverſus renunciet. Cogni-
to ejus conſilio Albanus, eo qui inſequu-
tus eſt die, equitibus aliquot levioribus
in ſylva oportunè diſpoſitis, evocatisq́;
beneficiarijs nonnullis, quos ſecum du-
ceret, ad finem ſylvæ pervenit, hoſtium
vallo tanta propinquitate objectum, ut
campeſtria minora tormenta facilè adi-
gerentur. Ipſe relicto equo non majore
quàm quatuor aut quinque comitum
præſidio, paululum extra ſylvam egreſ-
ſus, ex editiore loco undè erat propin-
quus & commodus in caſtra deſpectus,
regionem & ſitum ſtudioſiſſimè cõtem-
platur. Illi in operis munitione tam ſe-
dulò erant occupati, ut ne aſpexerint
quidem aut ullum eò tormentum emi-
ſerint, quum tamen in omnes partes cre-
berrimè conſueſſent diſplodere. loci au-
tem natura hæc erat quem caſtris illi de-
legerant.

Albanus juſſu Cæſaris viam & caſtra hoſtium luſtrat.

47

Loci & ſitus caſtrorum pro-

testátium descriptio. legerant. Erat inter ſylvam quam inter noſtra & hoſtium caſtra mediam interjacere magna propinquitate docuimus, planicies circiter paſſuum quadringentorum, hujus extremitatem aſpera ac directa ferè declivitate dejectus excipiebat, à cujus ima radice pari acclivitate in faſtigium ſurgebat aſcenſus. ſuperiorem partem clivi uſque ad ſylvam quæ cum ſiniſtro caſtrorum latere denuò committebatur, perpetuâ foſsâ & vallo munierant, caſtris ibi denſiſſimis in adverſa fronte locatis, qua vallis continuo jugo, clivum utrunque alteri adverſum, in longitudinem perducebat. Ea igitur vallis inſtar foſſæ à fronte munimentũ præbebat, dexterum latus Danubius, à tergo tegebat oppidi murus, & rivvus in Danubium influens. His rebus fiebat, ut caſtris ponendis nullus idoneus ibi locus nobis relinqueretur, quum & anguſtior eſſet, quàm ut tantam multitudinem caperet, & apertior, quàm ut tormentorum pericula vitarentur, quæ illi contrà & munitione & loci naturâ tuti repelletur.

Impedimenta Cæſari objecta.

Duo hæc incommoda aquandi quoque

ue difficultas augebat. nam præterquã
uod nulla in sylvis aquę copia esset, flu-
ninis alvei præruptæ crepidines aqua-
ionem impediebant. Albanus perspe-
ctis his omnibus, quantum ei facultas
lari potuit, ad Cæsarem revertitur, &
quæ cognovisset exponit. Cæsar ubi hac
ratione se hosti nocere posse diffideret
(nam ad conficiendum negotium sylvæ
magnam moram injiciebant) & tempo-
ris belliq; ducendi longinquitatem ve-
ritus, conandum sibi putaret quibus mo- 48
dis hostem eo loco pulsum à Danoverto
abduceret, ex locorum scientia consilio
capto, ad lævam relictis hostibus Wen-
dingam cum omnibus copijs iter habe-
re constituit.

Albanus quæ cognovit Cęsari exponit.

Cæsaris cõsilium in seducendo hoste.

Hoc loco admirabilem Cæsaris industriam commemoratam volui, qua longo tempore usus est, ut Germaniæ situm in animo comprehenderet. Ejus provinciæ, etsi meliorem partem crebris itineribus peragraverit, exactissimam sibi cognitionem paravit ex tabula in qua universam accuratè depictã tanto studio & perspicacitate (ita enim temporum & negotiorum ratio postulabat) contem-

Cæsar singularem industriã assecutus est ex diligenti tabellarum Geographicarũ consideratione.

platus

platus est, ut singulas urbes, municipia, arces, sylvas, flumina animo velut insculpta habeat, addita spacij, quod inter singula intercederet, certissima dimensione. ita ut non oculis in pictura lustrasse, sed pedibus universam peragrasse credatur. Qua descriptione confisus, in ea perpetuo sententia erat, si ad Vuendingam exercitum admoveret, fore ut non procul à Nordlinga supra hostem agro fertili & copioso, nullâ rerum necessariarum angustiâ premeretur, hostem verò commeatu & frumento intercluderet. Dum hæc maturè secum deliberat, nullum ferè tempus intercedebat, quin levioribus prælijs in sylva decertaretur. In proximos enim pagos & villas prædandi frumentandiq; causa milites excursionibus factis, & equites, quanvis rariores, pabulatum egressi, mutuò sibi occurrebant, nullo graviore tamen utrinq; aut accepto aut illato incommodo. Vbi ea dies quam Cæsar profectioni constituerat, venit, densiore nebula exercitum castris eduxit, & quo cõsveverat ordine ejus diei itinere confecto, ad Monhamium ea nocte castra locavit.

Cæsar cũ suo exercitu Wendingam tendit.

Prælia leviora inter Cæsarianos & protestãtes.

Sleidan. li. 18. nu. 9. Thuan. li. 2. hist. pagin. 163.

Cęsar Mõhamium pervenit.

cavit. Neoburgiæ ditionis id esse municipium suprà ostendimus.

Postero die, quòd affectus podagrâ, tenuiore valetudine uteretur, quàm ut equi concussationem ferre posset, eo loco discedens lecticâ vectus est. Quumq; à Wendinga non procul abesset, magistratus omnis qui oppidum dederet, in itinere occurrit, missus ab Albano qui cum primo agmine antecesserat.

Cæsar podagrâ vexatur.

Wendingēses Cæsari se dedunt.

49 Intereà nunciatum est à novissimo agmine nostro Lantgravianos equites subindè videri, qui propius nostros adequitarent. Qua re cognita Cæsar, properè expeditas aliquot cohortes manuarijs tormētis instructas eò traducit, quibus extremum agmen confirmetur. Tale enim militum genus locorum & itineris illius ratio magis postulare visa est, quod aptiores essent ad hostium impetus repellendos si in nostros conarentur irrumpere. At quòd propiùs non accesserint, nec iter nostrum ulla mora tardaverint, Cæsar quoque nulla majore diligentia adhibita, loco castris idoneo capto, inter Wendingam & Norlingam consedit. Consvetudo itineris exercitus nostri

Descriptio itī

neris exercitus Cæsariani.

nostri hæc erat. Prima acies expedita in armis erat, donec secunda in castra veniret. hæc rursus instructis ordinibus, ut erat constituta permanebat, dum prima, de statione ad quietem decederet, expectabatq; tertiæ aciei adventum. ubi ea quoque jam convenisset, tum demum simul omnes in contubernia se recipiebant. Hoc institutum diligentissimè „ semper toto hoc bello servatum est. Eo „ die ex fama & nuncijs Cæsar cognovit cohortes hostium duas à civibus in oppidum Norlingam esse receptas, cujus facti graviter eos postea pœnituit, quémadmodum in deprecatione culpæ animadversum est, quum impetrata pace & à Cæsare in deditionem oppido accepto, hoc potissimum nomine ei sese purgare studerent. Interim de hostium consilio aut loci mutatione Cæsar, quum aliud nil reperire posset, quàm duas illas cohortes Norlingæ præsidio missas, equites levioris armaturæ nonnullos exploratum emittit. hi mox ad ipsum reversi pedestrium copiarum & impedimentorum partem aliquam cum duabus equitum turmis se conspicatos renuntiant, nihil

Protestātes Norlingam præsidio muniunt.

Cæsar exploratores emittit.

ail tamen certi affirmare posse quas in
rtes conferant iter.
Qua re nunciata, Albano imperat, ut
ima luce pro castris exercitum instru-
am habeat. Non ita multò post alius
mor allatus est, hostes cum omnibus
pijs ad castra nostra contendere, neq;
m procul abesse. Hic nuncius quòd
ulò antè diluculum venisset, in causa
it ut maturius copiæ producerentur,
acie instructa pro castris consisterent.
dies tam densâ nebulâ fortè illuxit, ut
octem ipsam tenebris adæquare vide-
tur. Cæsar sine mora equum conscen-
it, & quòd dexterum pedem podagra
fligeret, linteo ab ephippio pensili im-
licitum circunferebat, atque ad hunc
odum totum diem inter suos perequi-
ans, vim morbi & cruciatum sustinuit.
Multo deniquè die quum nebulæ den-
tas nil evanesceret, nec hostium mo-
ò nobis conspectum adimeret, sed ne
ostræ quidem acies ipsæ, quæ exiguo
nter se spacio constiterant, mutuo se vi-
u percipere possent, Cæsar in tentorio
Albani jentaculo sumpto, expectan-
lum sibi statuit quid hostes consilij
caperent,

Cæsar Albano mãdat ut exercitum instructũ pro castris habeat.

Densissima nebula.

Cæsaris diligentia omnẽ Podagræ cruciatũ contemnit & tolerat.

caperent, & quidnam propositi aut voluntatis ad dimicandum haberent. Cum tribunis enim & reliquorum ordinum ducibus egerat, ne dum nebula fugaretur milites conquiescerent, sed confestim pedestres & equestres copiæ universæ in aciem educerentur, ut si ad pugnam illi procederent (quæ nostra tunc erat opinio) expeditiore exercitu advenientes exciperet. Sin commutato consilio aliam viam & rationem insisterent, ipse loco æquo pugnandi potestatē hostibus faceret, quam Lantgravius nobis ultrò sæpius erat facturum pollicitus. At illi, nebulæ occasione & beneficio usi, duabus itinerum angustijs superatis, quarum difficultatem nec equites nostri exploraverant, nec ipsi Germani qui sub Cæsare militabant, quicquam cognoverant, copijsque omnibus rivum quendam præruptâ & impeditâ ripâ traductis, editiores colles occupaverant, à quibus, quòd ita ferret locorum natura, & nostros prohiberi, & illos expedito itinere Norlingam petere nihil jam erat negotij. Ad eas res conficiendas neque temporis illis occasio defuit, neque

Cæsaris mandata ad tribunos militum.

Protestātes Norlingam nebulâ tecti tendunt.

que

que celeritas. siquidem ea tota nocte
continenter ierunt, & nullam insequen-
tis diei partem dum nebularum caligine
tegerentur itinere intermisso, majorem
sanè diligētiæ suæ fidem fecerunt, quàm
ego saltem ab eo hominum genere ex- 51
pectassem: ut enim proceriore sunt cor-
porum statura, tardiores quoque viden-
tur & minus impigri. At quum in rebus
administrandis toto hoc bello egregiâ
semper fuerint industriâ usi, exercitum
in proficiscendo ratione & ordine opti-
mo duxerint, tormentis & sarcinis nihil
dispersis, sed in locum suum oportunè
contractis, omnem de se tarditatis & in-
ertiæ opinionem diligenti solertia vita-
runt. Hujus quoque belli consuetudi-
ne, & alia in eis pleraq; observavimus,
quæ obiter hic commemorare volui.
Exercitum omnem in officio ac discipli-
na militari arctissimè contineut, loca
idonea capiunt, castra muniunt, quarum
rerum præ cæteris maximam sibi du-
cunt rationem habendam. Ad Norlin-
gam enim locum castris delegerant na-
turâ ipsâ quàm opere longè munitio-
rem, cujus commoditatis solatio aquæ

Laudantur Protestantes ob singularem industriam

Exempla industriæ Protestantium.

inopiam ſublevabant. Hoc ipſum ad Ingolſtadium & ad Giengam poſtea contigit, nam & ibi aquandi difficultatem
„ operis & loci munitioni poſthabuerunt.
„ Leviora prælia ſingulari arte & rei mili-
„ taris ſcientiâ conſerunt, per leviores e-
„ quites initio facto, quos illi ab armorum
„ ſimilitudine nigros appellant, ea enim
„ ijs nigra ſunt, manicæ loricatæ, caſſis
„ centonibus aut ſubcoactis intecta, ſclo-
„ pus dodrantalis, & venabulum. his ſi-
„ mul omnibus ſcienter & cõmodè utun-
„ tur, peditibus in pugna laborantibus o-
„ portunè ſubveniunt, tormentorum u-
ſum quàm maximum habent. Cõmeatibus verò hoſtem intercludere, vias obſidere, eruptione nocturna laceſſere, in ſylvis inſidias ſtruere, aut hujusmodi rerum quicquam adminiſtrare, quæ aſtu
„ magis quàm robore aut virtute nitun-
„ tur, nec illis admodum curæ fuit, nec quiſquam è nobis eſt qui ab eis tale quippiam factum eſſe compererit. Hæc obiter attingere volui, quòd non alienum eſſe videretur hoc loco de moribus hujuſmodi & diſciplinis facere mentionem.

Quid Author in proteſtãtibus deſideraverit.

Hoſtes, ut ſupra memoravimus, noctis

Proteſtãte: circa

ctis & nebularum tenebris antea tecti, ad meridiem primum reddita serenitate, circa Norlingam in collibus quos occupaverant, procul à nobis conspiciuntur. Erat inter nostrum atque hostium exercitũ difficilis transitu rivus, ripisque uliginosis & impeditis, quo loco equites vadum repererant, non latior quàm quo viceni transirent. pedites verò pectore solo ex aqua extarent. hic rivus quod sub hostiũ castris & infima collium radice ferretur, difficiliorem aditum nostris præbebat. Clarius deinde splendente jam sole cum Cæsar pro castris copias in armis paratas teneret, & pede linteo viatorio, quo fulciebatur, involuto, obequitaret, Albanus accurrit, dicit, videri sibi hostes animo esse ad dimicandum paratos, itaque ipse quid fieri velit, ostendat. Ea recognita Cæsar, per me, inquit, non stabit quominus favente Deo, fiat pugnandi potestas. Hæc quum dixisset, celeriter ut erat in equo, nã podagræ vitium descendere prohibebat, arma induit, & acies procedere jubet. eas autem ad hunc modum instruxerat. Erant in prima acie, quam Albanus cum

Norlingã castrametantur.

52

Cæsar ad dimicandũ promptus, licet podagrâ vexaretur.

Forma aciei Cæsaris.

Burano ducebat, equitum millia tria, Hiſpanorum peditatus univerſus, & quem è Flandris Buranus adduxerat, ita uterque conſtitutus, ut tripartito in hoſtem ſigna inferrent. horum numerus erat ad ſedecim aut ſeptendecim millia. Secundam aciem Itali pedites, & Madrucianæ cohortes bipartito inſtructam tenebant. In eo loco ipſe erat Cæſar cum aulicorum nobilium turmis, & quatuor Frandrenſium vexillationibus. Erant & Maximilianus Auſtriacus, Ioannes Brādenburgenſis, & Filibertus Allobrogū Princeps, ſui quisq; agminis duces. hunc enim toto hoc bello domeſticorum & illuſtrium equitatui Cæſar præfecerat Pedites circiter quindecim, equites tria hominum millia expleverant. Tertia acies ex Georgianis cohortibus inſtituta, peditum circiter octo, duobus equitū millibus conſtabat. huic præerant Albertus & Pruſſus. At Cæſar, quòd eum diem prælio conſtitutum crederet, viroſq; fortiſſimos tribunos & primorum ordinum centuriones pari virtutis opinione & gloria ornandos cenſeret, ſecundæ aciei tertiam ita adjunxit, ut æquo ferè ſpacio

utræq;

utræq; procederent, ne exoptatissimo tempore & loco quem suæ quisque vir- 53
tuti probandæ speraverat, eminus subsequi viderentur. Equitatum omnem in singulas acies ita distribuerat, ut rei militaris ordo ac ratio postulabat, ferentarijs & armaturæ nigræ equitibus suo loco dispositis, hastatisquoq; certis quas defenderent partibus, attributis.

Lanoius Sulmonensium Princeps equitatus levis armaturæ præfectus, nondum etiā discussâ nebulâ, cœperat cum hostibus leviorem pugnam conserere, ea ne tum quidem supersederat, quum Cæsar instructas copias universas in hostem eduxit. Qua de causa Buranum cum equitatu præmittit, & quid sui consilij sit, exponit. Iubet eum propius ripam accedere, ut si usus ferat, eò celerius & expeditius rivum transeat. Dum hæc geruntur, secunda acies primam è vestigio subsequuta, æquo propemodum ab ea intervallo ad ripam constiterat. Cæsar cum Albano tribunisq; aliquot quum in proximum tumulum, unde prospici posset, ascendisset, & quibusdam indicijs procul animadvertisset, è collibus in

Lanojus manus cum hoste conserere incipit, & pugnæ initium facit.

Cæsar & Albanus aciē protestantiū contemplantur.

 plani-

planiciem descendendi speciem & opinionem hostes præbere, pugnæ sibi copiam factam arbitratus, cujus cupiditate omnes arderent, expeditis militibus aliquot, qui aquam transierant, jubet, ut leviore prælio cum hostibus inito, omnes in planiciem citra colles eliciant. Verum ubi neque in planum illi descenderent, neq; ab incepto itinere desisterēt, ac primum eorum agmen circa Norlingam in castra jam pervenisset, ipse superioribus consilijs & spe dimicandi frustratus, acies longius procedere vetat, Buranum revocat, qui cum equitatu suo explorata ripâ, vado angusto ac difficili jam flumen transibat. Res erat ferè ad occasum solis perducta, nec dubium est quin bellum eo die potuisset finiri, nisi nebula tantisper eos occuluisset, dum angustias & præruptas valles evaderent, & collibus occupatis, eo loco castra locarent, quem minores etiam copiæ sine majore negotio aut periculo defendere possent. Itaque unum hoc ad rei benè gerendæ, occasionem, non animus autem vel studium Cæsari defuisse videtur, quem non madidi peditatus nostri impedimen-

tum

Protestātes pugnā detrectāt.

Cæsar Buranum cū suis copijs revocat.

Cæsari nō animus sed occasio ad pu-

54

tum, non fluminis transeundi difficultas, non loci iniquitas tardabant, quo minus hosti, si vellet, pugnandi copiam faceret. Sed quòd nox suberat, neq; satis temporis ad dimicandum superesse videret exercitum in castra reduxit. Idem hostes faciunt, compluribus tamen ea nocte è suorum numero desideratis, carrisque multis & impedimentis, quæ ab equitatu nostro intercipiebantur, amissis. gnādum defuit.

Postridie ejus diei Cæsar, ex eo loco propius hostes progressus, ad passus mille quingentos ab eorum castris consedit. Equites & antecursores nostri cum hostium equitatu, levi prælio facto, quòd temporis tanta esset exiguitas, ut vix castris locandis spacium daretur, noctis interventu supersederunt. In eo prælio ab Ioanne Brandenburgensi & equitibus circiter triginta quos è suis adduxerat, fortissimè pugnatum est. Vtrinque aliquot cecidêre, ex hostibus tamen interficiuntur melioris notæ nonnulli, in his ex Brantsvicensi domo illustris quidam, conjuratorum fidem & arma sequutus, multis gravibusq; vulneribus cōfectus,

Prælium leve.

Ioannes Brandeburgicus fortiter pugnavit.

DuxBrunsvicensis Albertus graviter vu

 paucis

neratus obiit. Sleidan. li.18.nu.9. Lambertus Hortens. lib.4. de bello German. Thuan.li. 2.pag.166

paucis post diebus Norlingæ mortuus est. Cæsar eo loco ad dies aliquot commoratus, nulla ratione hostes ad pugnã elici posse eexistimans, quòd loco munitissimo & ad rem frumentariam maximè oportuno se continerent, arteq; magis & industria quàm aperto Marte dejici eos indè ac turbari debere, commutandam sibi belli rationem & aliud consilium ineundum putavit. id erat hujusmodi.

Cæsar belli ratione mutat.

Danubius ad res gerendas usque adeò videbatur idoneus, tantamque facultatem & momentum utrisq; afferre, ut belli summa, & potior victoriæ pars posita in eo esse crederetur. Quum enim in illius fluminis ripa firmissimæ quæq; & opulentissimæ sitæ sint urbes, pontesquè ab ijs plurimi in Svevos & Bavaros pertineant, (oppida autem & arces omnes ab Vlma Danovertum usque fœderati in armorum societatem illexerant) hac ratione fiebat ut & commodiore re frumentaria hostes uterentur, & ab Augusta & Vlma Cæsarem facilius prohiberent.

55 Cæsaris cõsilium in occupando Danubio.

Simul his omnibus animadversis Cæsar quod magnam sibi laudis opinionem, illis verò præter dedecus & infamiam

famiam, grave etiam detrimentum afferri putaret, si ipse Danubio occupato tantis illos commoditatibus intercluderet, in Augustanorum & Vlmensium agros quàm latissimè posset excurreret, & prædandi vastandique causa liberius pervagatus quàm maximum ijs terrorem inferret, quos fœderatorum omniũ firmissimos potentissimosq; sciebat, maturè consilio capto rem utilem, & ad præsentem fortunam cumprimis accõmodam aggressus est. Imperat ut ex eo die dies continuos aliquot ad speciem & opinionem milites nostri ad hostium stationes evagentur, ac frequentes se illis ostendant. Hac simulatione animis Daeorum confirmatis, Octavium Farnesium cum Italicis copijs & equitatu, additis duodecim tormentis æneis & Schãburgianis cohortibus, silentio prima nocte Danovertum tribus à castris nostris miliaribus misit, & ijs quę fieri vellet imperatis, conquiescere ante iter confectũ vetuit. Octavius summa militum cupiditate & studio ante ortum solis, ut erat imperatum, Danovertum pervenit, omissoq; tormentorum usu, quum scalis

Cæsar Farnesiũ Danovertũ pręmittit, ut oppidum oppugnet. Sleidan. li.18. Thu. l.2. pa.167 & 168. Lãbertus Hortẽs. li. 4. de bello Germ. Farnesius Danover-

tum expugnat & occupat.

lis modò ad murum admotis, milites ſuburbia oppugnare aggreſſi, celeriter &magno impetu expugnaſſent, oppidani repentino malo perterriti, deditione facta, portas aperiunt.

Proteſtãtium cohortes præſidiariæ aufugiunt.

Cohortes præſidiariæ duæ, quas Saxo & Heſſus introduxerant, veritæ ne omninò ſpes fugæ tolleretur, ultimas oppidi partes continenti impetu petunt, & per pontem ex oppido ejectæ profugiunt. Quam ego paſſim cohortem voco, Hiſpanicum exemplar vulgata conſvetudine vexillum nominat. Ea pro ratione militari ac Germanorum inſtituto, quadringentorum militum numerum non excedit. Erant autem hujuſmodi cohortes quas præſidio Cæſar ubique relinqueret.

Farneſius Danovertum præſidio munit & ad Cæſarem revertitur.

Danoverto capto, præſidium duarum cohortium oppidi tuendi cauſa Octavius poſuit, ipſe cum tormentis & reliqua parte copiarum in caſtra reverſus eſt. Ea res tanta celeritate ac diligentiâ eſt adminiſtrata, ut priusquam illi de mittendo

56

ſubſidio neceſſarijsque rebus providendis quicquam cogitare poſſent, jam acta res eſſet, & poſtridie primum de oppidi expugnatione nuncij afferren-

afferrentur: quod in tanta propinquitate castrorum quum non amplius mille quingenti passus intercederent, mirum sanè videri poterat. Eo confecto negotio, quod ob eas quas supra memoravimus caussas non minus commodè quàm oportunè sibi accidisse Cæsar putavit, vasis militari more conclamatis, eo die Danovertum pervenit, castrisq; ad oppidi muros in ripa Danubij constitutis, ea ibi nocte quievit.

Cæsar Danovertũ venit ibique castra posuit.

Hostes toto hoc tempore exercitum castris continuerunt, nec ulli à nobis equites visi sunt, præter eos quos in statione quotidie habere consuessent. Equidem admiror nihil ab ijs præstitum esse, quarum rerum oportunitate maxima invitarentur. Poterant enim equitum multitudine circunfusa (qua tantum valebant) extremum agmen nostrum carpere & impedire, aut quum essent regionum scientissimi, impeditis ac præruptis aliquot angustijs nos adoriri, in quibus continenti itinere superandis, aut ordines nostri necessariò turbarentur, aut ijs servatis longa tempora mora dum primi transirent, reliqui sub-

Desidia Protestantium taxatur.

sistere

» ſiſtere cogerentur. Qua ratione futurum
» erat, dum juſtum ejus diei iter, quod
» propoſitum eſſet, non conficeretur, ut
» iniquiore loco caſtra locanda eſſent. Vn-
» dè tot incommoda plerunque evenire
conſveverunt. At Cæſar, qui hæc antè
provideratcogitaratque in itinere poſſe
accidere, ad omnes caſus ſubſidia com-
paraverat expeditis Hiſpanorum & Ita-
lorum cohortibus per ſtationes oportu-
nè diſpoſitis, & noviſſimo agmine vali-
diore militum manu firmato, quòd pro
anguſti itineris ratione, neceſſariò cre-
deret in longum protenſa acie ſibi eſſe
proficiſcendum. Poſtero die Danoverto
diſcedens adverſo flumine Tilingam
proficiſcitur. Id oppidum in ditione An-
tiſtis Auguſtani ſitum, ſed ab hoſtibus
eo tempore occupatum Danubius alluit,
ligneo ponte conjunctus. Iter erat ſpa-
57 cioſum & expeditum aperta porrectaq;
planicie media, inter Danubium & la-
tiores quaſdam denſioresq; ſylvas, quæ
exercitum noſtrum ab hoſtium caſtris
dividerent, & recta regione ad Prentiũ
amnem pertingerent, is tribus ſupra Ti-
lingam miliaribus Danubium influit,
quo

Cæſaris prudētia laudatur.

Cæſar Tilingam pergit.

quo ſpacio & planicies ipſa protenditur. Erant in ſylvis itinera circiter tria, quibus itineribus ab hoſtium caſtris Tilingam perveniri poſſet. Adventu Cæſaris cognito, hoſtes qui id oppidum unius cohortis præſidio tenebant, projectis omnibus fugæ conſilium cœpêre. Magiſtratus & cives ſimul atq; ſigna noſtra viderunt, libentiſſimis animis & Cæſarem & Antiſtitem ſuum recipiunt. Etiam ex Haiſtadio, quod oppidum in Iſtri ripa poſitum arcem habet egregiè munitam, de deditione ad eum legati veniunt, queque imperaverit ſe cupidiſſimè facturos pollicentur. Ipſe inter Tilingam & Laugingam ea nocte conſedit, quæ oppida millium quatuor intervallo ab invicem diſtant. Cum tribus militum cohortibus quas ad Laugingæ cuſtodiam hoſtes locaverant, præſidium quod Tilinga profugiſſe docuimus, ſeſe conjunxerat. Erat illud oppidum quoq; ſatis munitum, fluminis ripa & ponte firmatum. Cives & qui magiſtratui præerant, miſſis ab Albano, ut ſe dederent nuncijs, ſuperbè reſponderunt, quod poſtridiè Saxonem ipſum & Lantgraviũ ſubſidio ſibi venturos

Proteſtãtium milites præſidiarij Tilingâ aufugiunt.

Tilinga Cæſarem recipit.

Haiſtadium Cæſari ſe ſubjicit.

turos

ros pro explorato haberent, ad nullas se-
se conditiones velle descendere. At ea
ipsa nocte, quæcunque ad proximi diei
oppugnationem opus essent, quum se-
dulò à nostris comparari cognoscerent,
mutato consilio & ab altera parte qua
pons erat, militibus ante lucem recto
Augustam itinere dimissis, ex oppido
egressi manus ad Cæsarem tendere, &
supplices pacem ab eo petere cœperunt,
seséq; paratos dicere ut imparata faciāt,
nec idcircò prius id à se præstari potuisse
quod à conjuratorum præsidio prohibe-
rentur. Hujus oppidi exemplo Gudelin-
ga quoq; ad Prentium sita, Cęsaris se vo-
luntati permisit. Quibus in fidem rece-
ptis cõtinuò renuciatum est hostes cum
omnibus copijs Laugingam iter habe-
re. Cæsar huic famæ & nuncijs eò faci-
lius fide adhibita, quod pridie ejus diei
milites qui oppidũ præsidio tenebant, ita
fore prædixerant, protinus arma expedi-
ri atq; aciem instrui jubet, Erat in itinere
locus nec angustus adeò, nec impeditus,
propter oportunitatẽ tamen rei gerendæ
satis idoneus: quod eò, si ad nos conten-
derent, necessariò esset illis pervenien-
dum

Laugin-ga Cæsari supplex fit.

Gudelin-ga Cæsa-ris volun-tati se per mittit.

Cæsar Pro 58 testātibus obviam ire consti-tuit.

dum. Quem si occupasset Cæsar & copijs instructis communisset, futurum existimabat, ut vel prælium cum adversarijs committeret, vel nostros illi eo loco cõspicati, quum ulterius progredi non auderent, magno cum dedecore retrocedere cogerentur. Si pugnam capesserent, iniquitas loci offenderent, sin detrectarẽt, spe sua & proposito dejicerẽtur. Itaq; quod utrunq; illis cõsilium periculosum esset, & anceps, is dies, ut mihi videtur, facile de controversijs nostris & pertinacissima cõtentione dijudicasset. Dum hæc in animo Cæsar perpenderet, Laugingâ jam in potestatem redactâ, ex deditijs cognoscit, Saxonem & Lantgraviũ cum subsidio non modò non expectari, sed ea ipsa nocte Schertelum quoq; cum sexaginta equitibus adfuisse, qui oppidi munitionibus parũ confisus, præsidium inde Augustã in tutũ deduxisset. Qua re intellecta Albanus, ut Cæsar præceperat, Ioannem Baptistam Sabellum properè cum equitatu Põtificio mittit, qui Schertelũ è vestigio persequatur. Huic adjungit Aldanam & Aguilerã cum expeditis equitibus Hispanis quibus erãt præfecti, & Ni-

Cæsariani Schertelum fugientem insequuntur.

&Nicolaum Siccum cum Italis ejusdem armaturæ equitibus. Horum tanta celeritas & ſtudium extitit, ut quatuor illas cohortes quæ longo tempore anteceſſerant (nam Schertelus cum equitatu velocius ad ſalutem contenderat) ad millia paſſuum aliquot cõſequuti, acriter cum ijs prælium inierint, paucisq; eorum interfectis, pluribus captis, incolumes ad unum omnes in caſtra redierint, relatis ad Cæſarem tribus æneis tormentis, quę Schertelus Laugingâ Auguſtã avehenda curaverat.

Prælium cũ Schertelianis.

Cæſar duabus Laugingæ præſidio cohortibus conſtitutis, copias omnes Prentium amnem traduxit, caſtrisq; in ripa idoneo loco communitis, Soltum pagus appellatur, tribus ab Vlma miliaribus, in animo habebat eò cũ

Cæſar Prentium amnem tranſit.

59 exercitu proficiſci. Nam quod hoſtem anteverterat, Iſtrum occupaverat, oppidaq; ad ejus fluminis ripam poſita in poteſtatem ſuam redegerat. Vlmenſes ipſos premere voluit, & agrum populationibus prædationibusq; vaſtare, Lantgravium ſperans aut Vlmam compelli, aut ea intercludi poſſe, aut ſi obſeſſis auxilium ferret, quod neceſſariò illi conandum

dum omni ratione cenſebat, æquiore multo rerum omnium conditione cum eo ſe conflicturum. His conſtitutis rebus poſtridiè manè, ſigno jam profectionis dato, equites quos pridie ejus diei ſpeculatum emiſerat, ad eum accurrunt, nunciant, hoſtes caſtra moviſſe, & in itinere eſſe. Qua re audita Cæſar, dum de hoſtium itinere & conſilio certior fieret, ex eo loco ſibi diſcedendum nō exiſtimans, majorem equitum numerum mittit, qui obſervent quas in partes iter faciant. At hæc ſerò tandem nunciata fuiſſe compertum eſt, pridie enim veteribus ad Norlingam caſtris egreſſi duo miliaria confecerant, & ejus diei quoque parum itineris ſupererat, ad locum quem caſtris ponendis delegerant. Non tamen omninò ſpeculatorum vitio id accidiſſe credendum eſt, nam quum exteri eſſent & regionum imperiti, non ita facilè judicare potuerunt, quo iter ſuum illi converterent, quum alioqui & è noſtris Germanis plerique ſpeculatum egreſſi, multum diuque hæſitantes certi quicquam cognoſcere ſe aut affirmare poſſe negarent.

Interea

&Nicolaum Siccum cum Italis ejusdem
Prælium cũ Schertelianis.
armaturæ equitibus. Horum tanta celeritas & studium extitit, ut quatuor illas cohortes quæ longo tempore antecesserant (nam Schertelus cum equitatu velocius ad salutem contenderat) ad millia passuum aliquot cõsequuti, acriter cum ijs prælium inierint, paucisq́; eorum interfectis, pluribus captis, incolumes ad unum omnes in castra redierint, relatis ad Cæsarem tribus æneis tormentis, quę Schertelus Laugingâ Augustã avehenda curaverat.
Cæsar Prentium amnem transit.
Cæsar duabus Laugingæ præsidio cohortibus constitutis, copias omnes Prentium amnem traduxit, castrisq́; in ripa idoneo loco communitis, Soltum pagus appellatur, tribus ab Vlma miliaribus, in animo habebat eò cũ
59 exercitu proficisci. Nam quod hostem anteverterat, Istrum occupaverat, oppidaq́; ad ejus fluminis ripam posita in potestatem suam redegerat. Vlmenses ipsos premere voluit, & agrum populationibus prædationibusq́; vastare, Lantgravium sperans aut Vlmam compelli, aut ea intercludi posse, aut si obsessis auxilium ferret, quod necessariò illi conan-

dum

dum omni ratione cenſebat, æquiore multo rerum omnium conditione cum eo ſe conflicturum. His conſtitutis rebus poſtridiè manè, ſigno jam profectionis dato, equites quos pridie ejus diei ſpeculatum emiſerat, ad eum accurrunt, nunciant, hoſtes caſtra moviſſe, & in itinere eſſe. Qua re audita Cæſar, dum de hoſtium itinere & conſilio certior fieret, ex eo loco ſibi diſcedendum nõ exiſtimans, majorem equitum numerum mittit, qui obſervent quas in partes iter faciant. At hæc ſerò tandem nunciata fuiſſe compertum eſt, pridie enim veteribus ad Norlingam caſtris egreſſi duo miliaria confecerant, & ejus diei quoque parum itineris ſupererat, ad locum quem caſtris ponendis delegerant. Non tamen
omninò ſpeculatorum vitio id accidiſſe “
credendum eſt, nam quum exteri eſſent “
& regionum imperiti, non ita facilè ju- “
dicare potuerunt, quo iter ſuum illi con- “
verterent, quum alioqui & è noſtris “
Germanis plerique ſpeculatum egreſſi, “
multum diuque hæſitantes certi quic- “
quam cognoſcere ſe aut affirmare poſſe “
negarent. “

Interea

Cæsar & Albanus ſpeculatū tumulum quēdam aſcendūt, non absque periculo.

Interea hoſtes tam longè proceſſerant, ut Albanus ad exploranda loca profectus, ſigna canentia clarè exaudiret, & antecurſores jam præſentes conſpiceret. Cæſar cum paucis equitibus & Albano tumulum quendā aſcendit, cui primum hoſtium agmen jam erat propinquum. id illi convertiſſima acie promovebant, magno equitum numero in ſiniſtro cornu contra planiciem objecto, pedeſtribus verò copijs ad dexterum latus, quod ſylva tegebat, locatis. Lantgravius noſtros in tumulo conſpicatus, tormenta, quæ aciem præcedebant, magno impetu diſplodere cœpit. Horum enim peritiam & uſum non ſine magna jactatione ipſe ſibi arrogare conſvevit. Equidem ignoro cui potiſſimū ex adverſariorum
„ ducibus ea tribuenda ſit gloria, illi certè
60 „ toto hoc bello ſumma cum dexteritate
„ & ſolertiâ tormentarium officium exercuerunt. Cæſar hoſtium ordine & itinere perſpecto, quum Giengam eos properare cognoſceret (id oppidum ad Prentij ripam circiter quatuor paſſuum millibus adverſo flumine à caſtris noſtris aberat) parvvulis aliquot prælijs factis in

Proteſtātes Giengam tendunt.

caſtra

castra reversus est. Multi in eam sententiam loquuti sunt, ut cum hostibus eo die prælio decertaretur. Diligentiore tamen rerum omnium facta inquisitione compertum est, quum de eorum adventu fama & nuncij perferrentur, & ad eum locũ pervenissent, qui apertiore rarioriq; sylva ad pugnam videretur idoneus, castris suis propinquiores jam ipsos fuisse, quam ut ad instruendã aciem producendasq; in illos copias tẽpus daretur. Prentius enim erat inter utrũq; exercitũ medius, altior quam ut vado transiretur, & copijs celeriter transportandis quũ unus aut alter pons non sufficeret, plures fieri tẽporis angustia prohibebat. Itaq; hujus « rei error, si quis modò coargui possit, in « sera exploratione & varijs speculatorum « nuncijs convincitur. Siquidem rei benè « gerendæ occasio, si quæ fuerit jã præter- « volaverat quũ veritas ipsa perciperetur. «

Ego in multis bellis quibus à Cæsare gestis, interfui, talia subinde mecum in animo cogitans, ipsis locorum peritis & incolis comperi diligentiam fidemq; in « hostium consilijs & rationibus referen- « dis plerunque deesse: atque hac ratione «

Non semper exploratoribus fidendũ.

non

„ non rarò fieri, ut (quemadmodum in te-
„ nebris oberranti evenire videmus, qui
„ dubio & cunctanti pede signat humũ)
„ quum incerta sint quę ab hujusmodi ex-
„ ploratoribus renuncientur, ex tempore
„ & conjecturâ necessariò consilia capiantur.

Non ausim decernere quid in causa sit, nisi ipsum hoc fortassè quod de P. Considio Cæsar in commentarijs scriptum reliquit. Is, ut inquit, quod rei militaris peritissimus habebatur, & in exercitu L. Syllæ & postea M. Crassi fuerat cum exploratoribus præmittitur. Prima luce quum summus mons, ut à Cæsare imperatum erat à T. Labieno teneretur, Considius equo admisso ad Cæsarem accurrit, dicit, montem quem à Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri, id se à Gallicis armis atque insi-

61 gnibus cognovisse. Multo denique die per exploratores Cæsar cognovit & mõtem à suis teneri & Helvetios castra movisse, & Considium timore perterritum, quod non vidisset, pro viso sibi renunciasse. Huc ego volens digressus sum exempli similitudine adductus, quòd id ad præsentem locum non ineptè facere

Iul. Cæs. commẽt. de bello Gallico lib. 1.

mihi

mihi videretur. Siquidem exploratores « nostri aut non ita longè progressi, ut ho- « stem conspicerent, aut eminus conspi- « cati, ut timoris suspicionem vitarent, « pudore adducti quæ non perspexissent « referre, & vana etiam affingere consve- « verant. Hujus rei culpam ecquis obse- cro in Imperatoris aut legati negligen- tiam conferat.

Cæsari in castra reverso hostium tur- mæ aliquot mediam inter exercitum u- trunque planiciem perequitantes, se ostenderunt, & leviore prælio facto, ut dictum est, in castra se quoque recepe- runt. Ea etsi vallibus aliquot impeditis & rivulis qui media interfluerent diri- merentur, erant nihilominus commu- nitissima, cujus potissimum rei primam semper ab ijs rationem habitam esse de- monstravimus.

Vtrinq; in castra reverti- tur.

Eo die & quæ insequuta est nocte, Cæsar concilio convocato sentétias ex- quirere cœpit, manendum ne eo loco es- set, an Vlmam proficiscendum. Hac in utramque partem habita disputatione cuum variæ sententiæ dicerentur, tan- lem majori parti placuit, ut postero die castra

Cæsar cõ- cilio con- vocato exquirit, quò eun- dum.

castra moverentur. Ab exploratoribus enim Cæsar cognoverat, tria Helvetiorum millia Vlmensibus subsidio missa, additis mille quingentis ejus Civitatis militibus, quibus copijs quantasvis magnas Cæsarianorum vires sustineri, & diutina etiam obsidione oppidum industriè defendi posse confiderent. Quæ

Cæsaris cōsilium.

quum ita haberent, Cæsari sanè res æqua visa non est, tantâ hostium multitudine a tergo relicta, Vlmam obsidione cingere, quòd eos verisimile erat nobis vixdum egressis, in eadem castra nostra successurus. Quibus occupatis neq; cōmeatus nobis supportari occlusis itineribus posse, neque vicissim ijs oppidis subveniri quæ ad Istri ripam præsidijs nostris utcunque firmata relinquerentur. Quo factum est, ut de tentanda Vlma Cæsar consilio in præsentia omisso,
62 ad necessariarum rerum cogitationem
„ sese converterit. Siquidem ad pristinam
„ belli rationem res jàm redierat, dum in
„ castris mutandis & constituendis omne
„ certamen positum esset: quumq; ob eam

Albani cōsilium.

causam ferè quotidianis prælijs contenderetur, Albanus consiliū inibat, quemadmo-

.dmodum ad majorem pugnam aliquam callidè illos pertrahere posset. Itaque postridie manè in sylva ad passus excentos vicina, ad Prentij ripam loco doneo & occulto, trium sclopistarum nillium insidias collocat, circa quæ loca lli superioribus diebus liberius vagari :onsveverant. Lanoio imperat, ut cum evioris armaturæ equitibus aliquot ad tationes eorum adequitet, & lacessitos ad pugnam eliciat. At hostes ubi primum ab equitatu nostro suos, qui :xtra vallum egressi erant, propelli & gravius premi conspicerent, magnum iippusclopistarum & peditum nume-'um è castris educunt. hos illi instituo suo partim confertos, partim raros ıc dispersos distribuunt. Lanoius hostes ad insequendum paratos scienter & industriè jam eò perduxerat, ubi mili-es Albanus in sylvis abdiderat. Nostri subitò ex insidijs consurrexerunt, utrinque clamore sublato pugnatum est acri-:er, fit magna cædes. ex hostibus cecidê-e permulti, quos passim jacentes & per :ampum dispersos posteà cernere li-:uit flavis insignibus, quibus hoc bello ısi sunt, distinctos. Quanvis enim, "

Magnum prælium cum protestantibus.

,, quę ijs quotidiana ferè conſvetudo erat,
,, in hac pugna quoq; oportunè ſatis tor-
,, mentorum emiſſione ſint uſi, grave nihilominus ipſis à ſclopis noſtris detrimentum illatum eſt. Equites quoq; etſi crebrò & magna multitudine conferti irruerent, à leviore equitatu noſtro ita fortiter ſuſtinebantur, ut ultrò etiam cõverſus procurreret, & perterritos pulſosque in fugam conjiceret. Verſabantur enim in eo agmine variarum gentium illuſtres & benè nati plerique, qui in eo bello Cæſari fidam ac diligentem operam navabant. Sed quòd negligentiùs pleraque adminiſtrarentur quæ Albanus ſuperiori nocte ſtatuerat, receptui cani juſſum eſt, tanta hoſtium voluntate, ut ſine mora illi quoque ſeſe omnes intra vallum receperint.

63 Proteſtãtium milites ſemper ad pugnãdum prompti.

Cæſar paucos dies ad Prentij ripam commoratus, ubi animadverteret qualis occaſione provocatos hoſtes continuò ad pugnam procedere, operam dabat ut opportunitatem aliquam nanciſceretur, qua inſignem illis calamitatem inferret. Itaque omni Germanorum equitatu quem in plures partes diviſerat,

Cæſar proteſtãtes denuò

iserat, in stationibus per sylvam dispo- ad pugnã
itio, expeditis Italorum & Hispanorum lacessit.
ohortibus in eâdem sylvâ latenter abdi-
is, tormentisq; arborum ramis & fron-
e contectis, reliquas copias in armis ex-
editas tenebat, ut subitum casum ex-
edito exercitu subiret. Lanoius ad pri-
inum officium reversus, ad hostium
istra accedit, prælioque cum eorum e-
uitatu commisso (is duplici acie instru-
us prodierat) quum cedere consultò
os jussisset, illi vel insidijs cognitis, vel
ioris diei periculum veriti, non lon-
us à vallo sunt ausi discedere, quàm
io tormentarij globi, quorum præsidio
tutos videbant, rhedis excussi pertin-
rent. Magna parte diei consumpta
uum acies instructas Cæsar jàm dudum
ieret, semper, ut ipse optabat, expe-
ans si equestri certamine illecti ini-
is locis se hostes subjicerent, neque,
videbatur, longius progressuros spe-
et, exercitum diutinæ expectationis
dio affectum, sub noctem in castra re-
cit. hoc idem hostes faciunt. Ipse lon- Protestã-
s bellum ductum iri existimans, ubi tes ex in-
positum tenere non potuit, neq; co- sidijs no-
G natus cturnis à Cæsaria-

nis ado- niuntur.

natus diurnos perficere, ad nocturnas tunicatas insidias animũ adjecit. Madrucianas cohortes & Hispanicas omnes quas se firmissimas habere credebat, interulas lineas armis superinducere jubet. hoc stratagemate ad insidias & nocturna prælia hodiè duces utuntur, ut prospectu tenebris adempto, permixtę multitudinis periculum & turba vitetur. His Albertum & Prussum cum suo quenq; equitatu adiungit. Albano imperat ut cum ea militum manu de prima noctis vigilia, silentio castris egressus ad hostem contendat. Ipse cum reliquis copijs quas armari jusserat, confestim subsequitur: & quum paulò longius à castris processisset, præsidioque nobilium aliquot comitatus, quid fieri oporteret ab
64 Albano nuncios expectaret, leviter armis indutus & endromide tectus, quà se à nocturni frigoris injuria defenderet, sub dio in petorito paulisper conquievit. id vehiculi genus est ab Hungaris primò inventum, ut ajunt, ego non dissimile crederem esse ab ijs, quæ olim cisia dicebantur, Hungari hodiè patrio sermone Goches appellant. Ad hunc modum

Petoritũ quid sit, author exponit.

Cæsar

esar paratus expectabat, dum quid
endum foret admonitus, rebus ne-
ssarijs in omnem eventum prospi-
ret. Interim Albanus magna celeri-
e & studio usus, cum non longius
ingentis passibus ab hostium castris
esset, stationésque & vigilias majori
ubitorum numero auctas cognosce-
, ex re ipsa illata suspicione restitit. Il- Cæsaris cōsilium irritum.
nim, ut fumo atque ignibus signifi-
batur, & facibus quas per agmina &
tructos ordines discurrentes circun-
ebant, insidias & conatus nostros prę-
ferant. Quibus rebus adductus Cæ-
, & quod magni operis & laboris esse
leretur, vel imparatos alioqui & in-
nantes invadere hoc conatu destitit.
stea cognitum est horis circiter qua-
or priusquam è castris copiæ educeré-
, rationes & consilia nostra ad hostes
exploratores fuisse delata: perfacilè "
m factu erat, ut Germani inter Ger- "
nos sine ulla suspicione tutò ac libe- "
versarentur. His ita constitutis Alba-
s ad Cæsarem reversus quæque apud
stes perspexisset renuntians, re infe-
ante lucem copias in castra reduxit.

Poterat ea nocte, ut ego existimo hostibus magnum detrimentum & cædes inferri, nisi tam oportuno tempore ab ex-
„ ploratoribus admoniti, vigilantiâ suâ
„ negotium omne turbassent: Is enim erat ordo præscriptus, ijq; milites ad nocturnam illam expeditionem instructi, à quibus nihil nō præclarum & eximium meritò expectaretur.

Cæsar novam belligerendi rationē quærit.

Cæsar ubi ad priorem belli rationem rursum sese redactum videret, quod locis munitissimis hostes se continerent, neque proclivè esset eos indè aut industriâ elici aut viribus pelli, novam aliquam benè gerendæ rei occasionem quærere cœpit. Interim tamen nullum
65 tempus intermissum est, quin tantum in pabulationibus frumentationibusque impediendis hostibus noceretur, quantum labore atque solertia milites efficere
„ re possent. Omnium autem gravissimè
„ nocturnas nostrorum eruptiones fere-
„ bant. siquidem hæ quum cuivis genti
„ molestæ sint, hanc certè multò durissimè videntur affligere.

Lanoius pabulatum ...

Dum hoc statu res esset, Lanoius cum levioris armaturæ equitibus, & Barban-

sonius

sonius è Flandrica gente illustris, cum parte Buranici equitatus ad opprimendos hostium pabulatores Cæsaris jussu profecti, non procul ab eorum castris duabus confertissimis equitum turmis occurrunt, & acriter prælium committunt. Illi paulisper morati, equitum nostrorum impetum ferre non potuerunt, ac terga verterunt. Nostri non mediocri terrore injecto, multis eorum vulneratis & interfectis, capto signifero & signo relato suos incolumes reduxerunt. Accidit in ea pugna quod dignum memoriâ risum prætermittere nolui. Eques ille à quo vexilliferum captum diximus, sub Burano stipendia faciebat. Is in eo bello quod Lantgravius in Brantsuicensem regulum concitavit, antè paucos annos eodem die hujus ipsius signiferi fratrem signiferũ, erepto signo peremerat. Hoc nimirum versante & connitente fortuna, ut annorum vertentium unus idemque dies utriq; fratri luctuosus & funestus lucesceret. His rebus gestis, magna hostium multitudine cæsa, compluribus captis, uno militari signo relato, multisque sarcinariis jumentis (quo incommo-

Protestãtium impedire conatur.

Protestãtium equites terga vertunt.

Memorabile quid author hic narrat.

Protestãtium cædes.

do maximè permovebantur) in fuga comprehenſis, Barbanſonius & Sulmonenſis ſumma cum laude & rei militaris gloria ad Cæſarem in caſtra reverſi ſunt. Bona quoque prædę pars ad Hiſpanos redierat, qui aviditate & ſtudio prædandi longius evocati, cum Arzio tribuno in ſylvis circa eadem loca, (ut ijs præceptum erat) tum verſabantur.

Cōtinuæ decertationes.

His diebus plerique nobiles aulici magis ad hoſtium caſtra perſpicienda, quàm ex Cæſaris imperio profecti, ſub ipſo ferè vallo cum eorum equitatu levioribus prælijs continuò decertabant: ita tamen ut noſtri omnibus partibus
66 ſuperiores eſſent, illi contrà majore ſemper accepto incommodo ſuccumberent.

Cæſaris de mutandis caſtris cōſilium.

Interea Cæſar, quum ob eas quas ſupra memoravimus, cauſas de tentanda Vlma ſpe omni amiſſa, cōſumptis etiam longè lateq; frumentis, annonæ & pabuli anguſtiâ laborare inciperet, & grave anni tempus, aërisq; infecti lues exercitū valetudine tentaret, aſſiduiq; imbres loca circum caſtra finitima uſqueadeò vitiarent, ut cum terræ uligine & cœno

durius

lurius quam cum ipsis hostibus milites "
confictarentur, quo indies augescente, "
ormentorum usus non modo interiret,
ed periculum quoq; esset ne altius im-
nersa ullis postea jumentis possent con-
velli, cõmodissimum sibi statuit si vetera
d Laugingam castra repeteret, quod is
ocus rebus necessarijs providendis ma-
gis videretur idoneus. Dum his incom-
nodis exercitus defatigatur, idem quo-
que pagus Georgij à Reghenspurg viri
ortissimi, cujus operâ Cæsar omnibus
bellis optimâ fidissimâ q; semper fuerat
usus, morte nobilitatus est. Is multos
lies graviore morbo ex frigore & labo-
e implicitus, magno sui desiderio vita
xcessit. Circa eadem ferè tempora Ale-
xander Farnesius purpurati ordinis vir, à
Pontifice ad Cæsarem legatus, per cau-
am valetudinis, in Italiam redijt.

Georgius Regenspurg Dux belli moritur.

Alexãder Farnesius in Italiam tendit.

Cæsar, quo consveverat ordine Lau-
ingã venit, nulla ab hostibus facta pu-
gnandi significatione, equitibus dunta-
at circiter sexcentis emissis, qui lentius
novissimum agmen nostrum insequuti,
minus se nobis subindè ostenderent.
Eo quoque die pleriq; existimant, Saxo-

Cęsar Laugingam redit.

Protestãtes opti-

mam pugnandi occasionem negligunt. nem & Hessium magno suo commodo & meliore conditione potuisse nobiscum confligere, quòd paucis ante diebus quindecim Virtenbergensium millium adventu, quos agrestes illi appellant, copias auctas haberent. At illius regionis agrestes, eo sunt robore & animi fortitudine, ut non ita multis retrò annis cum viginti quatuor Helvetiorum millibus congressi, exercitu eorum pulso & ad internecionem deleto, insignem belli gloriam reportaverint. Quibus tamen auxilijs confirmati, quum majores
67 manus majoraq; subsidia undiq; quotidie convenirent, nobis contrà quod magna militum pars deperijsset, ad paucitatem bellatorum paulatim res deduceretur (multos enim è Germanis & Belgis adversa valetudo afflixerat, ex Hispanis quoque vis morbi, & excursionum assiduitas plerosque interceperat, Itali partim domum reversi partim frigore & morbo consumpti, opinione circiter undecim millium dejecti, ad quatuor millia redierant) tanta rei gerendæ occasione prętermissa, loci duntaxat fiduciâ freti quiescere maluerunt, quàm prælio fortunam belli tentare.

...ortunam... Dum

Dum hæc ad Laugingam geruntur, nterea Ferdinandi Regis & Mauricij in axonia res secundæ ad Cæsarem nunijs ac literis perferuntur: Saxonas pulos superatosque, exercitum cæsum & najorem ejus provinciæ partem in deitionem potestatemq; utriusq; esse relactam. Quibus rebus nunciatis Cæsar, it hostes quoque de fratris victoria cerjores faceret, aut si non ignorabant, ad os quoque de ea re famam perlatam inelligerent, magnam tormētorum multudinem displodendam curavit, quo onitu lætitiæ & alacritatis ex victoria atæ hostibus significatio fieret. Interim Cæsar dum ad Laugingam castra habeet, institutoque suo & ferè quotidiana onsvetudine, non militum stationes nodò castrorumq; munitiones obequiaret, sed finitima quoq; loca quæ vel à vel ab hostibus occupata momentum liquod ad summam belli adferre posent, diligentissimè exploraret, animadertit ad arcem circiter passus mille à castris nostris quinquaginta Hispanorum ræsidio firmatam, semel atque iterum ostes perspiciendi causa venisse, perlu-

Cæsari nunciatur Saxones à fratre Ferdinando esse debellatos & victos.

Cæsar loci situm perlustrat.

ſtratâ q; loci naturâ tam cautè & oportunè recipere ſe conſueſſe, ut ad inſequendum nulla nobis facultas relinqueretur, rem ipſam eſſe teſtimonio, quòd penè in conſpectu exercitus noſtri proximis diebus armenta abegerant, quo tépore noſtris ad inſequendum paratis, periculum celeritate vitarant. Hoc ipſo die accidit, ut Cæſar cum equitatu egrederetur, id ſcilicet ſpectans, ſi itinere impeditos & perterritos deprehenderet: quos quum longius progreſſos conſequi non poſſet,
68 exploratis regionibus & loco quodam cõſilijs rebusq; ſuis perportuno delecto, unde facilius hoſti ſe nociturum confideret, Laugingam redijt. Ad ſuperiores difficultates acceſſerat, ut in his quoque caſtris (quemadmodum locis demiſſis ac paluſtribus erat neceſſe) præ luti altitudine & impedimento diutius commorari, & milites hyemis cœli q; ſævitiâ cõflictati, ſub pellibus contineri non poſſent. Quibus rebus pleriq; permoti, unanimes in ea ſententia perſiſtebant, ut cõmutata belli ratione reliquum tempus à labore intermittendum eſſe dicerent, militibus q; in proxima municipia in hyberna

Magnæ difficultates Cæſari ſe offerũt.

Cæſar belli rationẽ mutare cogitur.

rna deductis, copias oportunè in præ-
ijs collocatas ita debere distribui, ut
cilius de frumẽto reliquoq́, commea-
provideri posset, & bellum commo-
is administrari. Intercedit Cæsar, &
ntentiam suam sequutus, salubrẽ pro-
ctò, & ut eventus postea docuit, maxi-
è utilem & necessariam, iisdem consi-
s quibus inceperat, alere bellum insti-
it. Itaque castris ad Laugingam limo-
humo adeò præpeditis, ut itineribus
cisq; circumquaq; finitimis altitudi-
tenacissimi luti concisis, neque pedi-
is neq; carris, quibus commeatus sub-
heretur, aditum haberent, maturan-
ım statuit exercitum in eum locũ tra-
icere, quẽ proxima exploratione ido-
um sibi delegerat: copiisq́ue bipartitò
structis, equitatu omni contra hostem
ɔjecto, legionibus cum tormentis & Socordia Protestã tium.
rcinis in alteram partẽ receptis, ne tum
iidem insequutis hostibus, ad eum lo- "
ım pervenit, quũ tamen is dies, ut mihi "
detur, prætermittendus illis non esset, "
ıin prælio nobiscum contenderent. "
rat enim iter quo equitatui nostro "
ccurrerent, amplum & expeditum, & "
legiones

„ legiones nostræ cum tormentis subsequutæ,longius aberant. Hactenus nunquam assequi potui, quæ tandem res eos tardaverit, nisi quòd rationes nostras & „ itineris ordinem serò jam parumque o„ porunè cognoverint, is autem à Cæsare necessariò sic institutus est, quod sylvæ multæ intercederent, nec locorum natura (quandoquidem exercitum omninò eò traducere decrevisset)aliam ullam proficiscendi rationem admitteret. Ca-
69 stris eo quo dictum est loco, positis, mirum in modum conversæ sunt omnium mentes; summaq; alacritas & cupiditas belli gerendi innata est. Milites enim ex difficillimo impeditissimoq; cœno planiciem nacti, commodo loco & sicco consederant,atq; ijs tam grato, ut voluptatem quam ex ea mutatione percepissent,publica gratulatione testati, castra Cæsaris, postea loco nomen indiderint. Summa erat in eo lignorum & aquæ copia, ad commeatus cõvehendos magna facultas, & situs, natura ipsa communitissimus. In fronte contra hostem tumulus terreus erat, satis grandis & ita idoneus,ut manu ibi extructus esse videre-

Situs Castrorum Cæsarianorum descriptio.

tur. In hujus summitate tormenta loca-
ta erant, quæ longè lateq; in subjectam
planiciem emitterentur. Dexterum ca-
strorum latus ad lacum & palustria loca
pertingebat, sinistrum perpetuæ sylvæ
tegebant, quarum pars quoq; dextror-
sum flexa, quæ à tergo erant, omnia tuta
reddebat. Inter utrumq; exercitum tan-
ta erat spacij brevitas, ut inter cohortes
quæ in stationibus dispositæ erant con-
tinenter utrinque dimicaretur. Qua re
animadversa Cæsar, hosteis commeatu
omni se interclusurum existimans, equi-
tibus imperat, ut quam latissimè possint
vagentur, & quam maximum hostibus
terrorem inferant. Illi quod imperatum
est faciunt, & omnibus modis huic rei
student, ut illos pabulatione & commea-
tu prohibeant. Quo fiebat ut quoquo-
versus quo frumentandi causa adire illi
se posse crederent, leviores equites nostri
& hipposclopistæ palantes discurrerent,
toto que hoc spacio quod inter Vlmam,
Dinckelspulam & Norlingam interce-
deret, adeò infesta itinera redderent, ut
cadaveribus, jumentis confossis, plau-
stris annotinis confractis, dispersisq; ci-
barijs

Protestātes pabulatione à Cæsarianis prohibentur.

Protestãtes continuò infestantes.

barijs plena passim omnia conspicerentur. Reliqui verò milites nostri & nocturnis eruptionibus, & diuturnis prælijs tam continenter illos defatigabant, ut nulla nec quietis nec cibi capiendi facultas relinqueretur. Tanta denique rerum commutatio accidit, postquam in eum locum, quem Cæsaris castra milites appellabant, perventum est, ut manifestè jam Cæsarianis meliore secundiore-
70 que usis conditione, fiducia rei gerendæ & ingentes spiritus accederent, illi contra perculsi atq; infirmi superioris temporis contentionem remitterent. Neq; enim ad velitationes levioraq; prælia, eo quo consveverant animo & alacritate procedebant, neq; dum ad ipsum usque vallum nostri accederent, & magna eos contemptione ad pugnam evocarent, illi quicquam vel contumeliâ vel offensione permoti, extra munitiones egrediebantur, sed sola tormentorum emissione pugnandi languorem contestati, ex propugnaculis & vallo prælium conferebant, ne tum quidem ausi procedere cum in conspectu exercitus sub ipsis castris captivos abduci viderent. Tot incommo-

Protestantes animo dejecti pugnandi occasiones omnes detrectant.

commodis ac difficultatibus perturbati, ſummâ quoq; rerum neceſſariarum inopiâ premebantur. Tantis potiſſimum rei frumentariæ anguſtijs affecto exercitu, ut quinque continuos dies, milites frumento & pane caruerint, Huc accedebat, quod re nova & inopinata perterriti, formidandam Cæſaris potentiam ac virtutem horreſcerent, quem & anni tépore & neceſſitate compulſum cum belli curam ac diligentiam remittere ac jam languere putarent, majore fiducia & alacritate accendi cognoſcerent, ac de hybernis adeò nil cogitare, ut ſub pellibus potius hyematurus crederetur quam Saxonẽ & Heſſum è manibus dimiſſurus. Cujusquidem rei non obſcura illis ſignificatio fiebat dum loci naturam ubi caſtra noſtra conſtituta erant perſpicerent. Erat non procul ab hoſtibus tumulus paulò editior è cujus ſummitate, quod aſtris ipſis impendere videretur, proclivè erat ea tormentis decutere. Istum tumulus dum ſub ipſo hoſtium vallo leviore prælio decertaretur, ab Albano & centurionibus aliquot cognitus eſt. Cæſar aſcenſu & circuitu diligentiſſimè

Penuria in exercitu Protestantium.

explo-

explorato, quum tumulum occupare conſtituiſſet, legati ad eum de Norlingæ deditione miſſi, conſilium interpellarunt, erat enim id oppidum rebus noſtris tam oportunum, tantamque ad gerendum bellum facultatem præbebat, ut equitum ibi præſidio conſtituto, ſine majore negotio, frumentatione & commeatu hoſtes omninò prohiberentur, quibus undiq; malis circumventi famis
71 „ & inædiæ neceſſitatem quovis telo du-
„ riorem ſubirent.

Legati Norlinſes deditionem ſuæ civitatis Cæſari offerunt.

Dum res in his anguſtijs eſſet, Saxo & Heſſus, quòd magni intereſſe Reip. & ſuæ ſalutis arbitrarentur de pacis conditionibus cum Cæſare agere, idoneum hominem nacti Electoris Brandenburgenſis clientem, per quem ea quæ vellent ad Ioannem hujus fratrem perferrentur, petunt ut privati officij nomine ad eum literas det quibus de conciliandâ pace ipſum hortetur: literarum autem hæc ſit ſumma. Magnis precibus orare ipſum ac poſtulare, ſi parvo labore magnas controverſias tollere, atq; omnem Germaniam metu liberare poſſit, non gravetur de compoſitione cum Cæ-

Saxo & Heſſus pacem quærunt.

Literæ ad Brandenburgenſem.

ſare

re loqui, magnopere enim confidere, ejus rei sit facta potestas, fore, ut æquis onditionibus ab armis discedatur, cuis negotij magnam partem laudis atq; æstimationis ad Ioannem ipsum perenturam, si illo auctore atque agente s in commodiorem statum deducerer, ipsum hortari, ut data colloquendi cultate, Cæsari lenitatem suam comemoret, quæ ipsis etiam adversarijs tetior sit, quàm ut diffidant studium & acundiam suam Reip. ipsum dimitte velle, & ad æquas pacis conditiones escendere. Porrò ad quietem Germaæ & Imperij salutem, quam maximè ertinere, ut omnes controversiæ comonantur, ut exercitus dimittantur, ut scedant omnes ab armis, & metus è ovincia tollatur.

Hæc quo facilius fiant, fœderatorum omine certas quasdam cōditiones pronat, quibus superioribus temporibus, um Mauricio de statu religionis egent, à quarum commemoratione, quòd on meminerim, supersedebo. In hanc ntentiam Adamus Troppius Branden- Adam rgij Electoris Archigrammatæus ad Troppius. Ioannem

Ioannem Principis sui fratrem literas dedit, multis modis & precibus obtestatus, ut rem susciperet, eoq; deprecatore à Cæsare id impetraretur, magna interim simulatione usus, qua hostium languor animiq; remissio, & qua compellerentur, necessitas, tegeretur. Ioannes acceptis ab Archigrammatæo per tubicinem literis, communicato prius cum Cæsare consilio, ad eas ita respondit: Compositionis nullam esse conditionem, nisi Saxo & Hessus dimisso exerci-
» tu, se suaque omnia in Cæsaris fidem &
» potestatem permittant, quod si faciant,
» se adjutore utantur, & armis positis ad
» Cæsarem veniant, sperare se pro ejus ju-
» stitia, quę supplices petierint impetratu-
» ros. Hanc unam atq; extremam esse pa-
» cis conditionem, quam si respuant, vicis-
» sim æstiment nullum habere se ad Cæsa-
» ris clementiam & mansvetudinem receptum. Quibus auditis illi, quod visum est, respondent, scriptaq; ad Ioannem mandata per eundem remittunt. Quoniam quæ proponerentur magna essent & gravia, ut quæ ad suam ac fortunarum suarum omnium vel salutem vel perni-

Iohannes Brandeburgicus literis e- 72 narratis respōdet.

Declaratio Protestantium principū.

perniciem pertinerent, extemporalis ju- «
dicij non esse de ijs decernere, sed diem «
se velle ad deliberandum sumere, itaq; «
petere se & orare ut aliquem locum medium colloquio deligat, quò ipse cum Burano veniat, si Cæsaris id voluntate fieri liceat, se quoque ad eum quem diceret colloquio diem, eodem esse venturos, & copiosius inter se de Reipub. & communi omnium salute acturos. Ioannes eadem ferè quæ prius responderat, Cæsaris jussu rescribit, nisi armis traditis, non alium se videre concordiæ locũ. Hoc illi responso accepto à colloquij petitione destitêre.

Iohannes Brandeburgicus Cæsaris jussu rescribit.

Interim Norlingenses qui paulò ante de pace legatos miserant, vel dissimulatione, vel præsidij quo oppidum tenebatur, ejiciundi difficultate, quum de celeritate deditionis remitterent, Cęsar pręsentis periculi atq; inopiæ vitandæ causa omnem illos orationem instituisse ratus, & anni tempore & spe conficiundi negotij adductus, de colle, cujus supra meminimus, occupãdo cogitare cœpit, ut hostem non solum pelleret, sed etiam castris exueret. Itaq; quòd à Norlingen-

Cæsar de colle quodam occupando cõsilium init.

Albano quid agẽdum imperat.

lingensibus longiore se procrastinatione duci intelligeret, Albano imperat, ut quæcunque ad oppugnationem castrorum necessaria sint, quàm diligentissimè comparet, velle se pridie Divæ Catherinæ eo loco discedere, ipsoque die festo castra hostium, ea qua statutum

73 erat ratione & ordine, oppugnare, quòd nullam sibi commodiorem dari facultatem confidat, qua illos ad perseverandi desperationem compulsos, cogat stativis excedere. Is dies erat ad undecimum Calend. Decembres, quo die dum leviore prælio decertatur, uxoris Lantgravij frater captus est. Duas autem duxerat, nimirum pro legis Evangelicæ, quam ipse somniat conditione.

Landgravij uxoris frater capitur. Landgravius duas uxores duxerat.

Protestãtes castris ad Giengam locatis excedunt.

Ad quintum Calend. Decembres Cæsar certior factus est, hostes castra movere, & jam in itinere esse. Is nuncius serò circa meridiem allatus est, quòd explorator quanvis regionis peritus, nebulæ tamen tenebris errans prius in castra pervenire non posset, quàm casis, quæ more militari stramentis erant tectę, incensis, procul è conspectu hostes jam discessissent. Pridie enim ejus diei majori-

bus

bus tormentis & sarcinis sub vesperum præmissis, illi de tertia noctis vigilia pedestres copias omnes castris eductas, eodem itinere subsequi jusserant, equitatu cum levioribus tormentis campestribus relicto, qui novissimum clauderet agmen. Cæsar cognito eorum consilio, nulla mora ad insequendum illata, sed protinus levioris armaturæ equitibus aliquot præmissis, qui iter observent (ab exploratoribus enim re confirmata, & vallo statione militum nudato, manifestè eorum profectio cognoscebatur) cũ Buranico equitatu egressus, Germanos equites è vestigio subsequi, peditatum verò omnem ordinibus instructis impetum suum expectare jubet, eoq; præsidio equitum & circiter septingentis veteranis Hispanis, quos confestim in eum usum eduxerat, ad vacua hostium castra pervenit. Illi enim tanta celeritate discesserant, ut ne sauciorum quidem & ægrorum habita ratione, fugæ similis profectio videretur. Ipse eo loco Albanum consequutus, quum ulterius procederetur, & per exploratores cognosceret hostes non longius tribus passuum milibus

Cæsar Protestãtes insequitur.

milibus conſpici, leviores equites qui noviſſimum agmen morentur, præmittit, Albano Buranicum equitatum petenti concedit, ipſe cum Germanis equitibus ſequutus eſt. Quos expeditos præ-
74 miſerat, cum diſperſis aliquot hoſtium equitibus leviore prælio inito, extremum agmen carpere & impedire incipiunt. At illi itinere non intermiſſo ad collem proximum, quem ſclopiſtis mille, & duabus equitum turmis tenebant, magno ſtudio & velocitate cõtendunt. Qui in colle erant Cæſarem & Albanum ex improviſo, ad paſſus circiter mille, cum equitatu conſpicati, relicto præſidio, ad ſuos, qui ab altera parte tumuli acie inſtructa conſtiterant, ſe concitatiſſimo curſu recipiunt. Qua re animadverſa Albanus, quàm maxima poteſt celeritate adhibita, in collem ab hoſtibus deſtitutum cum expeditis Hiſpanis & equitatu ſuccedit. Ab eo colle, circiter mille paſſuum intervallo, eodem quo illi ibant itinere, majori acclivitate alius naſcebatur adverſus huic & contrarius: quod ſpacium inter utrunque intercedebat, planum erat, & undique

Albanus collẽ, cui proteſtãtes prius inſederant occupat.

què apertum. Hunc hostes occupant, & tormentis aliquot in fastigio collocatis, quibus nostros ascensu & itinere prohibeant, ad dexterum latus expeditis sclopistarum cohortibus contra sylvas objectis, equitatu omni in octo aut novem agmina distributo, cum reliquis copijs eò contendunt. Equites nostri expediti, ubi rursus instituto suo extremos pugnâ lacesserent, Albanus spem prælij nactus, quòd Cæsaris agmen instaret, protinus nigræ armaturæ equitum turmam (hos hipposclopistas esse supra demonstravimus) ex tumulo in planiciem descendere, & cum hostium equitibus manum conserere jubet. At hostes celeri cursu incitati, sub collem in quo tormẽta posita erant succedunt. Idem pedites faciunt, eo consilio, ut cum reliquis copijs conjuncti, ac tormentorum præsidio tuti, equitatus nostri impressionem repellant. Interea Cæsar, ubi cum equitibus aliquot ad collem quem nostri tenebant pervenisset (reliqui enim, quantum celeritate itineris cataphracti proficere possent, subsequebantur) omnem operam dabat, ut morâ profectionis injectâ,

Cęsar frustrà prælium quęrit.

jecta vel invitos ad prælij neceſſitatem compelleret, vel his eos ſupplices malis cogeret neceſſariam ſubire deditionem.

75 Sed quòd ſole jam ad occaſum vergente, exigua diei pars ſupereſſet, & ſerò à ſpeculatore admonitus ejus diei fruſtrà labore ſuſcepto, quum ſe magno itinere extendiſſet, longius hoſtes progreſſos conſequi non poſſet, (hi enim ut fumo atque ignibus ſignificabatur, in colle quem occupaverant caſtris poſitis, ea ibi nocte videbantur velle quieſcere) nullum longius diſcedendi ſpacium perterritis dari oportere exiſtimans, Albano cum equitatu in tumulo relicto, ſub ſolis occubitum ad caſtra undè egreſſus erat, reverſus, pedeſtres copias omnes, quas ibi expectare juſſerat, ea ipſa nocte
„ ad collem conduxit. Siquidem ipſe in
„ eam ſpem venerat, dum continenter in-
„ ſequeretur, datum iri aliquo loco pu-
„ gnandi facultatem, qua vel exercitum
„ pulſum, in fugam conjiceret, vel ſi id
„ conſequi non poſſet, ſuperius inſtitu-
„ tum ſervans, nullam illis conſidendi po-
„ teſtatem faceret.

Proteſtā-
tes qua-

Quater omninò toto hoc bello Cæ-

ſar

ſar caſtris hoſtem emovit, arte & induſtriâ bis, & (quæ mea eſt ſententia) vi toties ac neceſſitate. Id primum ad Ingolſtadium neceſſariò accidit, quemadmodum & ipſi poſtea ingenuè faſſi ſunt, & quę hac de re commemoravimus, fidem certiſſimam faciunt. A Danoverto deinde ſolertia & aſtu abductos, caſtris ad Norlingam locatis, frumento & commeatu prohibuit. Quum alioqui ad opinionem eorum & laudem ſummopere pertineret, ab eo oppido periculum omne repelli. Hinc eos rurſus ijſdem artibus & induſtria uſus elicuit, Danoverto capto & omnibus, quæ ad Iſtrum poſita ſunt oppidis, ad Vlmam uſque in poteſtatem redactis, hac quoque urbe in dubium obſidionis vocata quòd paterentur loco & itinere ſe anteverti, nulla diſcriminis ratione habita, in quod & civitas illa ampliſſima, & ipſa rerum ſumma deduceretur.

ter à Cæſare caſtris emoti.

Poſtrema turbatio ad Giengam accidit, quæ, quum ſummo conſilio & rei militaris optima ratione fieret, volui hoc loco commemorare non illepidum ſcōma quod milites noſtri in Lantgravium etiam

Scomma in milites Landgraviano.

etiam hodiè faciunt. Is dum ſuos vel con-
76 vitio corripere, vel minis terrere cuperet, dicere ſolitus erat: Ego vos ad Lauſum compellam, Nam hoc nomine oppidum quoddam vocatum eſt, in quod ſuperioribus bellis, quæ ipſe tum privata gerebat, hoſtes coëgerat, cujus rei gloria ſcilicet etiamnum elatus tumeſceret. Hujus vocis, Lauſen, anceps eſt ſignificatio: Germanis enim idem ſonat quod Latinis currere. Id Lantgravij dictum à militibus noſtris hodie in jocum receptum eſt. Lantgravius, inquiunt, ſe ad Lauſum nos coacturum minatus eſt, at ille contrà à nobis ad Giengam compellitur. Giengen autem Germanis abire ſignificat. Hæc illi patrio ſermone ſalſius multò & urbaniore facetia pronunciāt, quæ, etſi ridicula videantur & inter jocos militares relata, eò tamen majorem vim & gratiam obtinent, quò propius ad veritatem accedunt.

Cæſar celeritati ſtudet.

Cæſar multa jam nocte in caſtra reverſus, nulla interpoſita mora, copias inſtruit. Quicquid celeritate & ſtudio anteverteret, id omne ad poſteri diei tempus ſibi deputans eſſe in lucrum. Ipſe

modico

modico cibo ſumpto profectus legionibus cum ſarcinis & tormentis continuò ſubſequi juſſis, duabus horis poſt mediã noctem, ſumma frigoris & nebulæ vi ad eum locum venit, quo in loco Albanus cum equitatu conſederat. Caſtrorum tanta erat propinquitas, ut quum non amplius mille paſſus intercederẽt, ignes utrinque clarè conſpicerent, quos illi continuos tota ea nocte incenderant, quò citiſſima eorum profectio occultior eſſet. Copijs enim omnibus ſilentio è caſtris eductis, nullam noctis partem itinere intermiſſo, quum jam luceſceret, Prentium amnẽ tranſierant, & ad Haydenam Virtembergenſium arcem munitiſſimam caſtra poſuerant.

Ludovicus Quixada qui inter Hiſpanos ex Inſubribus evocatos ordinem ducebat, ea nocte ſpeculatum emiſſus hoſtes diſceſſiſſe renunciat, id ſe conſtanter affirmare, ut qui certiſſimis indicijs cognoviſſet. Albanus hoc idem Cæſari retulit. Prima luce intolerandum frigus & nives duorum in altitudinem pedum, quæ ante auroram deciderant, nec orto jam ſole ceſſaverant, milites adeò affli-

Ludovicus Quixada.

Frigore maximo 77 milites urgentur.

gebant, ut magna omnium commiseratione, ordine nullo, dispersi ac dissipati ad ignes conquirendos frigori arcendo à signis discederent. Equi verò noctis incommodo & labore defessi, quod frænati stratiq; constiterant, proximi diei lassitudinem conduplicaverant. Cæsarem tamen neque durissimum anni tempus, neque quas commemoravimus difficultates, neque quòd hostes munitissimo loco consederant, ad insequendum tardassent, nisi rerum quoque necessariarum angustiæ deterruissent. Agris enim circumquaque vastatis, omnibus vicis ædificijsque incensis, nusquam idoneus castris locus propè hostem deligi poterat, quin fames & inedia timenda esse viderentur. Hostes enim ipsi circa eadē illa loca diutius commorati, longè lateq; frumenta & pabula omnia consumpserant. Quorum inopia, quod longius petenda essent, si nos quoque tum premere nonnihil inciperet, quid futurum erat quum ad septendecim aut amplius passuum millia ultra eum locum fuissemus progressi? Tum ut detur hæc milites utcunque ferre potuisse, jumenta sanè nulla id

la id ratione sustinuissent. Deniq; quid durius aut inconsultius, quàm nos ipsos in easdem difficultates cõjicere, in quas paulò prius hostes ipsi à nobis fuissent adacti? præsertim ubi Virtenbergensium agros fertilitate & copia laudatissimos, maximeque frumentarios à tergo haberent, atq; eò iter facere viderentur. Cæsar itaque necessaria re coactus, quum « fame non sit durior ulla necessitas, aut « quæ gravius exercitum premat, difficillimo anni tempore, & hostibus multum progressis, in præsentia quidem, sed non in posterũ spe insequendi sublata, aliud sibi iter suscipiendum cogitavit, & milites eò conducendos ubi hyemis injuria, quæ jam sævire incœperat, minus offenderentur, commeatuq; & rerum omniũ copiâ sublevati, post maximos tandem labores, quos singulari patientia pertulissent, tecta subirent, quum diutius jam sub pellibus continendi non essent.

His ita constitutis ea nocte ad vetera castra, quæ Cæsaris dicta docuimus, copias omnes reduxit, id enim omninò postulabat necessitas, ut defessum tot laboribus & incommodis exercitum, cibo & com-

78 Cæsar exercitum ad vetera castra reduxit.

Albano quid agẽdum imperat.

lingenſibus longiore ſe procraſtinatione duci intelligeret, Albano imperat, ut quæcunque ad oppugnationem caſtrorum neceſſaria ſint, quàm diligentiſſimè comparet, velle ſe pridie Divæ Catherinæ eo loco diſcedere, ipſoque die feſto caſtra hoſtium, ea qua ſtatutum
73 erat ratione & ordine, oppugnare, quòd nullam ſibi commodiorem dari facultatem confidat, qua illos ad perſeverandi deſperationem compulſos, cogat ſtativis excedere. Is dies erat ad undecimum Calend. Decembres, quo die dum leviore prælio decertatur, uxoris Lantgravij frater captus eſt. Duas autem duxerat, nimirum pro legis Evangelicæ, quam ipſe ſomniat conditione.

Landgravij uxoris frater capitur.

Landgravius duas uxores duxerat.

Ad quintum Calend. Decembres Cæſar certior factus eſt, hoſtes caſtra movere, & jam in itinere eſſe. Is nuncius ſerò circa meridiem allatus eſt, quòd explorator quanvis regionis peritus, nebulæ tamen tenebris errans prius in caſtra pervenire non poſſet, quàm caſis, quæ more militari ſtramentis erant tectę, incenſis, procul è conſpectu hoſtes jam diſceſſiſſent. Pridie enim ejus diei majoribus

Proteſtãtes caſtris ad Giengam locatis excedunt.

bus tormentis & sarcinis sub vesperum præmissis, illi de tertia noctis vigilia pedestres copias omnes castris eductas, eodem itinere subsequi jusserant, equitatu cum levioribus tormentis campestribus relicto, qui novissimum clauderet agmen. Cæsar cognito eorum consilio, nulla mora ad insequendum illata, sed protinus levioris armaturæ equitibus aliquot præmissis, qui iter observent (ab exploratoribus enim re confirmata, & vallo statione militum nudato, manifestè eorum profectio cognoscebatur) cũ Buranico equitatu egressus, Germanos equites è vestigio subsequi, peditatum verò omnem ordinibus instructis imperium suum expectare jubet, eoq; præsidio equitum & circiter septingentis velitibus Hispanis, quos confestim in eum usum eduxerat, ad vacua hostium castra pervenit. Illi enim tanta celeritate discesserant, ut ne sauciorum quidem & ægrotum habita ratione, fugæ similis profectio videretur. Ipse eo loco Albanum consequutus, quum ulterius progrederetur, & per exploratores cognosceret hostes non longius tribus passuum milibus

Cæsar Protestãtes insequitur.

milibus conſpici, leviores equites qui noviſſimum agmen morentur, præmittit, Albano Buranicum equitatum petenti concedit, ipſe cum Germanis equitibus ſequutus eſt. Quos expeditos præ-
74 miſerat, cum diſperſis aliquot hoſtium equitibus leviore prælio inito, extremum agmen carpere & impedire incipiunt. At illi itinere non intermiſſo ad collem proximum, quem ſclopiſtis mille, & duabus equitum turmis tenebant, magno ſtudio & velocitate cõtendunt. Qui in colle erant Cæſarem & Albanum ex improviſo, ad paſſus circiter mille, cum equitatu conſpicati, relicto præſidio, ad ſuos, qui ab altera parte tumuli acie inſtructa conſtiterant, ſe concitatiſſimo curſu recipiunt. Qua re animadverſa Albanus, quàm maxima poteſt celeritate adhibita, in collem ab hoſtibus deſtitutum cum expeditis Hiſpanis & equitatu ſuccedit. Ab eo colle, circiter mille paſſuum intervallo, eodem quo illi ibant itinere, majori acclivitate alius naſcebatur adverſus huic & contrarius: quod ſpacium inter utrunque intercedebat, planum erat, & undique

Albanus collẽ, cui proteſtãtes prius inſederant occupat.

que

què apertum. Hunc hostes occupant, & tormentis aliquot in fastigio collocatis, quibus nostros ascensu & itinere prohibeant, ad dexterum latus expeditis sclopistarum cohortibus contra sylvas objectis, equitatu omni in octo aut novem agmina distributo, cum reliquis copijs eò contendunt. Equites nostri expediti, ubi rursus instituto suo extremos pugnâ lacesserent, Albanus spem prælij nactus, quòd Cæsaris agmen instaret, protinus nigræ armaturæ equitum turmam (hos hipposclopistas esse supra demonstravimus) ex tumulo in planiciem descendere, & cum hostium equitibus manum conferere jubet. At hostes celeri cursu incitati, sub collem in quo tormẽta posita erant succedunt. Idem pedites faciunt, eo consilio, ut cum reliquis copijs conjuncti, ac tormentorum præsidio tuti, equitatus nostri impressionem repellant. Interea Cæsar, ubi cum equitibus aliquot ad collem quem nostri tenebant pervenisset (reliqui enim, quantum celeritate itineris cataphracti proficere possent, subsequebantur) omnem operam dabat, ut morâ profectionis injectâ,

Cęsar frustrà prælium quęrit.

jecta vel invitos ad prælij neceſſitatem compelleret, vel his eos ſupplices malis cogeret neceſſariam ſubire deditionem.
75 Sed quòd ſole jam ad occaſum vergente, exigua diei pars ſupereſſet, & ſerò à ſpeculatore admonitus ejus diei fruſtrà labore ſuſcepto, quum ſe magno itinere extendiſſet, longius hoſtes progreſſos conſequi non poſſet, (hi enim ut fumo atque ignibus ſignificabatur, in colle quem occupaverant caſtris poſitis,ea ibi nocte videbantur velle quieſcere) nullum longius diſcedendi ſpacium perterritis dari oportere exiſtimans, Albano cum equitatu in tumulo relicto, ſub ſolis occubitum ad caſtra undè egreſſus erat, reverſus, pedeſtres copias omnes, quas ibi expectare juſſerat, ea ipſa nocte
„ ad collem conduxit. Siquidem ipſe in
„ eam ſpem venerat, dum continenter in-
„ ſequeretur, datum iri aliquo loco po-
„ gnandi facultatem, qua vel exercitum
„ pulſum, in fugam conjiceret, vel ſi id
„ conſequi non poſſet, ſuperius inſtitu-
„ tum ſervans, nullam illis confidendi po-
„ teſtatem faceret.

Proteſtãtes qua- Quater omninò toto hoc bello Cæſar

ſar caſtris hoſtem emovit, arte & induſtriâ bis, & (quæ mea eſt ſententia) vi toties ac neceſſitate. Id primum ad Ingolſtadium neceſſariò accidit, quemadmodum & ipſi poſtea ingenuè faſſi ſunt, & quę hac de re commemoravimus, fidem certiſſimam faciunt. A Danoverto deinde ſolertia & aſtu abductos, caſtris ad Norlingam locatis, frumento & commeatu prohibuit. Quum alioqui ad opinionem eorum & laudem ſummopere pertineret, ab eo oppido periculum omne repelli. Hinc eos rurſus iiſdem artibus & induſtria uſus elicuit, Danoverto capto & omnibus, quæ ad Iſtrum poſita ſunt oppidis, ad Vlmam uſque in poteſtatem redactis, hac quoque urbe in dubium obſidionis vocata quòd paterentur loco & itinere ſe anteverti, nulla diſcriminis ratione habita, in quod & civitas illa ampliſſima, & ipſa rerum ſumma deduceretur.

Hoſtes ter à Cæſare caſtris emoti.

Poſtrema turbatio ad Giengam accidit, quæ, quum ſummo conſilio & rei militaris optima ratione fieret, volui hoc loco commemorare non illepidum ſcōma quod milites noſtri in Lantgravium

Scomma in milites Landgraviano.

jecta vel invitos ad prælij neceſſitatem compelleret, vel his eos ſupplices malis cogeret neceſſariam ſubire deditionem.

75 Sed quòd ſole jam ad occaſum vergente, exigua diei pars ſupereſſet, & ſerò à ſpeculatore admonitus ejus diei fruſtrà labore ſuſcepto, quum ſe magno itinere extendiſſet, longius hoſtes progreſſos conſequi non poſſet, (hi enim ut fumo atque ignibus ſignificabatur, in colle quem occupaverant caſtris poſitis,ea ibi nocte videbantur velle quieſcere) nullum longius diſcedendi ſpacium perterritis dari oportere exiſtimans, Albano cum equitatu in tumulo relicto, ſub ſolis occubitum ad caſtra undè egreſſus erat, reverſus, pedeſtres copias omnes, quas ibi expectare juſſerat, ea ipſa nocte
„ ad collem conduxit. Siquidem ipſe in
„ eam ſpem venerat, dum continenter in-
„ ſequeretur, datum iri aliquo loco po-
„ gnandi facultatem, qua vel exercitum
„ pulſum, in fugam conjiceret, vel ſi id
„ conſequi non poſſet, ſuperius inſtitu-
„ tum ſervans, nullam illis conſidendi po-
„ teſtatem faceret.

Proteſtã-tes qua- Quater omninò toto hoc bello Cæ-

ſar

ſat caſtris hoſtem emovit, arte & induſtriâ bis,& (quæ mea eſt ſententia) vi toties ac neceſſitate. Id primum ad Ingolſtadium neceſſariò accidit,quemadmodum & ipſi poſtea ingenuè faſſi ſunt, & quę hac de re commemoravimus,fidem certiſſimam faciunt. A Danoverto deinde ſolertia & aſtu abductos, caſtris ad Norlingam locatis, frumento & commeatu prohibuit. Quum alioqui ad opinionem eorum & laudem ſummopere pertineret, ab eo oppido periculum omne repelli. Hinc eos rurſus iiſdem artibus & induſtria uſus elicuit, Danoverto capto & omnibus, quæ ad Iſtrum poſita ſunt oppidis, ad Vlmam uſque in poteſtatem redactis,hac quoque urbe in dubium obſidionis vocata quòd paterentur loco & itinere ſe anteverti,nulla diſcriminis ratione habita,in quod & civitas illa ampliſſima, & ipſa rerum ſumma deduceretur.

ter à Cæſare caſtris emoti.

Poſtrema turbatio ad Giengam accidit, quæ, quum ſummo conſilio & rei militaris optima ratione fieret,volui hoc loco commemorare non illepidum ſcōma quod milites noſtri in Lantgravium

Scomma in milites Landgravianos.

etiam hodiè faciunt. Is dum suos vel con-
76 vitio corripere, vel minis terrere cuperet, dicere solitus erat: Ego vos ad Lausum compellam. Nam hoc nomine oppidum quoddam vocatum est, in quod superioribus bellis, quæ ipse tum privata gerebat, hostes coëgerat, cujus rei gloria scilicet etiamnum elatus tumesceret. Hujus vocis, Laufen, anceps est significatio: Germanis enim idem sonat quod Latinis currere. Id Lantgravij dictum à militibus nostris hodie in jocum receptum est. Lantgravius, inquiunt, se ad Lausum nos coacturum minatus est, at ille contrà à nobis ad Giengam compellitur. Giengen autem Germanis abire significat. Hæc illi patrio sermone salsius multò & urbaniore facetia pronunciāt, quæ, etsi ridicula videantur & inter jocos militares relata, eò tamen majorem vim & gratiam obtinent, quò propius ad veritatem accedunt.

Cæsar celeritati studet.

Cæsar multa jam nocte in castra reversus, nulla interposita mora, copias instruit. Quicquid celeritate & studio anteverteret, id omne ad posteri diei tempus sibi deputans esse in lucrum. Ipse

modico

modico cibo ſumpto profectus legionibus cum ſarcinis & tormentis continuò ſubſequi juſſis, duabus horis poſt mediã noctem, ſumma frigoris & nebulæ vi ad eum locum venit, quo in loco Albanus cum equitatu conſederat. Caſtrorum tanta erat propinquitas, ut quum non amplius mille paſſus intercederẽt, ignes utrinque clarè conſpicerent, quos illi continuos tota ea nocte incenderant, quò citiſſima eorum profectio occultior eſſet. Copijs enim omnibus ſilentio è caſtris eductis, nullam noctis partem itinere intermiſſo, quum jam luceſceret, Prentium amnẽ tranſierant, & ad Haydenam Virtembergenſium arcem munitiſſimam caſtra poſuerant.

Ludovicus Quixada qui inter Hiſpanos ex Inſubribus evocatos ordinem ducebat, ea nocte ſpeculatum emiſſus hoſtes diſceſſiſſe renunciat, id ſe conſtanter affirmare, ut qui certiſſimis indicijs cognoviſſet. Albanus hoc idem Cæſari retulit. Prima luce intolerandum frigus & nives duorum in altitudinem pedum, quæ ante auroram deciderant, nec orto jam ſole ceſſaverant, milites adeò affligebant,

Ludovicus Quixada.

Frigore maximo 77 milites urgentur.

id ratione sustinuissent. Deniq; quid
irius aut inconsultius, quàm nos ipsos
easdem difficultates cõjicere, in quas
iulò prius hostes ipsi à nobis fuissent
lacti? præsertim ubi Virtenbergensium
gros fertilitate & copia laudatissimos,
iaximeque frumentarios à tergo habe-
ent, atq; eò iter facere viderentur. Cæ-
ir itaque necessaria re coactus, quum «
ime non sit durior ulla necessitas, aut «
uæ gravius exercitum premat, difficil-
mo anni tempore, & hostibus multum
rogressis, in præsentia quidem, sed non
n posterũ spe insequendi sublata, aliud
bi iter suscipiendum cogitavit, & mili-
es eò conducendos ubi hyemis injuria,
uæ jam sævire incœperat, minus offen-
lerentur, commeatu q; & rerum omniũ
opiâ sublevati, post maximos tandem
abores, quos singulari patientia pertu-
issent, tecta subirent, quum diutius jam
ub pellibus continendi non essent.

His ita constitutis ea nocte ad vetera 78
astra, quæ Cæsaris dicta docuimus, co- Cæsar ex-
pias omnes reduxit, id enim omninò po- ercitum
tulabat necessitas, ut defessum tot labo- ad vete-
ibus & incommodis exercitum, cibo & ra castra reduxit.

» commeatu paulisper reficeret, quò ad
» conficiunda, quæ superessent negotia,
» redderetur alacrior.

» Maximum sanè ac præcipuum ad
» summam belli momentum attulisse cre-
» ditur quòd hostes à Gienga Cæsar ab-
straxerit. nam & eo primũ loco dissipati
fuerunt, & sequundarũ rerum omnium
quæ deinceps ab eo gestæ sunt, initium
captum esse videmus. Ad quarum enar-
rationem priusquam accingar, non erit
abs re si unum hoc sim præfatus, toto
hoc bello nullam unquam prælij pote-
statem factam fuisse, qua, si non melio-
re, at æqua saltem conditione cum hoste
» decertaremus. Quod quum ita sit, tamé
» ignoro an oblatâ etiam commodissimâ
» pugnandi facultate, magis ex usu fuisset
» rem prælio committere, quàm superse-
» dere. propterea quòd anceps ferè sit prę-
» liorum eventus, in quibus quum usque
» adeò fortuna valeat, ut minimæ etiam
» res maximum interdum in utramq; par-
» tem momentum habeant, nobis quoq;
» eadem subeunda erat dubij casus neces-
» sitas. Victis, quantum ad summam re-
» rum detrimentum accederet, manife-

Prælij potestas Cæsarianis cum Protestantibus nunquam oblata fuit.

stum

stum erat ob oculos. Victoribus verò, quod res sine acri pugna confici non posset, tot fortium virorum sanguine & morte necesse erat constare victoriam, ut magna exercitus nostri pars non benè accepta, gravi incommodo afficeretur, pejusque propemodum victoribus Cæsarianis, quam fœderatis victis accideret. Civitatibus enim salvis & incolumibus, nullo modo fieri poterat, ut novis etiam viribus quas collegissent ab exercitu nostro quanquam victore resisteretur. Id quod usu postea & re ipsa cõpertum est, quum etiam sine pugna & vulnere profligatis hostibus, Cæsari tamen integro adhuc & florenti exercitu maxime opus esset, cujus formidine civitates ad deditionẽ & officium compellerentur. Itaq; majorem existimationem & laudẽ, judicio meo, Cæsar adeptus est, " dum salvis copijs hostem frangit & su- " 79
perat, quàm si prælio sequundo aliquos " è suis amitteret. Cur enim fortunam periclitetur? præsertim quũ non minus Imperatoris sit consilio superare quàm gladio? Quemadmodum enim (quod vulgo dici solet) cruenta victoria militum "

Protestãtes sine pugna & vulnere profligati.

„ virtuti tribuenda est, sic & incruentæ salutaris gloria, Imperatoris prudentiæ, & „ & arti, optimo jure adscribitur.

Cæsaris de Franconia occupanda consilium.

Cæsar in castris stativis biduo moratus, quod spacium curandis militum corporibus voluit interponi, ex fama & nuncijs cognovit, hostes postridie quàm ad Haydenam consedissent, copijs omnibus bipartito divisis, castra movisse, quarum altera pars, quæ ex fœratarum civitatum cohortibus constabat, Augustam & Vlmam, altera verò, in qua Saxonis & Hessi equitatus universus cum parte pedestrium copiarum erat, credebatur in Franconiam iter habere. Cujus provinciæ si potirentur, verendum erat ne bellum non extinctum, sed majoribus viribus redintegratũ ad principia revocaretur. Erant enim in ea civitates quam plurimæ & locupletissimæ, Antistitum sedes amplissimæ, in quas exercitus in hyberna deduci posset, & confirmandorum militum causa, pecuniæ partim à societatibus tolli, partim acerbius imperatæ tota provincia extorqueri. Huc accedebat rei frumentariæ & omnis generis commeatus huberrima copia, urbium, vicorum

Protestãtes copijs bipartito divisis ab Haydena castra movent.

vicorum & ædificiorum multitudo frequentiſſima. Quod ſi Rotenburgum civitatem Imperialem, Lutheranicæ factioni aſtrictam, fœdere tamen & armorum ſocietatem non junctum, belli ſedem deligerent, id quoque cum ſummo commodo ſuo conſequuti, maximis ejus loci (quem à re ipſa Landenbergam peculiariter nominant) munitionibus & operibus tutarentur, Franconiam verò ipſam à tergò finitimam haberent, & Rotenburgo occupato per potentiſſimos ac firmiſſimos fœderatorum Principes, totius provinciæ ejus ſine majore negotio aliquo ſeſe potiri poſſe ſperarent, quod in ea caput nullum eſſe aut oppidum tam firmum cognoſcerent, à quo viribus ſuis ac potentiæ reſiſteretur. denique majoris operis ac difficultatis futurum, eo ſe loco expelli quam quicquid antea unquam in tali negotio à Cęſare tentatum fuiſſet. Quanvis enim fuſi 80
ac diſſipati, eò ſe ex fuga reciperent, novas tamen copias facilè ſe comparare & bellum renovare poſſe, ſi ejus provinciæ pecuniâ, commeatu, hoſpitio, & hybernis tegerentur, quarum rerum opibus

ac nervis, exercitus quãtumvis attenuatus ac bello fractus, in calamitate facillimè corroboretur. Cognito eorum consilio Cæsar, id quod instituerant, antea etiam suspicatus, nullâ interpositâ dubitatione, quod res in celeritate posita esse videbatur, difficilioribus nivis ac gelu tempestatibus usus, ad Norlingam itinere suscepto, secundis castris Boffingam pervenit. Id quoq; parvum est Imperij municipium, Norlingæ proximum, in eo quo ipse contendebat recto ad Rotenburgum itinere situm. Nam quòd magni circuitus morâ interpositâ necessariò illac hostibus veniendum cognosceret, si ipsis in animo esset per Rotenburgensium agrum iter in Franconiæ fines facere, recta regione celeriter eos antevertere statuit, ut omnibus vijs obsessis necessitate coacti prælio decertarent. Adventu Cæsaris cognito, cives & magistratus Boffingæ ex oppido egressi sine mora se dedunt. Quorum exemplo invitati milites qui proximam Ottingensium Comitum arcem præsidio tenebant, quanvis loci fiduciâ & animorum ferocitate prius elati, quasvis

Cæsar Boffingã pervenit.

Cæsar Protestantes antevertere studet.

Boffingæ deditio.

vis deditionis conditiones ſprevissent, mox tamen in Cæſaris poteſtatem venerunt.

Norlingenſes quoque quòd exercitus jam propinquius inſtaret, quàm ut novis cõſilijs capiendis facultatem ſibi dari confiderent, poſtridie ejus diei portas aperiunt, & ſupplices pacem à Cæſare petunt. Quibus in fidem acceptis & cõſervatis, quatuor militum cohortes ad oppidi præſidium ponit. Lantgraviani enim ſuperiori nocte civium voluntati diffiſi, in proximam arcem profugerant. Hæc quoque in Ottingenſium fide erat, circiter tribus à Norlinga paſſuum milibus, magnis operibus & duarum cohortium præſidio munita. Primo adventu exercitus noſtri milites ex loci naturâ & recẽti ſubſidio ſpem defenſionis & propugnandi ſtudium nacti, crebras ex arce excurſiones faciebant, parvulisq; prælijs 81
cum noſtris contendebant. At Buranus cum Belgarum copijs illò à Cæſare miſſus, protinus eorum ferocitate repreſſa, quatuor ſignis militaribus & armis traditis, in deditionem venire coëgit. Illi vitam & ſarcinas pacti, quum diſcedendi

Norlingenſes pacem à Cæſare petunt.

iendum oppidum concederetur, perterritos cives, deditione facta, salutis suæ ationem habere coëgit. Cæsar eo ibi die uievit, postridie duabus cohortibus ad ustodiam civitatis relictis, Rotenburum ire contendit. Id iter incredibili pe è celeritate bidui spacio confecit, erat iim & durissimo anni tempore, & al- ssima nive, & summis rerum omnium fficultatibus impeditissimum. Rotenirgenses pridie quam Cæsar oppidum grederetur, magno studio & civium piditate obviam progressi, demonant se suaque omnia in fidem ac potetem ejus permittere, paratos enim esortas aperire, quæq; imperaverit face, exercitum hospitio & commeatu are. neque se cum reliquis fœderatis isensisse, neq; contra ipsum omninò jurasse, neq; hostibus (quemadmon inquirendo reperimus esse verissim) vel pecuniam, vel arma, vel ulla uam auxilia subministrasse. 82

Cæsar Rotenburgũ cõtendit.

Rotẽburgum se in Cæsaris fidẽ permittit.

Hæc sibi satis opportunè Cæsar accidisbitratus est, quod hostes, quos non ul abesse cognoverat, tam necessaempore antevertisset, & Rotenbur-

ferri quòd nondum etiam sociorum cõcisis ac deletis copijs, fœderatæ civitates spe sustinendi confirmarentur. Singularem hujus opinionis utilitatem ipse postea eventus edocuit. Siquidem hostes, quòd Rotenburgum à Cæsare teneri intelligerent, re inopinatâ perturbati, commutato consilio, atq; itinere sinistrorsum converso, magno circuitu per aspera & prærupta loca exercitum ducere incipiunt, quorum difficultate impediti, majorem tormentorum partem in finitimas Virtembergensium arces distribuunt, atque his impedimentis & onere sublevati, tantâ diligentiâ ac celeritate contendunt, ut quotidie Cæsar Rotenburgum pervenit, ad octo miliaria inde abessent, quum pridie non amplius tria inter utrumque exercitum intercessissent. Tandem ad summam rerum omnium & consiliorum inopiam redacti, ubi & de alendo bello, & Cæsare superando spem se fefellisse cognoscerent, constituerunt optimum esse domum suam quemque reverti. Lantgravium primò à castris digressum, quum ducentorum equitum præsidio stipatus per

Protestantes impedimentis bellicis se exonerant & domum tendunt.

83

Landgravius quo consilio Franc-

pus & ſpacij longinquitas ab inſequendo hoſte ſpem omnem averterent, Buranum cum ijs quas è Belgis adduxiſſet copijs, diutius retinendum non exiſtimans, in Flandriam remittit. Diſcedentem liberaliter oratione proſequutus, docet quantum ad præſentem occaſionem uſum habeat, Francfordia civitate florenti & ampla potiri, ſimul reliquis oppidis hujus urbis exemplo terrorem inferre, & id fieri celeriter priusquam auxilia cócurrerent. Hortatur & imperat, ut civium animos vel induſtria ad defectionem ſolliciter, vel armis ad deditionem compellat. His datis mandatis eum abſe dimittit. Ipſe cum reliqua parte exercitus ad fœderatas civitates, in quibus hoſtium præſidium omne & robur poſitum eſſe non ignorabat, ſtatuit iter convertere, confiſus enim fama rerum geſtarum quòd victoribus nihil impeditum victis nihil tutum arbitrabatur, infirmioribus auxilijs proficiſci non dubitabat. At eò jam perducta res erat, ut ſola victoriæ fama & opinio pro Cæſare bellum in Germania gereret, ejusq; magnitudine & admiratione pleræq; civitates

driam cū copijs remittitur.

84

" " "

Civitates à Proteſtantibus principibus deficiunt.

„ tates perculsæ, legatos ad eum de deditione mitterent. Tanta enim fugatis hostibus, voluntatum commutatio facta est, uti brevissimo tempore quo Rotenburgi quiesceret, quotquot ad Rhenum civitates pertingunt, multæ ex Suevia, nonnullæ quæ ad ipsam usq; Saxoniam pertinent, à fœderatis desciscerent, & Cæsaris amicitiam sequerentur.

Hala Sueviæ in fidem è Cæsare recepta.

Rotenburgo Cæsar discedens secundis castris Halam pervenit. Hujus civitatis est inter Suevos ampla satis auctoritas & opulentia, fœderatis prius jure jurando devincta, sed tum recens à Cæsare in fidem accepta. Ibi vetere suo morbo affectus, quod pedibus æger ad profectionem non esset idoneus, diutius opinione sua morari coactus est.

Palatinus in gratiā Cæsaris vult recipi.

Iisdem temporibus Fædericus Palatinus Elector, à quo fœderatis equitum auxilia missa suprà demonstravimus, per familiarissimos quosque gentiles & aulicos, quos vel beneficio, vel vetere necessitudine conjunctos habebat, magnâ doloris animi significatione agere cœpit, uti per eos aditum commendationis ad Cæsarem nactus, in gratiam ejus

&

& amicitiam reciperetur. Quibus deprecatoribus usus, admissi facinoris veniam impetravit. Magnum autem fructum pristinæ lenitatis suæ omnium judicio Cæsar tulit siquidem hæc illi peculiaris virtus ingenita est, ut in miseros ac supplices clementiâ suâ ac mansuetudine libenter utatur, &, quod in Cajo Iulio di- "
ctatore olim admirabatur antiquitas, "
beneficiorum perpetuò memor, injuria- "
rum verò oblivionem facillimè patia- "
tur obrepere. Palatinus, postquam quod antea de colloquio postulasset, id fieri jam sibi licere intellexit, nullâ interpositâ morâ domo sua profectus, Halam ad Cæsarem venit. & facta potestate cubiculum ingressus, quàm potest demississimè atque subjectissimè postulata exponit, cupere se Cæsari purgatum, ne ea quæ egerit in suam contumeliam vertat, paratum esse se omnibus rationibus de injurijs satisfacere, quarum si judicij æquitate absolvi non posset, orare, sibi ut parcat: & pœnitudini, quam lachrymis etiam testabatur, noxam condonet. Cæsar oratinem ejus interpellat, scire se quæ ab eo cum

Palatinus Halã ad Cæsarem venit.

85

Cæsaris oratio ad Palatinũ.

cum fœderatis acta ſint, nec quenquam indè pluſquàm ſe doloris capere, propterea quòd, quum beneficio & liberalitate ſua, ampliſſima quæque ſit conſequutus, ſanguinis propinquitate & neptis ſuæ nuptijs junctus, in regia ſua cõmunicato educationis officio à teneris annis enutritus, hanc ſibi in extrema fermè ſenecta, cunabulorum, affinitatis, & & honoris gratiam referat, ut hoſtes equitum auxilijs juverit, opibusq́; ſuis & copijs texerit. Quæ quum evidentiora ſint ſint, quàm ut ulla excuſatione refelli poſſint aut dilui, tanti tamen apud ſe educationis & priſtinæ neceſſitudinis gratiam eſſe, ut & ſuam & Reip. injuriam precibus ejus & dolori condonet. Porrò autem monere ſe, ut in reliquum tempus ſuſpiciones omnes vitet, & dedecus in ſe admiſſum, officio & fide reſarciat: præteritis enim eo ſe libentius ignoſcere, quo majori ſpe perpetuæ in futurum innocentiæ ejus ſit confirmatus. Palatinus ad ea quæ prius reſponderat, pleraque ejuſdem generis addidit, cum idonea ſatis, ut ſibi ipſe perſvadebat, excuſatione conjuncta. Meo tamen

& omnium qui circa Cæsarem erant judicio, nihil vel ad misericordiam vehementius movere, vel æquiore ratione, noxæ eximere visum est, quam venerandi senis illius detecta canicies & flebiles lachrymæ, quibus tantus Princeps genere copijsq; amplissimus, qui tam arcta cognitionis & necessitudinis propinquitate Cæsarem ipsum contingeret, culpam suam demisissimè deprecabatur. Post eum diem in antiquum locum gratiæ & honoris restitutus est, quanvis in primo illo congressu, pro criminis gravitate & temporis ratione, severius à Cæsare fuerit exceptus.

Palatinus in antiquũ gratiæ & honoris locum à Cæsare restituitur.

Vlmensium cives, & qui summo magistratui præerant, tanta cupiditate paci conciliandæ studebant, ut eodem tempore, quo Palatinus, ipsi quoq; celeriter Halam pervenerint. Tandem constituta adeundo Cæsari hora, in conclave admissi, coram Palatino qui ægrotanti Cæsari aderat, sese omnes capite demisso, & vultu mœstissimo Cæsari ad pedes projiciunt. E quibus unus qui ejus legationis principem locum obtinebat, multa suppliciter loquutus est, ut de sua atque

86 Vlmenses paci conciliandæ student.

omnium

omnium civium communi salute debebat. Orationis autem, quantum assequi & meminisse potui, hæc erat summa. Senatum populumq; Vlmensem perpetrati sceleris magnitudinem ultrò confiteri, quòd & temeritate sua, & inscitiâ levitateq; vulgi, & facinorosorum seditiosa oratione impulsus, contra Cæsarem armis contenderit. Scire tamen se nullum esse tam grave delictum, quod ineffabili misericordiâ Dei non aboleatur, dum sontem verè & ex animo errati pœniteat. Itaque summam in spem civitatem venire, ut divinæ bonitatis exemplo, ipse quoque in supplices clementiâ & lenitate usurus sit, quos per crucem & mortem Christi Domini ut conserventur, obtestatos, ultrò videat in deditionem & potestatem suam venire, paratosq; esse imposterum eam fidem & operam præstare, quam & fortunarum omnium, & capitis sui periculo Imperatori optimo se debere agnoscāt. Ad ea Cæsar ita respondit: Spontaneam criminis confessionem magna ex parte in causa esse quur illis facilius ignoscatur, præsertim ubi pœnitentiâ & animi dolor

Vlmensiū apud Cæsarem oratio supplex.

Cæsaris ad Vlmēsium orationem respōsio.

lor quem ex præteritis civitati inceſſiſſe cognoſceret, ſpem certiſſimam faciant, ut ſtudioſius ac fidelius deinceps in officio ſeſe contineat. Qua ratione adductum, nihil in cives gravius ſtatuere velle, quos tamen jure belli agris mulctare, jura leges, & libertatem per ſupplicium adimere poſſit, ſed precibus eorum & miſericordiâ vulgi, petentibus veniam dare. Cæterum quòd ad civitatis ejus & communem Imperij ſalutem pertinere cenſeret, poſtea hoc ſibi curæ futurum. His dictis ſenatus dimiſſus eſt. Paucis poſt diebus Cæſar Halâ diſcedens, quum Virtembergenſium regulum, cui armorum ſtrepitus & ſigna noſtra canentia ex tantâ propinquitate jam caput obtunderent, depoſitâ paululum ferocitate miteſcere intelligeret, non cunctandum ſibi putavit, quin vi & armis ad officium cogeretur. Id ni fieret, intelligebat magno cum rerum ſuarum periculo futurum, ut hoſtem integris adhuc viribus, Vlmâ quæ nuper pacata erat, finitimum haberet. Nihil enim minus volebat, quã ſub diſceſſu ſuo, aut quum in aliam expeditionem profectus,

Cæſar Halâ diſcedit Ducẽ Wirtenbergenſium viſitaturus. 87

fectus,

fectus, longius illinc abesset, ex tumultu & studio rerum novarum necessitatem sibi aliquam imponi belli redintegrandi, ne quum exercitus indè deductus esset, spes aut causa daretur armorum, quæ civitas illa ab Augustanis quoque vicinis impulsa forsan sine præsenti periculo susciperet. Accedebat ad hæc, aliorum quoque satis propinqua vicinitas, quorum inquietis ingenijs publicam Germaniæ pacem plerunque turbari cognoverat. Gallos hic intelligi volo, quibus id studio semper fuisse videtur, ut Cæsaris dignitatem & incrementum interpellarent. Hos in tanta occasione verisimile erat non cessaturos, quibus nondum ea regione pacata, ad quosvis Germani tumultus, ab illa parte aditus patefieret. Cæsar itaque his rebus adductus, vel alijs fortassè de causis quas rectius ipse ac nos intellexerit, qui talium rerum aliud nihil assequimur præterquam quod manuum usu tractamus, eam sibi expeditionem suscipiendam existimans, Albano negocium dat, ut cum Hispanorum & quibus Madrucius & Schamburgius præfecti erant cohortibus,

tibus, antecedat, Italorum quoque affectas reliquias adjungat, quorum numerus ad tantam erat paucitatem redactus, ut rationem ineundam non duxerim. Continens enim labor, & intolerandæ frigoris, imbrium, ac nivium difficultates, quum exercitum omnem miserandis modis afflixissent, hos etiam præ cæteris, & stipendij tarda fraudulentaque mora, & tribunorum centurionumque alta socordia languidiores effecerant, & plurimum attenuaverant. A quo enim die ad Prentium amnem Cæsar castrametatus est, paulatim exercitus noster (ut suprà monstravimus) numero & viribus imminutus est, quum Lantgravius contrà, auctioribus indies copijs, caput etiã & vitam juratus, prælio contendere non sustineret. Albano cum a quam diximus manu præmisso, additis aliquot Germanorum equitum turmis, & quingentis qui proximè è Neapoli venerant cataphractis, continuo Cæsar ipse subsequitur cum reliqua parte equitatus: & legione, cui Georgius dum viveret, præfuerat, in demortui vero locum Ioannem ex Nassoviorũ gente juve-

Cæsar cũ omnibus copijs in Wirtembergẽsem agrum tendit. 88

Iohannes Nassovi⁹ Georgio

Regenspurgio substituitur.

te juvené illustrem suffecerat. Erant omninò itinera tria, quibus itineribus in Virtembergensium agrũ perveniri posset. Quorum unum per Hailprunam civitatẽ liberam & fœderatam facile erat & expeditum, qua exercitus cum tormẽtis commodissimè duceretur. His rebus Virtembergensis Dynastes permotus, quòd Cæsarem Hailprunam jam pervenisse & Albanum ex itinere plerasq; arces & oppida à se avertisse cognoverat, urgere, & de pace cum Cæsare agere cœpit. Mox verò ubi exercitu ulterius progresso, regionem omnem quã latissimè vastari, prædam ex omnibus locis agi, frumenta & pabula multitudine jumentorum atque hominum consumi, omnes visos, omnia ædificia, & oppida omnia in Cæsaris potestatem venire, neque sibi jam reliquum esse quicquam præter arces aliquot natura, operibus, & cõmeatu munitiores, quàm ut obiter & velut in transcursu expugnari possent, deniq; res suas in angusto esse videret, saniores rationes & recta consilia sequutus, ea pacis conditione quæ à Cæsare ferretur, se usurum ostendit. Hæc erat, ut tres arces

Wirtembergensium Dux in Cæsaris potestatẽ venit.

Conditiones Duci Wirtenbergensium præscriptæ.

quas

ıas ex omnibus Cęſar eligeret, ſine ul-
mora traderet. Ille, quod imperatum
:, facit, & Aſchpergum, Kirchenber-
ım, & Schorendorfiam Cæſaris pote-
ıti permittit. Erat harum quælibet tam
ci oportunitate, quàm rebus omnibus
ıæ ad operis munitiones excogitari
ıſſint, inſtructiſſima. Schorendorfia
tem reliquis duabus præſtare viſa eſt,
opterea quòd molita cibaria & com-
eatus qui duobus hominum millibus
multos annos alendis ſufficeret, in ea
oviſus eſſet; machinarum quoq; pul-
ris tormentarij, & omnis generis ar- 89
amentorum ſumma copia, quibus
bus fieret, ut quantumvis longa obſi-
one nec fames timenda eſſet, nec bel-
:i apparatus inopia arx peremeretur.
ıſſim his omnibus locis qua Cæſar iter
ıbebat (præcipuè autem Hailprunæ
:opter ſitus oportunitatem) multa Sa-
›nis & Heſſi ænea tormenta depre-
:nduntur, quibus illi in fuga ſe exone-
verant, quò expeditiore exercitu &
nere uterentur.

Schorendorfia, Aſchpergum & Kirchenbergum Cæſareæ poteſtati permittuntur.

Cęſar pro teſtātium tormenta deprehēdit.

His ex ſententia geſtis Cæſar, Virten-
:rgenſium Dynaſta perexiguo tem-
pore

Dux Wirtenber-

genſium conditionibus præſcriptis à Cęſare ſatisfacit.

pore ſubacto, ducentorum millium coronatorum ſumma quam imperaverat, numerata, arcibus traditis quibus regionem illam in officio quàm arctiſſimè contineret, per literas & nuncios à Burano fit certior, Francfordiam deditam duodecim cohortium præſidio occupari. Biduo verò poſt magiſtratus ipſe advenit.

Magiſtratus Francfordienſium in gratiam recipitur.

Eum Cæſar eadem conditione qua & cæteris omnibus ignoviſſet recepit, libera ſibi decernēdi poteſtate relicta, quod ex uſu terræ Germaniæ futurum ipſe poſtea judicaret. Poſtridie ejus diei à ſeptē fœderatis civitatibus, inter quas Memminga & Campidonum erant, ad Cæſarem legati de deditione venerũt.

Sueviæ civitates confœderatæ pacem petunt, ſeq; Cęſari dedunt.

Tanta enim pacis petendæ cupiditas omnibus inceſſerat, tantamq; Cæſaris glorioſa victoria, qua tam leniter utebatur, voluntatem commutationem attulerat, ut præter Auguſtam (quæ inani potentiæ confiſa, protervè in pervicacia perſeverabat) nulla Sveviæ civitas eſſet quæ nō Cæſari pareret, atque imperata faceret. Siquidem ſola (ut diximus) victoria, & ſecundum eam proſperrimus rerum ſucceſſus, acerrimè pro Cæſare pugnans, hoſtes

ostes fugatos ac domitos longè lateq;
ernebat. Hailpruna Cæsar profectus
er Virtembergensium agrum sexto die
'lmam pervenit. Magistratus magno
omitatu legatos ad fines præmiserat,
ui Cæsaris adventum quàm maxima
onorificentia atque amore exciperent.
Ii quum eum in itinere convenissent,
eq; ad pedes projecissent, & Hispanicâ
nguâ usi (quam ut familiariorẽ ipsi, ita
z gratiorem se arbitrari dicebant) pub-
cas privatasq; civitatis fortunas opes q;
mnes lubentissimis animis obtulissent,
Cæsar eâdem vicissim linguâ respondit,
tisfactionem eorum & voluntatem se
benter accipere, quòd confideret nul-
am gratiam esse quam vel non capere
nimus eorum, vel in accipiendo novis
fficijs demereri & illustrare posset. Hoc
am liberale responsum, &, ut peculiari-
er illi loquuntur, gratiosissimum, ma-
no eis ad spem solatio & lætitiæ fuit, ut
x ipsa studij & amoris significatione co-
nosci potuit. Germanorum enim om-
ium ferè in Cæsarem tam egregia est & «
ingularis quædam voluntas, ut milites «
um uno ore omnes jucundissima appel- «

Vlmenses Cæsari fiunt supplices.

90

Cæsar Vlmenses in fidem recipit.

 latione

Milites Germani Cæsarem Patrem nominare consue verunt.

latione patrem nominét. Qua voce dum ex captivis quidam certo quodam die ad Cæsarem perductus, inter loquendum uteretur, interrogatus ab eo num sciret quis esset, ego te, inquit, nostrum parentem agnosco. Tum Cæsar, At ego in
„ vos degeneres & impio facinore conta-
„ minatos, tanquam paterno affectu in-
„ dignos jampridem abdicationem para-
„ vi, hos verò (circunfusam Germanorum
„ multitudinem indice commonstrans)
„ officio & pietate filios veros agnosco,
„ hos dicto audientes, mihi charissimos
„ habeo, &, qua parentem par est, indul-
„ gentiâ & amore complector. Ea vox & magna captivi illius perturbatione, & summo Germanorum omnium qui aderant applausu excepta est. Nec suorum animos modò, sed & exterarũ gentium quoque & hostium ipsorum voluntates, tanto amore & admiratione sui devinxit, ut plerique facti turpitudinem pertæsi, docere conentur dolo à principibus circunventos & impulsos arma se contra ipsum tulisse, & planè inscios in quẽ bellum concitaretur. Id quod ex ipso tædio & animi dolore facile probari queat, quum

quum quidam ex illis genere & opulentia clarus, solâ infamiâ & erroris sui indignitate commotus, vitæ suæ durius consuluerit. Ea est enim virtutis vis, " ut non tantum bonos, sed etiam impro- " bos ad amandum alliciat. Qua ratione " fit ut magno dolore omnes, fortunæ cōmutationem querantur, & Cæsaris in se indulgentiam requirant, multoque magis in pace petenda se id contendere, & laborare dicant, ut ad gratiam ejus, & amicitiam receptum habeant, quàm ut ea dejecti, vitam & fortunas conservent incolumes. 91

Augustani de pacis conditionibus agunt. Sleid. l.18. num.37. Hortens. l.6. de bello Germ. Thuan. l. 4. pag. 275 Cæsar Schertelo impunitatê & veniam concedere noluit.

Augustani domestico judicio & sceleris conscientia exagitati, exercitus nostri aurâ jam ipsis afflante, tandem ad saniorem mentem reversi, ad Cæsarem legatos miserunt, qui cum eo de salute civitatis & pacis conditionibus agerent. Is eo tempore erat in Vlmensium municipio quodam, sed quòd ea quæ legati proponerent, Cæsari minus satisfacerent, (Schertelo enim veniam & impunitatem petebant, aut eâ non impetratâ, ne liberi paternis possessionibus mulctarentur, quorum innocentiam pa-

rentis crimine circumscribendam non existimabant) quum re infecta se dimitti viderent, aliud sibi consilium capiunt proposito periculo, quo Senatum perterritum dicerent ne plebs in officio contineretur. A Schertelo enim magno militum præsidio civitatem teneri, ipsum esse Schertelum summâ audaciâ, magnâ apud plebem auctoritate & gratiâ, & qui privatim largius posset quàm ipsi ma-
„ gistratus, quorum ejusmodi imperia es-
„ sent, ut non minus juris in eos popularis
„ multitudo haberet, quã ipsi in multitudi-
„ né, dum in tali occasione vel per flagitiũ, vel per imprudentiam plebs laberetur. Quod si deveniatur infirmiores esse quã ut resistere possent, aut Schertelũ cũ præsidio è civitate expellere. Ad ea Cæsar ita respondit, ne quid ea re magnopere permoverentur, hanc enim sibi curæ futuram, & quibus artibus ex oppido Schertelus ejiceretur, sibi quærendum aut cogitandum putarent, brevi enim se adfuturum, ut eos ipso facto ejusmodi artes edoceat. Hoc illi responso & extrema pacis conditione, quæ à Cæsare præscriberetur, accepta, domum reversi civita-

Cæsaris responsum legatis Augustanis datũ.

tem

em usqueadeò commoverunt, ut con-
estim de deditione & Reipublicæ salu-
e ad Senatum referretur, quã nisi cum
Cæsare in gratiam rediissent, salvam nõ
rederent. Coacto in curiam Senatu
lum terroris ac periculi plenus, ageret
mnia raptim atque turbate, Scherte-
us ex inopinato ingressus, scio, inquit,
os de gravissimis rebus & de composi-
ione cum Cæsare decernere, atque ope-
am dare ne quid Resp. detrimenti ca-
piat, cujus salutem & commoda ne pri-
atæ mihi vobiscum necessitudines in-
erpellent, statui ex urbe excedere, spe-
ans hoc me officio in posterum ali-
quando Cæsaris gratiam demereri pos-
se. Hæc quum dixisset se è Senatu ejecit,
protinusque itinere quàm posset, occul-
issimo, ad Helvetios, ut ajunt, profectus
est. Magistratus re jam deliberatâ, Vl-
mam ad Cæsarem reverterunt, atq; ubi
ea dies, quam ijs conveniendo sibi con-
stituerat, venit, ipse in solio, quod ad
ejusmodi publicos Imperij actus decen-
ti ornatu insternitur, humi in genua pro-
volutos excepit. Vnus ex his qui ad eam

92 Schertelus lubẽs ob communem patriæ cõmodum urbe excedit.

Schertelus ad Helvetios proficiscitur.

Augustani Cæsari fiunt supplices.

rem paratus accesserat, honoris & Imperatoriæ majestatis titulos præfatus, quos eo potissimum tempore ad Cæsarem appellandum accommodasset, in eandem ferè sententiam, quam prius Vlmenses, supplex loquutus est: Senatus & populi Augustani majores gravioresq; in Cæsarem offensas esse, quàm ut supplicium, quod justissimè commereantur, deprecari sustineant. Sperare tamen pro summa æquanimitate ejus, quam ab alijs incredibilem penè in eo lenitatem audissent, eandem ipsos in se experturos: quandoquidem ita se affectos sentiant, ut quoscunq; in præsentem diem misericordiâ suâ non indignos existimarit, eos omnes studio, voluntate, & officio non æquari modo, sed in immensum etiam à se superatum iri confidant. Orare se, & per sacra omnia obtestari, ne, quam spem & fiduciam firmissimam cōceperint, ipse animi sui diuturniore offensione perturbet. Atquum se suaque omnia, patriam, aras & focos, vitam denique ipsam in liberâ ejus potestate constituant, commeritas pœnas & sceleris

leris atrocitate condignas, in supplicis populi miserationem convertat. Cæsar his quoque communi cum Vlmensibus responso dato, quòd deditionem quam sponte fecissent, & miserabilem culpæ deprecationem ex justo animi dolore nasci consideret, sese eos in fidem acce- 93
pturum & coservaturum dixit. Quibus verbis quum legatorum animos confirmasset, mitissima consuetudine sua dexteram cujusque prehendit, quo honore cæteras quoque civitates affecerat. Vetus enim Germaniæ mos est, ut in appellando, dexteras jungant, qua se mutua comitate excipiant.

Argentoratenses legatos ad Cæsarem mittunt paciscendi gratia. Sleidan. li. 18. n. 41. Hortens. li. 6. de bello Germ. Thuan. l. 4. pag. 277

Vlmâ, Francfordiâ & Augustâ in deditionem acceptis, & quatuor totius Imperij primarijs civitatibus solum Argentoratum supererat, quod compositionis & pacis conditionem subiret. Mox tamen hæc quoque civitas reliquarum exemplo adducta, missis prius ad Cæsarem legatis qui peterent ut fide publica interposita, magistratus tutò ad eum venire possent, ea re permissa, paucis pòst diebus Cæsari se in pristinam clientelam

telam restituit. Porrò autem usu & experientia cōpertum est, lenissimam Cæsaris victoriam plus in Germania posse quàm pollicitationes quorundam, & prava consilia quibus multitudinem incitatam à Cæsaris amicitia averterent, & per simulationem publicæ utilitatis, suo potius privato compendio & rapinæ servirent.

Conditiones cōpositionis & pacis principum & civitatum in fidem & gratiā à Cæsare acceptarum.

Compositionis conditiones & pacis, quibus generatim Palatinum, Virtembergium, & alios plerosque nobiles potentioresque & civitates in fidem ac ditionem Cæsar accepit, fuerunt hujusmodi.

Vt fœdus perpetuum & inviolabile cum familia Austriaca paciscerentur.

Si quam pactionem cum alio quovis hominum genere antea sanxissent, eam continuo frangerent & irritam facerent.

Ne quenquam sibi in posterum societate aut fœdere quovis adjungerent, nisi Cæsaris auctoritate stabiliretur.

Ioannem Fædericum Saxonem & Philippum Hessum communes pa-

triæ

triæ hoſtes publica conteſtatione damnarent.

In milites animadverterent, quotquot vel prius vel in poſterum ſub alio quam Cæſare ſtipendia mererent.

In civitates, arces & municipia, quod Cæſari viſum eſſet, præſidium reciperent: Quemadmodum Schamburgius Auguſtam, Naſſovius Vlmam, Francfordiam Buranus ſuis quisque cohortibus Cæſaris juſſu tenebant. Ad has con- 94
ditiones accedunt & aliæ nonnullæ quas in aliud tempus, quo rectius oportuniusq; confirmentur, Cæſar differendas putavit.

Egregia laus Cæſaris.

Sex continuos menſes formidoloſum hoc & difficile bellum contra ferociſſimam & armis duriſſimam gentem Cæſar incredibili patientia & virtute ſuſtinuit: quo tempore nulla unquam, neque cura, neque diligentia, neque labor, neque contemptus periculi, neque animi fortitudo Cæſari defuit, qualibus nervis opus illi fuerit, vel quivis judicet, ut maximo bello confecto, maximarum gentium victor diſcederet. Quin

&

& hoc affirmare ausim Cæsaris solerti industria, nullo unquam tempore fortunam superiorem fuisse. Siquidem ordine rei & temporis ratione perspecta, à quo primum die hostibus in cõspectum venit, ipse continuata ulterius progrediendi celeritate, meliore semper & locorum & rerum omnium conditione usus est: Illi contrà, movendis castris pluribusque adeundis locis perpetuò retrocedere coacti, ab Ingolstadio, Danoverto, Norlingâ & Giengâ repulsi, fugatis tandem dispersisq; copijs usqueadeò levioribus prælijs calamitatibusque fracti sunt, ut præter eam manum quam ex itinere & fugâ contractam Fædericum Saxonem contra Mauricium duxisse monstravimus, aliæ vires nullæ jam superessent. Lantgravius enim tutiori receptui timens, domum contenderat, ut à Penatibus, qui ruinam jam imminentem augurabantur, periculum si posset, propelleret.

Cæsar sanitatem curat, superatis

Cæsar, quod in utrunque statuerat, in commodius sibi tempus reservandum existimans, concessâ interim aliquâ facultate

cultate quietis, valetudini qua tenuissima erat, Vlmæ operam dabat, china radice usus, quod ad podagram præsentius remedium antea sępè esset expertus. Virtembergius princeps domo profectus, ut, quæ Cæsari jam tradidisset, ipse coram officiosiore oratione ornaret, ad quartum ab Vlma lapidem podagrę cruciatu, quo crudelius plerunque torqueri consueverat, impeditus restitit.

jam hostibus suis.

95 Conclusio libri primi de bello Germanico Lud. Avilæ.

En tibi prioris Germanici belli successum, quem si attentiore curâ perpendas, facilè invenies quam magnum ad victoriam momentum attulerit, quod quater hostes coacti sint inviti castris excedere. multò majus tamen quòd nec temporis, nec itineris, nec annonæ difficultates Cæsarem ad insequendum tardarint. Nam quantum ego judicare possum, circa hunc potissimum cardinem victoriæ summa versata est, quā singulari beneficio Deus Cæsari tam illustrem concessit, ut nullis unquam seculis per oblivionis injuriam sit interitura. Equidem hanc scio magnitudinis invidia & laudis obtrectatione gravari, quū tantæ felici-

felicitatis ſplendorem, tenebris offuſis, æmuli conentur extinguere. Deus tamen qui æterno virtutis ac potentiæ ſuæ lumine Cæſari in rebus gerendis præluxit, ipſum quoque in ijsdem conſervandis promovendisque, prudentiæ & magnanimitatis illuſtrabit fulgore. Imperium enim facile ijs artibus retinetur, quibus initio partum eſt.

LVDO-

LVDOVICI AB AVILA ET ZVNNIGA DE BELLO GERMANICO LIBER POSTERIOR.

QVum esset Cæsar Vlmæ in hybernis, ita uti suprà demonstravimus, & omnibus modis operam daret, ut civitates quæ in ditionem venerant, controversijs mitis ac metu sublato in pace & officio ontinerentur, reliquæ verò, à quibus llicitabatur, ad easdem conditiones escenderent, magnâ Germaniæ parte acatâ, totus & mente & animo in Saxoiæ bellum incumbit. Crebris enim ad um rumores afferebantur, literisque Regis fiebat certior, ab Ioanne Fæderio non modò quæ Rex & Mauricius opida per vim occupaverant, esse recepta, sed

Cæsar totus incūbit in bellum Saxonicū, motus crebris nuncijs de felici suc-

cessu Friderici Saxonis. ſed & hos quoq; ipſos parte finitimi agri ſui depopulata, oppidisq; aliquot expugnatis, non facilè à reliquis vim hoſtium prohibere. Ipſum autem Fædericum totius hyemis nullum tempus intermiſiſſe, quin ad Boemos literas, legatosque mitteret, civitates ſollicitaret, vulgus magnis præmijs pollicitationibusque ad
96 ſe alliceret, quibus tandem rebus effeciſſe, ut regno illo in gravis tumultus & ſeditionis periculum devocato, Ioachimicam vallem locupletem ac divitem occuparet, ærarijs ſecturis & argentiq; fodinis abundantiſſimam, ad quam tamen rem diſſimulatâ magis Boemorũ proditione, quàm virtute Thumſerni legati uſus fuiſſe videretur. Illi enim primò falſa timoris ſimulatione adminiſtrabant omnia, poſtea verò freti amicitiâ Saxonis, & ſtultâ ac barbarâ arrogantiâ elati, manifeſtè Regis imperia detrectabant.

His nuncijs literisq; commotus Cæſar, neglectâ valetudinis curâ quam continentes ſuperioris belli labores graviter moleſtéq; affecerant, quum tam multæ eum res hortarentur, quare bellum hoc ſuſcipiendum, & ſibi ipſi adminiſtran-

ſtrandum putaret, novis Saxoniæ motibus quos expectabat, quàm maturrimè occurrere, & quæcunque ad expeditionem neceſſaria eſſent, magna ſollicitudine comparare incepit.

Fædericus enim peditum circiter millibns decem, & quatuor equitum quæ ſecum habebat, Saxoniam omnem, præter Zuicaviam, celeriter in poteſtatem redegerat, Mauricio ipſi ſola Lipſia, & Dreſſum reliqua erant, Zuicaviam tamen, quam hoſti prius ademerat, valido etiamnum præſidio firmatam tenebat, atque eò demum perducta res erat, ut non Saxones modò in veterem clientelam reſtituti eſſent, ſed Boemi quoq; neque beneficijs, neq, ipſa fidei qua Regi ſuo obſtricti eſſent religione moverentur, quo minus Fæderici amicitiã ſequuti, audacter & apertè quod ab eo imperaretur facerent, & filias Regis per flagitioſam diſſimulationem violata fide, in arce Pragenſi incluſas tenerent.

Porrò Cæſar priuſquam Vlma diſcederet, ut novum tam longinqui itineris laborem vitaret, Albertum Brãdenburgenſem

Cæſar Albertum Brandeburgicũ in Saxo-

niam præmittit. Sleidan. li.18. n.34. Hortenſ. lib. 6. de 97 bello German.

genſem cum mille octingentis equitibus, ſedecim cohortibus, & præcipuo belli nervo pecuniâ, nihil præſentiâ ſuâ opus fore exiſtimans in Saxoniam miſerat. Erant hæc vires quidem, ſi cum Regijs Mauricianiſq; copijs conjungerentur, & cum apparatu conſilia reſponderent, ſuperiores multò quàm ut ijs à Saxone reſiſteretur. ſed quòd alieniore paulò ratione bellum gereretur, quàm initio cœptum eſſet adminiſtrari, Sandium quoque tribunum & Marignanum cum ſuis utrumq; cohortibus ſummiſerat, quo validiore ſubſidio Regi & Mauricio ſubveniretur. His etiam in itinere poſtea ſubſiſtere, atque in eo loco quo tum eſſent adventum ſuum expectare juſſis quòd nullus ferè dies intercederet, quin è Saxonia nuncij perferrentur, neceſſitatis & periculi pleni, qui-
,, que ipſum bello gerendo præſentem de-
,, poſcerent, non labori ſuo, non periculo,
,, non valetudini parcendum ſtatuit, quin Regi laboranti & Mauricio, quàm celerrimè poſſet, auxilium ferret: præſertim quòd intelligeret non horum fortunas modò quovis in Saxonia accepto incommodo

Cæſar laboranti Ferdinando fratri & Mauri-

ommodo in dubium vocari, ſed totius quoque Germaniæ tranquillitatem rurſus turbari, ſi incendium hoc excitatum iam longè ſerperet, ut partæ paulò ante victoriæ fructus, ardentiore novorum motuum flamma conſumeretur. Itaque his omnibus diligenter animadverſis, Hiſpanos & Germanos ex hybernis eduxit, æneisq; tormentis aliquot ab Vlmenſibus ſumptis, ipſe in expeditionem profectus eſt.

tio Saxoni celerrimè ſub venire properat.

Virtembergenſis Princeps, quem hactenus à conveniendo Cæſare, uti impetratum erat, morbus prohibuerat, datâ iam per meliuſculam valetudinem facultate, ipſo qui profectioni noſtræ dictus erat dies, Vlmam venit, ut deditiij ſapientis in victorem patronum officio fungeretur. Itaque geſtatoriâ ſellâ in regiam delatus, quod podagræ morbo implicitus, nec ſtare, nec in genua ſeſe provoluere poſſet, Cæſarem in anteriore aula, dum prandet, expectat. Is tandem remotis menſis, prodit, Virtembergium præterit nec reſpicit, thronum aſcendit, omnibus ijs quæ in ejusmodi ſolennitate fert conſuetudo, ritè peractis, facit oratori

Wirtembergenſium Princeps juxta promiſſum Cæſari Vlmę fit ſupplex.

Sleidan. li.18. n.44. Hortẽſ. li. 6. de bello Germ.

Oratio Wirtembergensis Archigrã-

oratori loquendi potestatem. Is erat Virtembergensis Archigrammatæus, qui protinus cum consiliarijs aliquot humi ad pedes projectus, pro eo facit verba.

98 Virtembergium Dynasten quod antea per morbum non licuerit, id nunc repręsentare, & summo animi dolore criminis sui magnitudinem ultrò ac publicè confiteri, quòd Cæsaris Majestatem facinorosâ fœderis societate & impiâ armorum contentione minuerit. Dignũ quidem dicere se cui & graviter ille & justè succẽnseat, sed ut facti ipsius indignitas, omnem iræ in se & supplicij modum excedit, ita pœnitentiam quoque suam rationi consentaneam esse, atq; hujus jussu ad lachrymas & veniæ petitionem impelli.

Non minus ènim spei à lenitate ejus & misericordiâ dari, quàm à fide suâ per scelus violatâ desperationem adferri. Supplicem orare se & obsecrare, ne frustra clementiam ejus imploret, qui, nisi naturæ vim inferat, eam petenti negare non possit. Vnum se in terris Cæsarem agnoscere, cujus beneficio quum vitam ipsam & patriam habeat, ingratissimum

issimum fore ni beneficium acceptum
idei promissæ, quoad vixerit, perpetuâ
onservatione testetur.

Ad ea Cæsaris jussu, Scribarum prin-
eps, quem Cancellarium hodie dici-
nus, ita respondit. Cæsarem consuetudi-
e sua & lenitate adductum, Vdalrico
Virtembergio in præsentia parcere, &
n posterum quoq; offensarum omnium
mmemorem fore, modò promissis &
actionibus steterit, neque velle ipsum
um suis ad ultimum supplicium pro-
edi, aut regionem cæde atque incen-
o vastari, ne, quas Princeps cômeruis-
t, innocens populus pœnas luat. hac o-
tione à Cancellario habita, Virtem-
ergius, consiliarijs adhuc humi pro-
atis, jurejurando quæ pollicitus esset,
cturum confirmans, pro tantis in se be
ficijs è gestatorio gratias egit, ita enim
r legatos suos prius à Cæsare impetra-
rat, ut ejus voluntate id fieri liceret,
andoquidem per podagræ vim, nec
anibus nec pedibus liberè uteretur. Id
t Vlmensibus horrendum spectacu-
n, ut enim Virtembergio Dynasta è
inis nemo potentior erat, sic hunc
quoq;

Cæsaris Responsio.

Wirtembergicus juramento promissa confirmat, & gratias agit.

pectatione maturius & lectum reli-
ierit, & corporis vires receperit.
ntereaFædericus auctiore indies exer- Saxoniæ Elector
:u, nulli temporis occasioni deerat, ut Albertũ
xoniam universam subigeret, quas e- Brandeburgicũ
m cum Alberto copias paulò anteCæ- prælio vicit, eumq;
r præmiserat, duce ipso capto, pulsas cepit.
peratasq; fugaverat: id ita accidit. Cæ-
riani, quique in Saxonem bellum ge- Sleidan.
bant, instituta ratione exercitu in li. 18. n. 43.
itiones oportunè distributo, finitima Hortẽs. li 6. de bello Germ.
ontra hostem loca præsidijs tenebant,
ressum Ferdinandus rex, Mauricius
iburgum, Rochliziam Albertus mil-
octingentis equitibus, & militum co-
ortibus decem. Zuicaviam quoque &
ipsiam firmissimis præsidijs commu- Saxoniæ Elector
ierant. hanc paucis ante diebus Saxo Lipsiam
ntaverat, & expugnare conatus, quum frustrà
militibus qui in statione erant strenuò obsedit.
industriè defenderetur, paucis in op- Quomodo Albertus Brandeburgicus à Saxone sit expugnatus.
ignatione amissis re infecta inde dis-
esserat. Rochlizia, quam ab Alberto oc-
ipatam diximus, sub illustris cujusdam
eminæ imperio erat, Ea Lantgravij so-
or, marito amisso manserat in cœliba-
i. Hujus illecebris & conviviorum fre- 100

K quentia

quentia ineſcatus Albertus, inter vinum
100 & epulas (ut Germanis ſolennè eſt) choreis etiam alijsq; id genus delitijs animũ oblectabat. quibus artibus illa fidem, & amicitiam, ſimulans, altiore ſecuritate hominis mentẽ ſopierat, quàm ut virum principem & belli ducem deceret. Fædericus enim his de rebus ab ea certior factus, quòd nõ longius tribus miliaribus cum triginta & ſex cohortibus, magnoq; equitum numero ad Gartam conſederat, ſumma celeritate & ſtudio uſus, poſtridie ante lucem, Albertum incautum deprehendit. Is repentino malo commotus ex oppido eruptione facta, quod campeſtri prælio fortunã tentare mallet, quam loco non ſatis munito ſe continere, dum fortius pro virtute militis, quam pro ducis ſolertia pugnat, fuſis tandem profligatisq; ſuis, vivus in hoſtium poteſtatem pervenit. Varia de hac re poſtea in vulgus opinio edita eſt, quũ alij nulla ratione oppidum ſuſtentari potuiſſe dicerent, alij contrà facile id factu fuiſſe, dum à Mauricio, qui in propinquo erat, equitum ſubſidia ſummitterẽtur, alij rurſum idcirco Albertum oppido egreſſum eſſe, quod

uod cohortes quatuor, quas in subur-
io collocaverat, salvas cuperet, neque
nim eas alia ratione servari potuisse, nisi
um reliquis, quæ pro oppido castra po-
ierant, conjungerentur. At quomodo-
unque res habeat, hæc sanè sententia-
um varietas, eò recidit, ut circiter quin-
entis equitibus captis & cæsis, reliqui
x prælio elapsi, partim ad Regem in ca-
ra pervenerint, partim ad Ioannem
æedericum perfugerint, ad quem pede-
rium copiarum omnia signa militaria
elata sunt. Ex legionarijs militibus ceci-
ēre perpauci. Multi ad Regem & Mau-
icium ex fuga se receperunt, plures in
editionem venerunt, jurejurando ada-
ti (qui hodie mos est) contra victorem
e proximis mensibus aliquot arma non
aturos. His enim conditionibus vita &
ibertas victis à victore conceditur. Al- Albertus Gotham captivus perducitur.
ertus eo prælio facto, continuò Gotam
erductus est. Id oppidum Fæderico pa-
ebat, opere & naturâ loci quàm mu-
nitissimum.

Hanc victoriam Saxo adeptus, non
am belli rationem sequutus est, quaple-
ique ipsum asurum esse existimabant, 101

 ut

ut recenti rerum gestarum opinione & fama, protinus ad Mauricium, qui proximus erat, advolaret, sed eum Friburgi sibi relinquendum judicans, & de Boëmiæ rebus agendum, Thumsernum legatum properè cum sexcentis equitibus & cohortibus duodecim misit, & quid fieri vellet ostendit. Thumsernus, Boëmorum tecta proditione, ijsque artibus, quibus suprà demonstravimus, Ioachimica valle potitus est. Tale omninò rerum suarum fundamentum Fædericus & Boëmi jecerunt. Quibus omnibus Cæsari nunciatis, quum à Rege & Mauricio eo consilio bellum administrari cognosceret, ut è præsidijs quibus oppida & arces præcipuæ continebantur milites ad periclitandam fortunam amplius non deducerentur, maturat Norlinga proficisci. Paucis ante diebus quam inde discederet, Senatus Argentoratensis ad eum legatos misit, nobilissimos civitatis & magistratus. Hos Cæsar, quibus visum est conditionibus, in fidem & clientelam accepit, quarum conditionem hęc ferè summa erat.

Argentinenses in gratiam certis cōditionibus recipiuntur. Sleidan. lib. 19. n. 2. Hortens. l. 6. de bello Germ. Thuan. li. 4. pag. 277

Vt Cæsaris sacramento rogarentur, quod

od ante id tempus, Imperatorum ac-
lerat nulli.

Fœdera ejurarent quæcunque in eum
m sanxissent, jurejurando civitate ob-
icta, nullum in posterum percussum
, quod Austriaca domus ipsa, princeps
n jungeret.

De civibus & clientibus qui contra
esarem militassent, quæstionem ha-
rent.

Damnatos pœnam sequi oporteret,
iam constituissent.

Supplicio & edicto alios quoq; in re-
juum tempus terrerent.

Conspiratos & in Cæsarem rebelles,
vitate ejicerent. In quorum numero
ulielmus Fustenbergius erat, quem
mmuni consensu civitas præfectum
i militaris probaverat. Is nunc omni
idio & satisfactione adhibita, Cæsa-
se purgatum cupit, & gratiam qua
eritò exciderat, novis officijs conci-
tam.

Guliel-mus Fustenbergius Argentinensium rei militaris præfectus.

Pecuniam, tormenta, arma, quæque
liquis civitatibus imperata fuissent, ea
ipsi sine morâ traderent. Quæ omnia
ligenter ab eis ad diem facta sunt. Hęc

ut recenti rerum gestarum opinione & fama, protinus ad Mauricium, qui proximus erat, advolaret, sed eum Friburgi sibi relinquendum judicans, & de Boëmiæ rebus agendum, Thumsernum legatum properè cum sexcentis equitibus & cohortibus duodecim misit, & quid fieri vellet ostendit. Thumsernus, Boëmorum tecta proditione, ijsque artibus, quibus suprà demonstravimus, Ioachimica valle potitus est. Tale omninò rerum suarum fundamentum Fædericus & Boëmi jecerunt. Quibus omnibus Cæsari nunciatis, quum à Rege & Mauricio eo consilio bellum administrari cognosceret, ut è præsidijs quibus oppida & arces præcipuæ continebantur milites ad periclitandam fortunam amplius non deducerentur, maturat Norlinga proficisci. Paucis ante diebus quam inde discederet, Senatus Argentoratensis ad eum legatos misit, nobilissimos civitatis & magistratus. Hos Cæsar, quibus visum est conditionibus, in fidem & clientelam accepit, quarum conditionem hæc ferè summa erat.

Argentinenses in gratiam certis cõditionibus recipiuntur. Sleidan. lib.19.n.2. Hortens. l.6.de bello Germ. Thuan.li. 4.pag.277

Vt Cæsaris sacramento rogarentur, quod

od ante id tempus, Imperatorum ac-
erat nulli.
Fœdera ejurarent quæcunque in eum
m sanxissent, jurejurando civitate ob-
cta, nullum in posterum percussum
quod Austriaca domus ipsa, princeps
n jungeret.
De civibus & clientibus qui contra
esarem militassent, quæstionem ha-
rent.
Damnatos pœnam sequi oporteret,
am constituissent.
Supplicio & edicto alios quoq; in re-
uum tempus terrerent.
Conspiratos & in Cæsarem rebelles,
itate ejicerent. In quorum numero
lielmus Fustenbergius erat, quem
mmuni consensu civitas præfectum
militaris probaverat. Is nunc omni
dio & satisfactione adhibita, Cæsa-
se purgatum cupit, & gratiam qua
ritò exciderat, novis officijs conci-
tam.
Pecuniam, tormenta, arma, quæque
iquis civitatibus imperata fuissent, ea
ipsi sine morâ traderent. Quæ omnia
igenter ab eis ad diem facta sunt. Hęc

Gulielmus Fustenbergius Argentinēsium rei militaris prçfectus.

102 eo magna brevitate perstringo, multis etiam studio prętermissis, ne ab ea quam institui commentariorum ratione compendiariâ, deflectere videar. Satis enim habeo in præsentia alios ad scribendum impellere, quibus hunc campum Cæsar tam latè patentem aperuit, ut non existimem in eo quemquam decurrere posse, qui gestorum gloriam ingenij & eloquentiæ viribus assequatur.

Cęsar Norlingâ profectus Norimbergam venit.

Sleidan. li. 19. N. 9. Hortens. li. 6. de bello Germ.

Illiprandus Vlmę moritur.

Cæsar Norlingâ profectus cum duabus veteranorum legionibus, quibus Marignanus & Illiprandus, dum viveret, præfecti erant, Norimbergam iter ingressus est. Is Illiprandus sub Cæsaris discessum, æstuantissimâ febri repentè correptus, Vlmæ summo omnium dolore extinctus est. Quem dum Cæsar amitteret, optimi fortissimiq; viri jacturam fecit. Spem enim de eo singularem omnes conceperant fore, ut propter eximiam virtutis opinionem, magnæ aliquando inter Germanos haberetur auctoritatis. Præter has quas diximus legiones, tertiam Cæsar per Ioannem Walterum, nobilem Suevum conscripsit. Hispanorum quoque cohortes omnes; equita-

uitatum Neapolitanum, ſexcentos e-
lites leviores, mille cataphractos ex
rchiducis, Pruſſi, & Ioannis Branden-
ırgij numero ſecum eduxit. Albanum
item itinere dierum aliquot Norim-
ergam præmiſerat, qui copijs omni-
is circa oppidum collocatis, per
anſionarios deſignatores Cæſari & au-
is hoſpitia de more adornanda cura-
rat, Marignanis tamen cohortibus
to intra muros receptis, quarum præ-
io (quum ita omninò poſcere videre-
t neceſſitas) Cæſaris in ea civitate ma-
tas retineretur. Quanquam enim opti-
ıtes rebus ejus enixè faverent, quum
ılgus tamen furore ac rabie percitum,
alta, ſæpè deſignet pedicis ac fræno
gno, non alia ratione tum videbatur
ctius coërceri poſſe: Ipſe cohortibus a-
ıuot quas ad corporis ſui cuſtodiam re-
ıuerat, Norimbergam ingreſſus, ma-
ıa civium gratulatione exceptus, ad
tus hoſpitium in arcem divertit, ibiq;
es circiter quinq; moratus, exercitus &
letudinis ſuæ, quæ nondum ſatis con-
mata erat, viribus colligendis vacavit.
Si præſentis belli ſeminarium oculis

Noribergenſes aliquot cohortes militum Cæſarianorum intra mœnia recipiunt.

Saxonicū

103 bellum ex priore natum.

& animo lustres, idem prorsus esse cum superiore, nec male fortassis, existimes: eò quòd ex ijsdem radicibus visum sit fruticescere. At ego non unum sed ge-
„ minum fuisse crediderim. Nam quod à
„ fœderatis gestum est, Cæsar dispersis ac
„ superatis numerosissimis hostium co-
„ pijs, civitatibus sub jugum missis, poten-
„ tissimis quibusq; principibus ad dedi-
„ tionem compulsis, jampridem confece-
„ rat. Saxonicum verò bellum hoc, licet ad
„ Fædericum superioris imperij summa
„ cum Lantgravio communicata redijsset,
„ non ob id tamen ceu membrum alterius
„ æstimandum sit, sed novi enascentis præ-
„ cipuum caput, cui amputando, Cæsar in
„ primis necesse habuit, ut subtilissimum
„ consiliorum suorum mucronem, acu-
„ tissimumque virtutis ac fortitudinis
ferrum constringeret. Nolo equidem res ab eo gestas immodica prædicatione extollere, præterquam enim quòd amplitudine sua laudem omnem excellant, alienum certè ab honesto judicari possit, si educationis munus, quod ab aulicæ domus illius benignitate mihi impensum est, videar assentatione rependere.

ere. Sunt enim per se tam egregiæ mirabiles, ut facile hunc mihi lam diminuant. Hostium verò facta, Cæsaris illustriora fiant, multò mi- efferre volui, sed ea duntaxat commorare, quæ oculis viderim ipse, im toto hoc bello nil ferè ageretur, ıs testis non essem, circa Cæsarem asıè versatus.

Erat Ægra Boemiæ oppidum, ad fines a Saxoniam spectant, extra sylvas po- um. Huc propter loci opportunitatem æsar cum Rege & Mauricio ad certum em convenire, & omnem commea- ım totiusq; belli apparatum conferre atuerat. Quibus confirmatis rebus,)resso Ferdinandus, Mauricius Fribur- ;oprofecti, hoste ad dexteram relicto,]ua proximum iter per Laytemiriā erat, 3oemiæ regnum ingressi sunt, ut per sylvas, quibus velut circino ea regio circumducitur, copias traductas, maturius cum Cæsare ad Ægram conjungerent. At Boemi, manifesta jam defectione, non inanem esse spem significarant, quam Fæderico prius de se præbuerant. Hæc paulatim sic erat amplificata, ut va-

Conventus Cæsaris & Ferdinandi Ægræ institutus. Sleidan. li. 19. n 10. Hortens. l. 6. de bello Germ.

K 5 riæ

riæ ex ea opiniones enaſcerentur, quas ſilentio prætereundas hoc loco duxi, quòd incertiores mihi ſint, quam ut eas in medium proferre debeam.

Boemi Ferdinando Regi ſuo omnes vias & aditus intercludunt.

Norimbergâ Cæſar relictâ, quum tridui viam proceſſiſſet, nunciatum eſt ei Regem & Mauricium ad iter dierum aliquot Boemiam ingreſſos, crebris arboribus ſuccisis tranſitu prohiberi, id facinus quendam ex conjuratis Boemis, auſum eſſe, qui magna perditorum coactâ manu, quàm Regem cum Mauricio iturum cognoverat, locis aliquot, introitus omnes præcluſerat: qua neceſſitate Regem adductum, quòd aliquoties ſi perrumpere poſſet conatus, arborum truncis, operis munitione, & facinoroſorum concurſu repulſus, hoc conatu deſtitiſſet, longinquiore montium ſylvarumque circuitu per arces nobilium aliquot Boemorum, quos fidem ſuam amicitiamque ſequutos in exqeditionem ſecum adduxerat, Ægram ad Cæſarem proficiſci, atque ad eam rem Hiſpanorum velitum præſidio ſibi opus eſſe dicere, quò expeditiore per ſylvas itinere uteretur. Cæſar neceſſarijs rebus provisis,

visis, ubi diligenti Boemorum studio, quo Regem sequutos esse jam diximus, tutum esse iter, nec adversariorum præsidia ad saltum pervenisse cognovit, Hispanos retinuit. Caspar Fluschius erat, conjurationis Boemicæ princeps summâ nobilitate & potentiâ inter suos, hic itinera infesta reddebat, hic magnam clientium partem à Regis amicitiâ avertebat, hanc nimirum pro maximis in se beneficijs gratiam referés, ut quum antea jam per supplicium agris mulctatus, omnibus bonis ereptis, damnatus & exul, regiâ liberalitate in pristinuum statum redisset, magis tamen constitutæ per judicium pœnæ, quàm fortunæ & amplitudinis per beneficium restitutæ memoriâ moveretur. Ita enim pravitate naturæ comparatum est ingratis, ut beneficij accepti prima omnium obrepat oblivio.

Caspar Fluschius conjuratorũ Boemorum princeps.

Ajunt Boemos factâ conjuratione nobilitatis, dũ de saltibus occupandis cõsilia inirét, indicto inter se solenni convivio frequétes ad id convenisse, & imperij summa in controversiam deducta, cui ex omnibus potissimum traderetur, 105

sortibus

ſortibus rem permiſſam fuiſſe, harum vel fraude vel ſuffragio Caſparem Fluſchium principatum obtinuiſſe, non quòd virtute aut ſolertiâ præ cæteris ad eam rem videretur idoneus, ſed quod opibus copijsq; potẽtior eſſet, quibus ſaltus defenderet, quorum etiam magnam partem ipſe ſub imperio ſuo & ditione tenebat. Huc accedebat quòd minus ſequundo rerum eventu cuperet unusquiſq; periculum â ſe repelli, & in alienum potius quàm in ſuũ caput recidere. Vtut eſt, parum certè laudãdæ in Regem voluntatis, à magna regni illius parte ſignificatio facta eſt.

Ferdinandus Rex cum copijs ſuis ad Cæſarem pervenit.

Ferdinandus Rex jam per anguſtias & arces quas demonſtravimus copias ſuas Mauricianaſq; traduxerat, quod poſtquam Cæſar per nuncios comperit ad tertium ab Ægra lapidem caſtra locavit.

Cæſar nõ longè ab Egra caſtra locat.

Id oppidum, ut paulò antè oſtendimus, eſt in fide & cliẽtela Regis Boëmiæ, extra ſylvas ad fines Saxoniæ ſitum.

Deſcriptio ſitus Regni Bohemici.

Boëmia enim maximis denſiſſimisq; ſylvis undiq; ferè cingitur, qua ſola parte Moraviam ſpectat, expeditiorem faciliorem que aditum habet, reliquis locis ita circum-

circummunita, ut continentes ſylvæ ac paludes circunquaq; pro nativo muro obijciātur. Quæ regio ſylveſtri hoc circulo contenta, plana eſt, maximeq; frumentaria, vicis & oppidis frequēs. Natio eſt omnium Boëmorum naturâ fortis, & decenti ferè corporum ſtaturâ. Equites eodē armorum genere quo Germani utuntur, pedites multum ab eorum diſciplina & armorum conſuetudine differunt, quorum alij bipennibus, alij venabulis, ſclopis alij & ſecuribus utuntur.

Deſcriptio nationis Bohemicæ.

Has illi ſcienter ad paſſus viginti in hoſtes contorquent. Plures quoq; ſudibus, ſex fermè cubitorum longitudine armantur, clavæ ſpeciem reddentibus, ad quarum extremitatem dodrantalis fuſtis æratus catenâ appenditur. Habuit olim ea gens honeſtam bellicæ laudis opinionem. At nunc ſuperiori rei militaris gloriæ nonnihil deceſſiſſe videtur. Magna Saxoniæ pars ab Ægra ad Albin 106 uſque fluvium ſylvas Boemiæ finitimas habet. Is fluvius in Hermundoris ortus mediam fermè Boemiam dividit, inde

per

ſortibus rem permiſſam fuiſſe, harum vel fraude vel ſuffragio Caſparem Fluſchium principatum obtinuiſſe, non quòd virtute aut ſolertiâ præ cæteris ad eam rem videretur idoneus, ſed quod opibus copijsq; potétior eſſet, quibus ſaltus defenderet, quorum etiam magnam partem ipſe ſub imperio ſuo & ditione tenebat. Huc accedebat quòd minus ſequundo rerum eventu cuperet unusquiſq; periculum à ſe repelli, & in alienum potius quàm in ſuũ caput recidere. Vtut eſt, parum certè laudãdæ in Regem voluntatis, à magna regni illius parte ſignificatio facta eſt.

Ferdinandus Rex cum copijs ſuis ad Cæſarem pervenit. Cæſar nõ longè ab Egra caſtra locat. Deſcriptio ſitus Regni Bohemici.

Ferdinandus Rex jam per anguſtias & arces quas demonſtravimus copias ſuas Mauricianaſq; traduxerat, quod poſtquam Cæſar per nuncios comperit ad tertium ab Ægra lapidem caſtra locavit. Id oppidum, ut paulò antè oſtendimus, eſt in fide & cliẽtela Regis Boëmiæ, extra ſylvas ad fines Saxoniæ ſitum. Boëmia enim maximis denſiſſimisq, ſylvis undiq; ferè cingitur, qua ſola parte Moraviam ſpectat, expeditiorem faciliorem que aditum habet, reliquis locis ita circum-

circummunita, ut continentes ſylvæ ac paludes circunquaq; pro nativo muro obijciãtur. Quæ regio ſylveſtri hoc circulo contenta, plana eſt, maximeq; frumentaria, vicis & oppidis frequẽs. Natio eſt omnium Boëmorum naturâ fortis, & decenti ferè corporum ſtaturâ. Equites eodẽ armorum genere quo Germani utuntur, pedites multum ab eorum diſciplina & armorum conſuetudine differunt, quorum alij bipennibus, alij venabulis, ſclopis alij & ſecuribus utuntur. Deſcriptio nationis Bohemicæ.

Has illi ſcienter ad paſſus viginti in hoſtes contorquent. Plures quoq; ſudibus, ſex fermè cubitorum longitudine armantur, clavæ ſpeciem reddentibus, ad quarum extremitatem dodrantalis fuſtis æratus catenâ appenditur. Habuit olim ea gens honeſtam bellicæ laudis opinionem. At nunc ſuperiori rei militaris gloriæ nonnihil deceſſiſſe videtur. Magna Saxoniæ pars ab Ægra ad Albin 106 uſque fluvium ſylvas Boemiæ finitimas habet. Is fluvius in Hermundoris ortus mediam fermè Boemiam dividit, inde

per

quòd Fædericus Germanorum peditũ, quos mercede conduxerat, milibus circiter octo, pariq; popularium numero, & tribus equitum millibus, ijsdem locis appropinquabat, reliquas enim copias & equitatum, cum Thumserno, ut suprà monstravimus, à se dimiserat.

Cæsar Egram proficiscitur.

His ita constitutis Cæsar Ægram profectus est, Rex postero die subsequitur. Ea civitas in antiquæ religionis instituto hactenus constanter permansit, quod mirum profectò videri queat, in mediâ Saxonum & Boemorum vicinitate. Ex his enim rarissimi quique veteris fidei nostræ cultum observant, illi verò omnes prorsus ab eâ deficiunt. Paschalibus ferijs Cæsar Ægræ peractis, Albanum cum omnibus copijs & parte equitatus præmissum continuò subsequutus est.

Cæsar Egræ Pascha celebrat.

Antonius Toletanus.

Erat in exercitu Cæsaris Antonius à Toleto, ex Albanica gente juvens illustris ac strenuus, quem superiore bello quadringentorum equitum ordines duxisse monstravimus. Is ab Albano cum cohortibus quatuor & tribus levis armaturæ equitum turmis ad proximum Saxoniæ oppidum missus, leviore prælio

cum

cum hostibus facto cives in deditionem venire coegit. Milites qui cohortium duarum præsidio oppidum tenebant, signis militaribus & armis traditis, dimissi sunt. Omnis ea Saxoniæ pars quæ ad Ægram pertingit, aspera est, paludibus & sylvis inculta, ad oppidum Plaum, quod septem circiter miliarium intervallo ab Ægra dissitum est, in apertiorem planiciem, patentioresq; campos & virentia prata, regio paulatim extenditur. Ea tota sic erat in armis, ut nulla ferè fuerit arx, nullum oppidum, quod Saxonico præsidio non occuparetur. Ipse Fædericus circa eadem loca cum exercitu erat, ut quæ nondum recuperaverat, aut vi, aut metu in potestatem redigeret.

Interea Cæsar quum nihil æquè deposceret, atque hostem cum universis viribus paratum loco aperto prius deprehendere quàm Vitembergam, Schonevaltum, Gotam, Holdrungam, à Mansfeltio paulò ante captam, ille recipiendi sui facultatem nancisceretur, (horum enim singula bellicarum rerum omnium apparatu sic erant instructa, ut facile possent bellum in multos annos producere)

Cæsar Misniam usque Saxonem prosequitur.

108

102 eo magna brevitate perſtringo, multis etiam ſtudio prętermiſſis, ne ab ea quam inſtitui commentariorum ratione compendiariâ, deflectere videar. Satis enim habeo in præſentia alios ad ſcribendum impellere, quibus hunc campum Cæſar tam latè patentem aperuit, ut non exiſtimem in eo quemquam decurrere poſſe, qui geſtorum gloriam ingenij & eloquentiæ viribus aſſequatur.

Cęſar Norlingâ profectus Norimbergam venit. Sleidan. li. 19. N. 9. Hortenſ. li. 6. de bello Germ. Illiprandus Vlmę moritur.

Cæſar Norlingâ profectus cum duabus veteranorum legionibus, quibus Marignanus & Illiprandus, dum viveret, præfecti erant, Norimbergam iter ingreſſus eſt. Is Illiprandus ſub Cæſaris diſceſſum, æſtuantiſſimâ febri repentè correptus, Vlmæ ſummo omnium dolore extinctus eſt. Quem dum Cæſar amitteret, optimi fortiſſimiq; viri jacturam fecit. Spem enim de eo ſingularem omnes conceperant fore, ut propter eximiam virtutis opinionem, magnæ aliquando inter Germanos haberetur auctoritatis. Præter has quas diximus legiones, tertiam Cæſar per Ioannem Walterum, nobilem Suevum conſcripſit. Hiſpanorum quoque cohortes omnes; equita-

equitatum Neapolitanum, ſexcentos equites leviores, mille cataphractos ex Archiducis, Pruſſi, & Ioannis Brandenburgij numero ſecum eduxit. Albanum autem itinere dierum aliquot Norimbergam præmiſerat, qui copijs omnibus circa oppidum collocatis, per manſionarios deſignatores Cæſari & aulicis hoſpitia de more adornanda curaverat, Marignanis tamen cohortibus octo intra muros receptis, quarum præſidio (quum ita omninò poſcere videretur neceſſitas) Cæſaris in ea civitate majeſtas retineretur. Quanquam enim optimates rebus ejus enixè faverent, quum vulgus tamen furore ac rabie percitum, multa, ſæpè deſignet pedicis ac fræno digno, non alia ratione tum videbatur rectius coërceri poſſe: Ipſe cohortibus aliquot quas ad corporis ſui cuſtodiam retinuerat, Norimbergam ingreſſus, magna civium gratulatione exceptus, ad vetus hoſpitium in arcem divertit, ibiq; dies circiter quinq; moratus, exercitus & valetudinis ſuæ, quæ nondum ſatis confirmata erat, viribus colligendis vacavit.

Noribergenſes aliquot cohortes militum Cæſarianorum intra mœnia recipiunt.

Si præſentis belli ſeminarium oculis Saxonicũ

pendere. Sunt enim per se tam egregiæ & admirabiles, ut facile hunc mihi laborem diminuant. Hostium verò facta, quò Cæsaris illustriora fiant, multò minus efferre volui, sed ea duntaxat commemorare, quæ oculis viderim ipse, quum toto hoc bello nil ferè ageretur, cujus testis non essem, circa Cæsarem assiduè versatus.

Conventus Cæsaris & Ferdinandi Ægræ institutus. Sleidan. li.19.n 10. Hortens. l.6. de bello Germ.

Erat Ægra Boemiæ oppidum, ad fines qua Saxoniam spectant, extra sylvas positum. Huc propter loci opportunitatem Cæsar cum Rege & Mauricio ad certum diem convenire, & omnem commeatum totiusq; belli apparatum conferre statuerat. Quibus confirmatis rebus, Dresso Ferdinandus, Mauricius Friburgo profecti, hoste ad dexteram relicto, qua proximum iter per Laytemiriá erat, Boemiæ regnum ingressi sunt, ut per sylvas, quibus velut circino ea regio circumducitur, copias traductas, maturius cum Cæsare ad Ægram conjungerent. At Boemi, manifesta jam defectione, non inanem esse spem significarant, quam Fæderico prius de se præbuerant. Hæc paulatim sic erat amplificata, ut va-

riæ ex ea opiniones enaſcerentur, quas ſilentio prætereundas hoc loco duxi, quòd incertiores mihi ſint, quam ut eas in medium proferre debeam.

Boemi Ferdinando Regi ſuo omnes vias & aditus intercludunt.

Norimbergâ Cæſar relictâ, quum tridui viam proceſſiſſet, nunciatum eſt ei Regem & Mauricium ad iter dierum aliquot Boemiam ingreſſos, crebris arboribus ſuccisis tranſitu prohiberi, id facinus quendam ex conjuratis Boemis, auſum eſſe, qui magna perditorum coactâ manu, quàm Regem cum Mauricio iturum cognoverat, locis aliquot, introitus omnes præcluſerat: qua neceſſitate Regem adductum, quòd aliquoties ſi perrumpere poſſet conatus, arborum truncis, operis munitione, & facinoroſorum concurſu repulſus, hoc conatu deſtitiſſet, longinquiore montium ſylvarumque circuitu per arces nobilium aliquot Boemorum, quos fidem ſuam amicitiamque ſequutos in exqeditionem ſecum adduxerat, Ægram ad Cæſarem proficiſci, atque ad eam rem Hiſpanorum velitum præſidio ſibi opus eſſe dicere, quò expeditiore per ſylvas itinere uteretur. Cæſar neceſſarijs rebus proviſis,

visis, ubi diligenti Boemorum studio, quo Regem sequutos esse jam diximus, tutum esse iter, nec adversariorum præsidia ad saltum pervenisse cognovit, Hispanos retinuit. Caspar Fluschius erat, conjurationis Boemicæ princeps summâ nobilitate & potentiâ inter suos, hic itinera infesta reddebat, hic magnam clientium partem à Regis amicitiâ avertebat, hanc nimirum pro maximis in se beneficijs gratiam referés, ut quum antea jam per supplicium agris mulctatus, omnibus bonis ereptis, damnatus & exul, regiâ liberalitate in pristinuum statum redisset, magis tamen constitutæ per judicium pœnæ, quàm fortunæ & amplitudinis per beneficium restitutæ memoriâ moveretur. Ita enim pravitate naturæ comparatum est ingratis, ut beneficij acepti prima omnium obrepat oblivio.

Caspar Fluschius conjuratorũ Boemorum princeps.

Ajunt Boemos facta conjuratione nobilitatis, dũ de saltibus occupandis cõsilia inirét, indicto inter se solenni convivio frequẽtes ad id convenisse, & imperij summa in controversiam deducta, cui ex omnibus potissimum traderetur, 105

sortibus

ſortibus rem permiſſam fuiſſe, harum vel fraude vel ſuffragio Caſparem Fluſchium principatum obtinuiſſe, non quòd virtute aut ſolertiâ præ cæteris ad eam rem videretur idoneus, ſed quod opibus copijsq; potẽtior eſſet, quibus ſaltus defenderet, quorum etiam magnam partem ipſe ſub imperio ſuo & ditione tenebat. Huc accedebat quòd minus ſequundo rerum eventu cuperet unusquiſq; periculum à ſe repelli, & in alienum potius quàm in ſuũ caput recidere. Vtut eſt, parum certè laudãdæ in Regem voluntatis, à magna regni illius parte ſignificatio facta eſt.

Ferdinandus Rex cum copijs ſuis ad Cæſarem pervenit.

Ferdinandus Rex jam per anguſtias & arces quas demonſtravimus copias ſuas Mauricianaſq; traduxerat, quod poſtquam Cæſar per nuncios comperit ad tertium ab Ægra lapidem caſtra locavit.

Cæſar nõ longè ab Egra caſtra locat.

Id oppidum, ut paulò antè oſtendimus, eſt in fide & cliẽtela Regis Boëmiæ, extra ſylvas ad fines Saxoniæ ſitum.

Deſcriptio ſitus Regni Bohemici.

Boëmia enim maximis denſiſſimisq, ſylvis undiq; ferè cingitur, qua ſola parte Moraviam ſpectat, expeditiorem facilioremque aditum habet, reliquis locis ita circum-

circummunita, ut continentes ſylvæ ac paludes circunquaq; pro nativo muro obijciãtur. Quæ regio ſylveſtri hoc circulo contenta, plana eſt, maximeq; frumentaria, vicis & oppidis frequẽs. Natio eſt omnium Boemorum naturâ fortis, & decenti ferè corporum ſtaturâ. Equites eodẽ armorum genere quo Germani utuntur, pedites multum ab eorum diſciplina & armorum conſuetudine differunt, quorum alij bipennibus, alij venabulis, ſclopis alij & ſecuribus utuntur.

Deſcriptio nationis Bohemicæ.

Has illi ſcienter ad paſſus viginti in hoſtes contorquent. Plures quoq; ſudibus, ſex fermè cubitorum longitudine armantur, clavæ ſpeciem reddentibus, ad quarum extremitatem dodrantalis fuſtis æratus catenâ appenditur. Habuit olim ea gens honeſtam bellicæ laudis opinionem. At nunc ſuperiori rei militaris gloriæ nonnihil deceſſiſſe videtur.
Magna Saxoniæ pars ab Ægra ad Albin 106
uſque fluvium ſylvas Boemiæ finitimas habet. Is fluvius in Hermundoris ortus mediam fermè Boemiam dividit, inde

per

per Laytemeriam & angustas montium fauces in Saxoniã, ac mox in Oceanum sese evoluit. Hæc ad præsentem locum necessaria judicavi, quod magnã rebus à Cæsare gestis lucem viderentur afferre.

Rex, Mauricius, & Ioannes Brandenburgensis Ioachimi principis Electoris filius, quem pater amicitiâ & pactione cum Ferdinãdo junctâ in expeditionem miserat, tribus ut dictũ est ab Ægra miliaribus ad Cæsarem in castra venerunt. Equestrium copiarum, quas conduxerunt hæc erat summa. Gravis armaturæ Rex octingentos, Mauricius mille, Brandenburgius quadringentos, pulchrè simul omnes instructos. Præter hos & alij non genti levis armaturæ Hungari regem sequti sunt. Hi judicio meo quemlibet id genus equitatum virtute præcedunt, quam de sese opinioné & superiori Germanico, & præsenti Saxonico bello incredibili animorum fortitudine cõprobaverunt. Hastis utuntur cavatis & lõgis, quibus infestis procurrunt, & adversarium gravissimo ictu percutiunt. Scuta ijs sunt è ligno aut cortice facta repãda & cõcava, quorum latitudo ab

Summa copiarũ quas Rex Ferdinandus cum socijs Cæsari adduxerat: earumq; descriptio.

ima parte ad mediam ferè protenditur. Hinc paulatim angustiora fiunt, & in trāsversum obliqua velut in conum fastigiantur, qui supra verticem gestantibus attollitur. Hæc illi pro more habent symbolis pictis & insignibus exornare.

Enses curvatos ad acinacis figuram & speciem ab humeris pensiles gerunt, nonnulli etiam tereti cuspide gladios addunt, quorum cataphractis nostris ad hostem confodiendum hodiè multus est usus. Malleos quoque ad usum militarem circumferunt, hastili oblongo, quibus in prælio industriè satis utuntur. Cum Hispanis arctam familiaritatem & necessitudinem contrahunt, quos communem secum à Scytis originem ducere prædicāt. Hunc equitatum Rex Ferdinādus adduxit, peditum quos circum se habebat cohortibus quatuor Dressi atq; una paulò pòst Ægræ præsidio cōstitutis, reliquis verò in Boemia prius exauctoratis. Mauricius quoque pedi-
tatum omnem ad Lipsiæ & Zuicaviæ 107
custodiā distribuerat, magnis enim eas urbes munitionibus firmatas oportuit,

quòd

quòd Fœdericus Germanorum peditũ, quos mercede conduxerat, milibus circiter octo, pariq; popularium numero, & tribus equitum millibus, ijsdem locis appropinquabat, reliquas enim copias & equitatum, cum Thumſerno, ut ſuprà monſtravimus, à ſe dimiſerat.

Cæſar Egram proficiſcitur.

His ita conſtitutis Cæſar Ægram profectus eſt, Rex poſtero die ſubſequitur. Ea civitas in antiquæ religionis inſtituto hactenus conſtanter permanſit, quod mirum profectò videri queat, in mediâ Saxonum & Boemorum vicinitate. Ex his enim rariſſimi quique veteris fidei noſtræ cultum obſervant, illi verò omnes prorſus ab eâ deficiunt. Paſchalibus ferijs Cæſar Ægræ peractis, Albanum cum omnibus copijs & parte equitatus præmiſſum continuò ſubſequutus eſt. Erat in exercitu Cæſaris Antonius à Toleto, ex Albanica gente juvens illuſtris ac ſtrenuus, quem ſuperiore bello quadringentorum equitum ordines duxiſſe monſtravimus. Is ab Albano cum cohortibus quatuor & tribus levis armaturæ equitum turmis ad proximum Saxoniæ oppidum miſſus, leviore prælio

Cæſar Ægræ Paſcha celebrat.

Antonius Toletanus.

cum

ı hostibus facto cives in deditionem
ıire coegit. Milites qui cohortium
ırum præsidio oppidum tenebant,si-
s militaribus & armis traditis,dimissi
t.Omnis ea Saxoniæ pars quæ ad Æ-
m pertingit, aspera est, paludibus &
vis inculta,ad oppidum Plaum, quod
ıtem circiter miliarium intervallo ab
gra dissitum est, in apertiorem plani-
m, patentioresq; campos & virentia
ıta, regio paulatim extenditur. Ea to-
sic erat in armis, ut nulla ferè fuerit
c, nullum oppidum, quod Saxonico
æsidio non occuparetur. Ipse Fæderi-
s circa eadem loca cum exercitu erat,
quæ nondum recuperaverat, aut vi,
ıt metu in potestatem redigeret.

Interea Cæsar quum nihil æquè de- Cæsar Misniam usque Saxonem prosequitur.
ısceret, atque hostem cum universis
ribus paratum loco aperto prius depre-
 endere quàm Vitembergam, Schone-
ıltum, Gotam, Holdrungam, à Mans-
ltio paulò ante captam, ille recipiendi
ıi facultatem nancisceretur,(horum e- 108
ım singula bellicarum rerum omnium
pparatu sic erant instructa, ut facile
ossent bellum in multos annos produ-
cere)

cere) quam maximis potest itineribus Misniam contra eum contendit. Id oppidum paucis ante diebus Mauricius amiserat, ibique, quòd in omnem eventum rebus suis peroportunum censeret, cum exercitu Saxo consederat, ut & commodissimè ex eo loco Albin ponte consterneret, & magnis peditum equitumq; auxilijs, quæ à Boemis vicinis eò conventura sperabat, maturius sese firmaret, vel si usus ferret, tutius breviusq; se Vitembergam reciperet. Cæsar itinere non intermisso, præsidijs adversariorum, è multis quæ occupaverant locis, rejectis, primo adventu suo arces & oppida nõnulla propinquiora in deditionem accepit. Lanoius enim uno die tres hostium cohortes, unam Aldana cum leviore Hispanico equitatu & Hungaris nonnullis excurrendi populandiq; causa missus, dissipatas fugarunt, mox insequenti die Georgius Spethus, unâ Germanorum legione & perexiguo equitatu hostium cohortes octo à Fæderico Schenebergæ tuendæ causa in statione locatas, signis militaribus omnibus ad Cæsarem relatis, armis exutas dimisit, pauco-

Saxo Misniæ auxilia Bohemica expectat.

Lanoij cum Saxonibus certamina.

eorumque dierum itinere à nostris
aque tam eximiâ virtute & felicita-
esta sunt, ut iniquitate compendij
dum opprimuntur, rejectione factâ
iiorem meritò narrationis suæ judi-
a subsortiantur.

Dum eo statu res essent, nec longius ous à Misniâ miliaribus Cæsar castra caret, militesque justo ejus diei itinere nfecto à signis jam ad quietem disce-rent, subitò nunciatum est, Thumser-m cum copijs & equitatu non procul esse, Is nuncius Regem & Mauricium q; adeò perculit, ut advētare jamiam q; corā illum adesse rati, pleraq; raptim tumultuariè providenda censerent, ialia tā incertis ejus famæ auctoribus, otiusq; diei continenti labore & æstu tigatis militibus, præsens rerum status on admodum videbatur exposcere. At Cæsar quem rumores ejusmodi nihil ommoverant, ducentos ex regio equi-tatu Hungaros, totidemq; levis armatu-ræ equites diversis itineribus ad explo-randa loca dimittit, reliquas interim co-pias conquiescere jubet, quod nobis qui-dem meliore ratione à Cæsare factum videtur,

Cæsariani rumore de adventu Thumserni consternantur.

Cæsar aliquot equitum turmas ad explorand[a] loca dimittit. 109

„ videtur, quam si incertis rumoribus „ serviens, militem inutili labore conficeret. Speculatores ubi ad eum locum venissent, quo in loco Thumsernum consedisse Mauricius prius renunciaverat, ad Cæsarem reversi, dicunt nullum eo die equitem aut peditem ibi visum esse, porrò autem in Hispanos leviores equites se incidisse, & ex captivis aliquot, quos illi interceperant, cognovisse, trans Albin ad Misniam castris munitis Fœdericum se continere. Quibus cognitis Cæsar, quũ decem dierum itinere continuato, militibus reficiendis unius diei spacium interposuisset, decrevissetq; ad Misniam pontes in flumine facere (nam eum qui ad oppidum erat, hostes resciderant) copijsq; omnibus in ulteriorem ripam traductis prælio cum Saxone decertare per exploratores repentè fit certior, illum jam castris motis, Vitembergam iter convertisse.

Speculatorum relatio.

Cæsaris cõsilium de flumine Albis transeundo, & hoste pugnâ lacessendo.

„ Vnum sæpenumerò in Cæsare observavimus, ut rationis & consilij sui scopum rectissimè semper attigerit, nõ memini tamen hoc præsenti proposito, a-

liud

ud ullum fecundius magisque ex sen- «
:ntia cecidisse. Siquidem ab his castris «
d ea quæ Saxone capto & exercitu pul- «
) in Albis fluvij ripa locavit, & quæ sta- «
ieret, magno semper animo aggressus «
st, & quæ aggrederetur, perpetua rerũ «
:licitate consequutus. His itaque re- Rationes
unciatis, ex tempore & loci peritiâ con- consilij
lium initum his rationibus explicat, si Cæsaris.
dverso flumine Misniam contendat,
ereri ne sequundo interim flumine ho-
es eodem ferè tempore Vitembergam
:rveniant, sin ex eo quo consederat lo-
) equitatum peditatumque transmit-
t, futurum sperare, ut illos in itinere Cæsari
onsequatur. Ea dum cogitat, ab ejus ri- vadum,
e accolis cognoscit, tribus circiter mi- quo flu-
aribus infrà castra nostra, duobus locis men trãs-
ımen vado transiri, altum tamen esse, ire queat,
pidum & vorticosum, nobisq; tam ini- ab inco-
ıum, ut hostes in adversâ ripâ dispositi, lis mon-
ostros impeditos & transire conantes, stratur:
ultitudine telorum etiam sine conten- sed pro-
one repellant. Intervenit Aldana, quẽ ditoriè.
ım expeditis aliquot Hispanis paulò 110
ite Cæsar speculatum præmiserat, dicit
nocte Saxonem cum exercitu in ulte-
riore

Saxo Milburgum quievit.

Consultat Cæsar cum Albano de prælio ineundo.

Cæsar in sententia sua persistit.

riore ripâ tribus à castris nostris miliaribus ad Milburgum quiescere, famam quidem esse Albin eo loco vadari, equites tamen è suis quatuor tranâsse. Differendi prælij causa diutius Cæsari visa non est. Albanum protinus ad se vocat, conlium suum proponit, velle se aut vado aut pontibus exercitum traducere, modisque omnibus manum cum hoste conserere. Quo proposito confirmato, quæcunque ad expeditionem necessaria
» viderentur, imperat, contrà tamen sen-
» tientibus multis qui summam difficul-
» tatem & pericnlum perpenderent, quod
» iter longum esset, quod flumen impedi-
» tum, quod hostes alteram ripam obside-
» rent, aliaq́; nonnulla intercederent, quæ
ad eam rem necessarios conatus & celeritatē tardarent. At Cæsar nihilominus id quod constituerat, facere conatur, impedimentisq́; omnibus, scaphis, carris & æneis tormentis eo die sub solis occasum præmissis, Hispanicum peditatum de mediâ nocte subsequi jubet, statimq́; egressus cum Germanorum legionibus, uti consueverat, & equitatu, celeriter è conspectu castrorū discessit. Vbi lucesceret,

et,nebularum densissimæ tenebræ usqueadeò diei lucem obnubilarunt,ut incertis vijs acies oberrantes, vix invicem esse conspicarentur. Cęsarem eo tempore de aëris injuriâ conquestum memini, qui diceret,vicinis hostibus à caliginosis nebulis perpetuò se infestari. Tandem verò serenior paulò dies, Albin flumen & dispositos in ripâ hostes detexit. Hic nimirum Albis est, Albis inquam ille, « veteribus Romanis olim decantatior, « quàm visu & aditu notior. «

Cæsari aër nebulosus sem infestus.

Fædericus occupatâ ripâ,cum sex veteranorum peditum,equitũ circiter milibus tribus,tormentisq; amplius viginti ad Milburgum consederat,reliquas enim copias partim Thumsernus abduxerat,partim Cæsariani,ut suprà monstratum est,profligaverant. His ille se munitum præsidijs continebat, de consilijs nostris conjecturà sic judicans,ut si põte qui ad Misniã erat refecto, Cæsar exercitum transportaret, ipse meliore interim conditione vel adventum nostrum expectaret, vel si id facere nollet, expeditiore,in quamcunq; partẽ vellet,itinere antecederet, Eo autem quo castra posuerat

Saxo Milburgi cõsedit.

III

fuerat loco, præ latitudine & altitudine difficile transitu flumen sciebat, quum has quoque difficultates, eminentioris ripæ quam obsederat præaltæ crepidines, oppidumq; proximum & arx, licet infirmior quàm ut illi salutem suam in oppugnatione sustinendâ committeret, majorem in modum augerent. Interea metatores, qui primi venerant, opere dimenso locum castris idoneum delegerant.

Descriptio situs loci ad Milburgum.) Cæsar ad ripam fluminis ipse pergit & omnia perlustrat.

Ejus hic situs erat, ut pratorum sylvarumq; magnitudine quæ è regione hostium ad fluvium ferè pertingebant, cōtegeretur. Cæsar sub horam octavam matutinam eodem pervenit, equites eo quo venerant ordine, in armis expeditos constituit, edixitq; ne injussu suo ab ordinibus discederent, ipse cum Rege & equitibus paucis, Albanum qui cum speculatoribus antecesserat, consequutus, postquàm ex eo cognovit, hostium præsidijs ex adverso locatis, fluminis transeundi facultatem ademptam, communicato nihilominus cum illis consilio (quòd rem tantam temerè suscipi non oporteret) accolas undique ad se convocari

ri jubet, per quos de repertis vadis cer-
or paulò quàm anteà fieret. Ea dum ſe-
dò adminiſtrantur, interea Cæſar cum
ege & Mauricio, proximam domum
greſſus cibum capit, ibique pauliſper
oratus dum ad exploranda hoſtium
ſtra procedit, Albanus occurrit, ait læ- Albanus de vado reperto Cæſari nuncium lętum adfert.
m ſe illi nuncium adferre, vadum in-
ntum eſſe quod accola regionis ejus
ritiſſimus commonſtraſſet Scherf-
ſſero loco nomen erat, unde Cæſar
erat, id latinè novacula ſonat, non ita
ocul à vado: eò quum veniſſet, anim-
vertit ad alteram fluminis ripam ma-
as eſſe copias hoſtium inſtructas, cre-
ą; tormenta diſpoſita, nec ubi eſſe-
ponte aut vado reperto, copias Cæ-
tranſmitteret, eumq; quem lintri-
s & ſcaphis illi conjunxerant, qui-
s viribus & virtute poſſent, defende-
t. hunc in tres partes reſciderant, quò
nore negotio, ſequundo flumine quũ
s eſſet, deveheretur. Vadum autem 112 Vadi, quo Albin Cæſar tranſijt, deſcriptio.
t hujuſmodi. In qua ripâ illi conſede-
t, multo quàm noſtra editior erat, in
mitate agger eminebat, ad maceriæ
ciem ſtructus, quali ferè ruſtica præ-

 dia &

dia & humiliores casæ circumvallari cõ-
suêrunt. post hunc milites qui in statiõ-
ne erant, tuti latebant, oppidum quo-
que Milburgum & arx, non parum ad
loci defensionem juvabant. Nostris cõ-
trà planicies magna erat, fluminis inun-
datione, quæ eò meabat, concisa, undi-
que aperta porrectaq́; præterquam ubi
arbusculis aliquot & dumetis, non adeò
tamen ripæ vicinis, sylvesceret. Fluvius
ipse qua parte vado transiri credebatur,
trecentos in latitudinem passus patebat.
Is etsi leniter fluere videretur, eo tamen
impetu undarumque mole rapiebatur,
quæ vel spectantibus horrorem incute-
ret, transitumque per se difficilem, lon-
„ gè etiam periculosiorem efficeret, ut non
„ frustrà sanè Cæsar ad animi fortitudi-
„ nem necesse habuerit industriam quo-
„ que & vires adjungere.

Cæsar inter arbores militum aliquot centena disponit.

Cæsar loci naturâ perspectâ, jussit ut
intra arbusculas circiter mille velites Hi-
spani cum tormentis aliquot disponeré-
tur, quibus displosis, illi quoque sclopis
emissis subitò provolarent. futurum e-
nim sperabat, ut metu globorum perter-
riti, de stationibus suis hostes deturba-
rentur,

-erentur, nostri verò in citeriore ripâ con-
-sistendi facultatem adepti, propius ad a-
-quam accederent. quanvis autem id in «
-tam aperta planicie non sine magno pe- «
-riculo fieret, temporis tamen & rei ne- «
-cessitati serviendum Cæsar existimavit, «
-ne ipse flumine impeditus liberum ho- «
-stibus discedendi spacium daret. «

At illi intereà expeditorum militum præsidio in scaphis dispositο, secundo flumine deferebantur. Quare animadversâ, nostri, tantâ alacritate è dumetis in apertam ripam procurrunt, ut in aquã concitatissimo impetu ruerent, brachiisq; modò atq; humeris ad arma sustinẽda eminentibus, tantâ contentione & in eos qui ripã occupaverant, & qui naves conscenderant, pilarũ grandinẽ mittunt, ut cõpluribus exanimatis, reliqui paulò post navigatione prohibiti terrore trepidantes se ferè omnes è scaphis projicerẽt. Cęsar ipse suis, dũ procurrerẽt ad erat, ad ipsam usq; aquã, eâdem qua milites celeritate sequutus. Acriter tũ utrinq; in alterã ripam ejaculatum est, ingens missiliũ vis ab hoste contorta, nostri. quanvis loco iniquo cõsisterent, eã tamen virtutẽ

Cęsariani milites avidè hostem adoriuntur.

113

 præsti-

præstiterunt, ut hostes priore contentione remissâ, paulatim viderētur languescere. Postquam id Cæsar animadverterat, Arzium tribunum (is ex Insubribus Hispanos adduxerat) ut arctius instantiusq; hostes reprimerentur, cum sclopetarijs mille summisit. Horum adventu tantum pugnæ studiū exarsit, ut cum scaphis relictis præcipites se illi fugæ mandarent, ludicras & festivas tormentorum emissiones dixisses, quales in solenni Principum ingressu læto populi applausu fieri consueverunt. Naviculis aliquod ignem illi injecerant, hæ flammâ comprehensâ combustæ sunt. Nonnulli etiam glandium nostrarum nubem & periculum veriti, cùm attollere se non auderent, in scaphis quas non incenderant, exporrecti distentiq; jacebant.

Ingens prælium ad ripam fluminis Albis propè Milburgum.

Interim ponte quem Cæsar faciendum curaverat, ad ripam admoto, quod pro fluminis latitudine contabulationi navigia non sufficerent, ab hostibus quę deesse viderentur, necessariò petenda erant. Ii animo & viribus inferiores, quàm ut continuam nostrorum ejaculationem sustinere possent, ripas jam dimittere

Cæsar pōtem facere trans Albin conatur.

nittere cœperant, compluribus tamen è
uis ad ſtationes relictis, qui in milites
oſtros tela continenter conjicerent. Sed Virtuti nil inviũ.
uod virtuti nihil eſt invium, Albis quo-
ue difficultates fortiter à Cæſare ſupe-
atæ ſunt.

Is itaque neceſſariò ſibi hoſtium pon-
em capiendum judicans, milites cohor-
atur, ut nihil ad ſtudium & induſtriam
bi reliqui faciant. Ibi ex Hiſpanico pe- Hiſpanorum quorundam audacia.
itatu decem rem incredibilem auſi, ve-
ibus celeriter depoſitis, gladijsq́; mor-
icus per os tranſverſis, flumen nandò
ajiciunt, & ad ſcaphas appulſi, quas ſe-
undo flumine devectas à reliquâ parte
ontis hoſtes convulſerant, innũmeris
lis omni ex parte petiti, interfectis
uos deprehenderant, navigijsq́; ad ci-
riorem ripam pertractis, nudi & ince- 114
mes ad ſuos reverſi ſunt. Tres quoque
quites Hiſpani ſtudio & gloriæ cupidi-
te adducti, aquam ingreſſi, unum vi
uminis abreptum amittunt. Navigijs
ptis noſtri liberius in ripâ vagati, pla-
ciem omnem armatis compleverant,
ſtes contrà graviter eâ re permoti, a-
num prorſus deſponderant.

plerique viribus confisi in alteram ripam evaserant, hostiumq; impressiones aliquot fortiter sustinuerant, ad quam rem singularis militum nostrorũ virtus permultum adjuverat, hi humeris tantummodo & pectore extantes ea dexteritate in adversarium glandes mittebant, ut non minus tutò equites nostri in adversâ quam in citeriore ripâ consisterent. At hostes fluminis tuendi desperatione impulsi, si temporis angustiâ & celeritate nostrorum circunventi Vitemberga intercluderentur, vel Torgam iter accelerare constituunt, vel si id consequi non possent, in itinere pugnam conserere.

Laonius præmittitur.

Albanus, quemadmodum Cæsar prius imperaverat, Hungaros omnes & Laonium cum levis armaturæ equitibus in vado transeundo pręcedere jubet, singulisq; singulos milites manuarijs tormentis instructos post tergum sessores attribuit. Ipse continuò cum equitatu Neapolitano & Mauricij turmis, quibus priorem aciem demandarat, subsequitur.

Cæsaris in pugnam euntis descriptio.

Proximi Cæsar & Rex Ferdinandus cum suo uterque agmine ad aquam constiterant. Cæsarem equus Hispanus vehebat, coccino

occino serico villoso, cui ex auro fim-
ria erat, instratus. Hunc ei Ioachimus
ius, decurio cubiculariorum ex aurei
elleris sodalitio, vir illustris, dono dede-
it. Ipse armis inauratis conspicuus, nul-
paludamento, sed conchyliatâ dunta-
at fasciâ bõbycinâ auro distinctâ, quod
li insigne erat, superindutus, casside
ermanicâ capiti adaptatâ, brevem ha-
am venabulo similem manu tenebat.
. Cæsar dictator, olim ad Rubiconem
uvium, qui provinciæ ejus finis erat,
m reputans quantum moliretur pau-
lum consisteret, trajecto mox exercitu
emorabilem illam vocem edidit. Om-
s jacti sit alea. Nihil profectò poterat
ulis omnium quotquot adessemus re-
æsentari similius. Carolum Cæsarem
matũ, cum exercitu armato in medio
mine pertendentem ad alterã ripam,
mmâ omnium admiratione conspexi- 116
us. In quam dum evaderet omnia ar-
is agenda erant, & in unâ victoriâ spes
lutis constituenda. Hoc igitur animo
æsar rusticum, quem diximus, ducem
quutus, paulò supra eum locum quam
teri equites transijssent, Albi sese

Cæsar Carolus V. cum C. Iulio Cæsare comparatur.

Cæsar rusticũ proditorem sequitur.

Saxo Milburgum quievit.

Consultat Cæsar cum Albano de prælio ineundo.

Cæsar in sententia sua persistit.

riore ripâ tribus à castris nostris miliaribus ad Milburgum quiescere, famam quidem esse Albin eo loco vadari, equites tamen è suis quatuor tranâsse. Differendi prælij causa diutius Cæsari visa non est. Albanum protinus ad se vocat, conlium suum proponit, velle se aut vado aut pontibus exercitum traducere, modisque omnibus manum cum hoste conserere. Quo proposito confirmato, quæcunque ad expeditionem necessaria
» viderentur, imperat, contrà tamen sen-
» tientibus multis qui summam difficul-
» tatem & pericnlum perpenderent, quod
» iter longum esset, quod flumen impedi-
» tum, quod hostes alteram ripam obside-
» rent, aliaq; nonnulla intercederent, quæ ad eam rem necessarios conatus & celeritaté tardarent. At Cæsar nihilominus id quod constituerat, facere conatur, impedimentisq; omnibus, scaphis, carris & æneis tormentis eo die sub solis occasum præmissis, Hispanicum peditatum de mediâ nocte subsequi jubet, statimq; egressus cum Germanorum legionibus, uti consueverat, & equitatu, celeriter è conspectu castrorũ discessit. Vbi lucesceret,

,nebularum densissimæ tenebræ us-
eadeò diei lucem obnubilarunt,ut in-
tis vijs acies oberrantes, vix invicem
: conspicarentur. Cęsarem eo tempo- Cæsari aër nebulosus sem infestus.
de aëris injuriâ conquestum memini,
i diceret,vicinis hostibus à caliginosis
bulis perpetuò se infestari. Tandem
rò serenior paulò dies, Albin flumen
dispositos in ripâ hostes detexit. Hic
nirum Albis est, Albis inquam ille, «
teribus Romanis olim decantatior, «
àm visu & aditu notior. «
Fædericus occupatâ ripâ, cum sex ve- Saxo Milburgi cōsedit.
'anorum peditum,equitū circiter mil-
ıus tribus,tormentisq; amplius vigin-
ıd Milburgum consederat,reliquas e-
m copias partim Thumsernus abduxe-
t,partim Cæsariani,ut suprà monstra-
m est,profligaverant. His ille se muni-
m præsidijs continebat, de consilijs
ıstris conjecturà sic judicans,ut si pōte
ıi ad Misniā erat refecto, Cæsar exer- III
:um transportaret, ipse meliore inte-
n conditione vel adventum nostrum
:pectaret, vel si id facere nollet, expe-
tiore,in quamcunq; partē vellet,itine-
antecederet. Eo autem quo castra po-
suerat

fuerat loco, prælatitudine & altitudine difficile transitu flumen sciebat, quum has quoque difficultates, eminentioris ripæ quam obsederat præaltæ crepidines, oppidumq; proximum & arx, licet infirmior quàm ut illi salutem suam in oppugnatione sustinendâ committeret, majorem in modum augerent. Interea metatores, qui primi venerant, opere dimenso locum castris idoneum delegerant.

Descriptio situs loci ad Milburgum.) Cæsar ad ripam fluminis ipse pergit & omnia perlustrat.

Ejus hic situs erat, ut pratorum sylvarumq; magnitudine quæ è regione hostium ad fluvium ferè pertingebant, cõtegeretur. Cæsar sub horam octavam matutinam eodem pervenit, equites eo quo venerant ordine, in armis expeditos constituit, edixitq; ne injussu suo ab ordinibus discederent, ipse cum Rege & equitibus paucis, Albanum qui cum speculatoribus antecesserat, consequutus, postquàm ex eo cognovit, hostium præsidijs ex adverso locatis, fluminis transeundi facultatem ademptam, communicato nihilominus cum illis consilio (quòd rem tantam temerè suscipi non oporteret) accolas undique ad se convocari

i jubet, per quos de repertis vadis cer-
r paulò quàm anteà fieret. Ea dum ſe-
lò adminiſtrantur, interea Cæſar cum
ge & Mauricio, proximam domum
greſſus cibum capit, ibique pauliſper
ratus dum ad exploranda hoſtium
tra procedit, Albanus occurrit, ait læ- Albanus de vado reperto Cæſari nuncium lętum adfert.
n ſe illi nuncium adferre, vadum in-
itum eſſe quod accola regionis ejus
itiſſimus commonſtraſſet. Scherf-
ſſero loco nomen erat, unde Cæſar
erat, id latinè novacula ſonat, non ita
cul à vado: eò quum veniſſet, anim-
ertit ad alteram fluminis ripam ma-
as eſſe copias hoſtium inſtructas, cre-
q; tormenta diſpoſita, nec ubi eſſe-
ponte aut vado reperto, copias Cæ-
tranſmitteret, eumq; quem lintri-
s & ſcaphis illi conjunxerant, qui-
; viribus & virtute poſſent, defende-
t. hunc in tres partes reſciderant, quò
nore negotio, ſequundo flumine quũ
s eſſet, deveheretur. Vadum autem 112 Vadi, quo Albin Cæſar tranſijt, deſcriptio.
t hujusmodi. In qua ripâ illi conſede-
t, multo quàm noſtra editior erat, in
imitate agger eminebat, ad maceriæ
ciem ſtructus, quali ferè ruſtica præ-

dia & humiliores casæ circumvallari cōsuêrunt. post hunc milites qui in statione erant, tuti latebant, oppidum quoque Milburgum & arx, non parum ad loci defensionem juvabant. Nostris cōtrà planicies magna erat, fluminis inundatione, quæ eò meabat, concisa, undique aperta porrectaq;, præterquam ubi arbusculis aliquot & dumetis, non adeò tamen ripæ vicinis, sylvesceret. Fluvius ipse qua parte vado transiri credebatur, trecentos in latitudinem passus patebat. Is etsi leniter fluere videretur, eo tamen impetu undarumque mole rapiebatur, quæ vel spectantibus horrorem incuteret, transitumque per se difficilem, longè etiam periculosiorem efficeret, ut non „ frustrà sanè Cæsar ad animi fortitudi- „ nem necesse habuerit industriam quo- „ que & vires adjungere.

Cæsar inter arbores militum aliquot centena disponit.

Cæsar loci naturâ perspectâ, jussit ut intra arbusculas circiter mille velites Hispani cum tormentis aliquot disponerētur, quibus displosis, illi quoque sclopis emissis subitò provolarent. futurum enim sperabat, ut metu globorum perterriti, de stationibus suis hostes deturbarentur,

entur, nostri verò in citeriore ripâ con-
istendi facultatem adepti, propius ad a-
juam accederent. quanvis autem id in "
am aperta planicie non sine magno pe- "
iculo fieret, temporis tamen & rei ne- "
essitati serviendum Cæsar existimavit, "
ie ipse flumine impeditus liberum ho- "
tibus discedendi spacium daret. "

At illi intereà expeditorum militum præsidio in scaphis disposito, secundo flumine deferebantur. Qua re animadversâ, nostri, tantâ alacritate è dumetis n apertam ripam procurrunt, ut in aquã concitatissimo impetu ruerent, brachisq; modò atq; humeris ad arma sustinẽda eminentibus, tantâ contentione & in os qui ripã occupaverant, & qui naves onscenderant, pilarũ grandinẽ mittunt, it cõpluribus exanimatis, reliqui paulò post navigationẽ prohibiti terrore trepilantes se ferè omnes è scaphis projicerẽt. 113 Cęsar ipse suis, dũ procurrerẽt adrat, ad psam usq; aquã, eâdem qua milites celeritate sequutus. Acriter tũ utrinq; in alerã ripam ejaculatum est, ingens missiũ vis ab hoste contorta, nostri. quanvis oco iniquo cõsisterent, eã tamen virtutẽ

Cęsariani milites avidè hostem adoriuntur.

præstiterunt, ut hostes priore contentione remissâ, paulatim viderētur languescere. Postquam id Cæsar animadverterat, Arzium tribunum (is ex Insubribus Hispanos adduxerat) ut arctius instantiusq; hostes reprimerentur, cum sclopetarijs mille summisit. Horum adventu tantum pugnæ studiū exarsit, ut cum scaphis relictis præcipites se illi fugæ mandarent, ludicras & festivas tormentorum emissiones dixisses, quales in solenni Principum ingressu læto populi applausu fieri consueverunt. Naviculis aliquod ignem illi injecerant, hæ flammâ comprehensâ combustæ sunt. Nonnulli etiam glandium nostrarum nubem & periculum veriti, cùm attollere se non auderent, in scaphis quas non incenderant, exporrecti distentiq; jacebant.

Ingens prælium ad ripam fluminis Albis propè Milburgum.

Interim ponte quem Cæsar faciendum curaverat, ad ripam admoto, quod pro fluminis latitudine contabulationi navigia non sufficerent, ab hostibus quę deesse viderentur, necessariò petenda erant. Ii animo & viribus inferiores, quàm ut continuam nostrorum ejaculationem sustinere possent, ripas jam dimittere

Cæsar pōtem facere trans Albin conatur.

mittere cœperant, compluribus tamen è suis ad stationes relictis, qui in milites nostros tela continenter conjicerent. Sed quod virtuti nihil est invium, Albis quoque difficultates fortiter à Cæsare superatæ sunt.

Virtuti nil inviū.

Is itaque necessariò sibi hostium pontem capiendum judicans, milites cohortatur, ut nihil ad studium & industriam sibi reliqui faciant. Ibi ex Hispanico peditatu decem rem incredibilem ausi, vestibus celeriter depositis, gladijsq; mordicus per os transversis, flumen nando trajiciunt, & ad scaphas appulsi, quas secundo flumine devectas à reliquâ parte pontis hostes convulserant, innumeris telis omni ex parte petiti, interfectis quos deprehenderant, navigijsq; ad citeriorem ripam pertractis, nudi & incolumes ad suos reversi sunt. Tres quoque equites Hispani studio & gloriæ cupiditate adducti, aquam ingressi, unum vi fluminis abreptum amittunt. Navigijs captis nostri liberius in ripâ vagati, planiciem omnem armatis compleverant, hostes contrà graviter eâ re permoti, animum prorsus desponderant.

Hispanorum quorundam audacia.

114

Cæsar cũ Saxone acie certare constituit.

Dum hæc geruntur, Albanus ad Cæsarem reversus, quæ prius de vado dixisset, vera esse affirmat. Cæsar autem ijsdẽ de causis, quæ supra sunt demonstratæ, omninò decreverat copijs Albin traductis, acie cum Fæderico certare. Is quo tempore ad ripam nostri primò venêre, pro Lutheranico instituto, concioni intererat. At non arbitror accepto de Cæsaris adventu nuncio, multum temporis ecclesiastæ tributum, quandoquidem protinus ad arma conclamari, militesq́; ad ripam & pontem concurrere, quæq́; ad defensionem opus essent, expediri jusserit, infirmas profectò vires & impares, quæ vel Imperatoris vel militum, qui in ipsum ducebantur, virtuti resisterent. Eò jam perducta res erat, ut hostibus à ripâ remotis ac de vallo deductis, stationes defensoribus vacuæ conspicerentur. Tum Cæsar incredibili celeritate equites vadum tentare jubet, pontemque ex nostris & hostium scaphis conjungere, quo confestim Hispani pedites omnes, ac mox Germanorum tres legiones traducerentur. Albanus, ut vadum reperiretur, magnâ diligentiâ usus, ac-

Saxo in concione erat, dum à Cæsare adoriretur.

colas

olas undiq; conquiſierat, naturæ flumi-
nis ſcientiſſimos è quibus unus vegeto
ac valenti corpore juvenis ruſticus, cu-
jus equos bijuges pridie ejus diei per vim
hoſtes abduxerant, vindictæ cupiditate
accenſus, ultrò ſe vadi ducem profeſſus,
ego hos latrones, inquit, ulciſcar probè,
ſi id effecero ut ad unum hodie omnes
jugulentur. Animum celſiore fortunâ
dignum præ ſe ferebat. ſiquidem prædæ
quam abegerant immemor, ſolam vin-
dictam opinione præceperat.

Saxo à proprio ſervo & ſubdito proditur.

Equitatus noſter jam univerſus ad ri-
pam convenerat, quo viſo Cæſar ſingu-
lis Germanorum legionibus ternas co-
hortes detraxit, & caſtris præſidio reli-
quit, additis quingentis gravis armatu-
ræ equitibus, partim ex Ioannis Bran-
denburgij turmis, partim ex Alberti,
quarum reliquias capto duce ad Regem 115
ſe ex fugâ recepiſſe monſtravimus. Ipſe
militari more exercitum cohortatus, ex-
poſcentibus militibus & ſtudio pugnæ
ardentibus, Hungarico equitatui ſignũ
trajiciendi dedit: ex quo equitatu & eo
quem leviorem Cæſar conduxerat, prius
multò quã hoſtes Milburgo excederent,

Cæſar Albin tranſit cum equitatu ſuo.

plerique viribus confisi in alteram ripam evaserant, hostiumq; impressiones aliquot fortiter sustinuerant, ad quam rem singularis militum nostrorũ virtus permultum adjuverat, hi humeris tantummodo & pectore extantes ea dexteritate in adversarium glandes mittebant, ut non minus tutò equites nostri in adversâ quam in citeriore ripâ consisterent. At hostes fluminis tuendi desperatione impulsi, si temporis angustiâ & celeritate nostrorum circunventi Vitemberga intercluderentur, vel Torgam iter accelerare constituunt, vel si id consequi non possent, in itinere pugnam conserere.

Laonius præmittitur.

Albanus, quemadmodum Cæsar prius imperaverat, Hungaros omnes & Laonium cum levis armaturæ equitibus in vado transeundo pręcedere jubet, singulisq; singulos milites manuarijs tormentis instructos post tergum sessores attribuit. Ipse continuò cum equitatu Neapolitano & Mauricij turmis, quibus priorem aciem demandarat, subsequitur.

Cæsaris in pugnam euntis descriptio.

Proximi Cæsar & Rex Ferdinandus cum suo uterque agmine ad aquam constiterant. Cæsarem equus Hispanus vehebat, coccino

coccino ſerico villoſo, cui ex auro fimbria erat, inſtratus. Hunc ei Ioachimus Riis, decurio cubiculariorum ex aurei velleris ſodalitio, vir illuſtris, dono dederat. Ipſe armis inauratis conſpicuus, nullo paludamento, ſed conchyliatâ duntaxat faſciâ bōbycinâ auro diſtinctâ, quod illi inſigne erat, ſuperindutus, caſſide Germanicâ capiti adaptatâ, brevem haſtam venabulo ſimilem manu tenebat. C. Cæſar dictator, olim ad Rubiconem fluvium, qui provinciæ ejus finis erat, dum reputans quantum moliretur paululum conſiſteret, trajecto mox exercitu memorabilem illam vocem edidit. Omnis jacta ſit alea. Nihil profectò poterat oculis omnium quotquot adeſſemus repræſentari ſimilius. Carolum Cæſarem armatū, cum exercitu armato in medio flumine pertendentem ad alterā ripam, ſummâ omnium admiratione conſpeximus. In quam dum evaderet omnia armis agenda erant, & in unâ victoriâ ſpes ſalutis conſtituenda. Hoc igitur animo Cæſar ruſticum, quem diximus, ducem ſequutus, paulò ſupra eum locum quam cæteri equites tranſijſſent, Albi ſeſe

Cæſar Carolus V. cum C. Iulio Cæſare comparatur.

116

Cæſar ruſticū proditorem ſequitur.

Albi ſeſe commiſit. vadum erat arenoſum & pro rei neceſſitate oportunum, ſic tamen ut altitudine aquarum, & rapiditate fluminis, pleriſque locis, exiguo tamen ſpacio, tranſeuntibus natandũ eſſet. ſeſſores verò, quantumvis eximiæ magnitudinis equis inſiderẽt, paſſim tamen ad poplites aqua trecentos paſſus lata pertingeret. Has difficultates dum ſtudio Cæſar & virtute vincit, in ulteriorem ripam incolumem equitatum traducit. Ruſticum aureis coronatis centum, & equis duobus donatum dimittit.

Cęſar prę mio ruſticum donatum dimittit.

Interim è ſcaphis hoſti ereptis, ijsq́; quas onerarijs plauſtris Cæſar convexerat, pons inſtitui cœptus eſt, quo perfecto Hiſpanorum primò, deindè Germanorum pedeſtres copiæ, ut erat præceptum, tranſportarentur. Hungari & equites levis armaturæ, depoſitis, quos ponè tranſvexerant militibus, hoſtes noviſſimos inſequuti levioribus prælijs diſtinebant. At Fœdericus nullo ad Milburgum præſidio relicto (cujus tamen rei ſuſpicione Cæſar adductus, in vado tranſeundo ſingulis equis binos ſeſſores imponendos curaverat) pedeſtribus copijs

Pons à Cæſare proficitur.

Saxo exercitum ſuũ partitur: & qua forma progrediendum ſit, ordinat.

piis bipartitò divisis, equitatu verò omni in turmas novem distributo, itinere non intermisso, unum communis salutis auxilium in celeritate ponebat, si qua in parte suos laborare aut gravius ab Hungaris & levi equitatu nostro premi videret, eò signa inferri, & equites converti jubebat, quæ res & nostros ad insequendum tardabat, & illis liberiorem progrediendi facultatem præbebat. Cęsar quicquid cataphractorum celeritate proficere posset, eodem quo hostes itinere subsequutus, incidit in statuam Christi ad crucem affixi, cujus pectus bombardicâ glande trajectum erat. Horrendum visu spectaculum Cæsar execratus, ferre non potuit, quin publicè quoq; tam nefariũ scelus detestaretur, & cœlum suspiciens in hanc vocem erumperet: Domine, si velis, facile potes injuriam tantam ulsci. hæc loquutus iter incæptum prosequitur. Quumque in apertâ latâque planicie præcedentium pulvis vento incitatus prospectum nobis adimeret, tamen Cæsar obliquius paulò ad dexteram deflectere jubet ea scilicet re duo commoda consequutus, ut & pulvere vitato

Cęsar militis proterviam, qui Christi imaginem glande trajecerat, execratur.

117 Cæsar impedimenta varia declinat.

,, vitato necessariis rebus rectius expedi-
,, tiusq; prospiceret, & periculum effuge-
,, ret quod nostris temporibus non semel
,, accidisse comperimus, dum in proce-
,, dendo quem rei militaris ratio postulat,
,, acies ordinem non observant, siquidem
,, ipso experimento edocti sumus, à primâ
,, acie pulsâ, & in fugam conversâ, secun-
,, dam quoque turbatis ordinibus disiici,
,, non alia de causa, quam quòd, eo quo
,, convenerat ordine & loco, non consti-
,, tuatur. Huic itaq; periculo Cæsar occur-
rens, & suum & Regis agmen ita dispo-
nit, ut si quid durius accidat, ipse in pri-
mâ acie laborantibus continuò subve-
niat, hostiumq; impressionem & vires
infringat, quorum tanta firmitudo erat,
ut harum rerum à Cæsare nihil frustrà
factum fuisse videri possit.

Albanus strenuè hostes insequitur.

Albanus qui cum priore acie ad no-
vissimum eorum agmen demorandum
antecesserat, adeò illis imminebat, ut
vehemétius peragitati ab equitatu sub-
sisterent, & magno impetu tormenta si-
mul omnia in nostros emitterent. Ger-
,, mani enim, ut superiore libro monstra-
,, vimus, hujus rei peritissimi semper sunt
habiti.

abiti. Properat Cæsar ut se cum Albano onjungat. Legiones nostræ cũ tormentis campestribus sex, magnum spacium berant, nec conspiciebantur quidem, id quod nemini mirum videri debeat, quũ tantâ diligentiâ pons effici non poterat, ut milites traducti èvestigio subsequerentur.

Cæsar pediteddestitutus equestri prælium inire cogitur, si hostem debellare velit.

Quod ubi Cæsar animadvertit, tria jam ultra Albin miliaria incredibili celeritate cum equitatu progressus, equestri prælio Saxonem fundere & edomare constituit. Quod si legionum adventum « diutius expectasset, temporis morâ sine « dubio propositum interpellatum fuisset. « Vnde quantum in rebus magnis « obfirmata consilia valeant, cognosci « potuit.

Cæsar aciem instruit.

Equitatum omnem in duplicem aciem Cæsar distribuerat. In priore acie bellatorum numerus hic erat. Equites levioris armaturæ quadringenti, quos La- 118 noius & Antonius à Toleto ducebant. Hungari quadringenti quinquaginta, reliquos eo die mane, qui Torgæ situm perspicerent, Cæsar dimiserat. Centum expediti equites Hispani sclopis instru-

ɛti,

cti, ducenti ejusdem armaturæ Mauriciani, & haſtati ſexcenti, ſub Mauricij quoque imperio. Ducenti ſupra viginti gravis armaturæ Neapolitani, quibus Caſtronilarus præerat. Secundam aciem Cæſar ipſe cum Rege duplici agmine inſtructam tenebat, alterum quod Cæſaris erat, quadringentis cataphractis Germanis, trecentis hippoſclopiſtis conſtabat. Parem his numerum Regis agmen habebat, illis verò, ducentis ſuperiorem. Is erat totius exercitus noſtri equitatus, in quo recenſendo, neq; additum hic eſt quicquam, neq; detractum. Aciem Cæſar non ea qua Germani ratione inſtruxerat. Illi enim equeſtris âgminis frontem quàm latera multò anguſtiorē conſtituunt. Cæſar verò in qualibet acie ſeptenos denos in latitudinem ordines inſtituerat, quæ ratio & frontem latiorem & aſpectu pulchriorem, majoremque quàm pro numero multitudinem repręſentabat.

Cæſar aciem non ratione Germanorum inſtruxit.

» Hanc ego certè & optimam ju-
» dicarem, & cum loci natura ferret, longe
» tutiſſimam. Nam & hoc modo minus fa-
» cile à cornibus aut aperto latere acies cir-
» cumveniri poteſt, & ſepteni deni ordines

nes ad equitum vim vel inferendam «
el ſuſtinendam, ſatis confertâ denſitate «
gmen corroborant. Quæ opinio, eque-
ris prœlij exemplo probata eſt, quo Cle-
enſes retrò aliquot annis à Flandrico
quitatu ad Zittardum oppidum fuſi
erga verterunt.

Hoſtes eo quo monſtratum eſt ordine, & militum numero continentur jerunt, Fædericus Imperatorio vexillo cognitus quo inſigni in bello hodiè uti conſue-runt) equitum circiter nonaginta præſidio, neceſſarijs rebus providendis ordines obequitabat. Is primum pulvere, qui ortus erat, impeditus, cũ ſolas prioris aciei copias conſpicaretur, neq; Cæſarem cum reliquo equitatu inſequutum eſſe putaret, ad ſuperiorem itineris conficiundi ſpem additâ præſentis temporis opinione, facile ſe parem fore credebat, ut eas quas conſpexiſſet copias pelleret. At Wolfgangus Crucius in exercitu ejus Epiſtathmus, qui diligentius rẽ omnem perſpexerat, dicit loco pauliſper recedat, & proximè ſubſequentia ſigna quæ in ſe inferrentur reſpiciat. Ille admonitus aciem ſecundã quam Cæſar cũ Ferdi-

Saxo ordines obequitât & ad præliũ ſe quoq; parat.

119

Ferdinando regebat, cognoſcit. In ea quoque Filibertus Allbrox erat proximè Cæſarem adequitans. Regium agmen filij duo, jam rebus gerendis maturi præcedebant.

Saxonis de fuga capienda cõſilium.

Fædericus equitatum noſtrum clarè conſpicatus ex aciei & itineris ordine, Cæſaris inſtitutum conjiciens, ſuorum ſe agminibus immiſcuit, hoc ſperans ut ſylvis proximis occupatis eo ibi die pedeſtrium copiarum præſidio tutus, inſequenti nocte ſe Vitembergam proriperet, conſilio adeundæ Torgæ idcircò depoſito, quod crebras tormentorum diſploſiones, quæ in ſpeculatores noſtros contorquebantur, eo ipſo die ſe exaudiſſe diceret, cujus rei opinione ita eſſe deceptum, ut Albanum cum parte copiarum, qui ſe perſequeretur, miſſum crederet, & Cæſarem cum reliquâ manu ad Torgam oppugnandam acceleraſſe. Sibi verò quod ejus oppidi munitioni quamvis Albi allueretur, diffideret, viſum non fuiſſe ut ultrò in obſidionis periculum conjectus, ſalutem ſuam in diſcrimen adduceret. At ſive his rationibus permoveretur, ſive ut plerique exiſti-

mant,

mant, quod ipſe ſui immemor, omnium operâ quoque & conſilio tam neceſſario tempore deſtitueretur, Torgâ prætermiſsâ, celeritati ſtudebat, ut proximis ſylvis exercitũ tegeret, quarum prçſidio, ſi pugnandum eſſet ad ſalutem ſuam tutius uteretur, vel ſummâ exercitus ſalvâ, maturè ſe Vitembergam reciperet Sylva erat paludibus multis & anguſtijs viarum impeditiſſima, quarum rerum commodis invitatus, quo facilius conata perficeret, expeditos pedites & hippoſclopiſtas magno impetu ſigna in leviores equites noſtros inferre, & manuaria tormenta emittere jubet. Id quod induſtriè & fortiter ab illis præſtitum eſt.

Eodem tempore Cæſar prius ſuorum agmen conſequutus, Mauricium liberaliter appellat, inde ad Neapolitanos cataphractos adequitans, eosq́; ad præliũ ea oratione cohortatus, quam in tali occaſione animis militum excitandis convenire ſciebat, Divo Georgio, Imperio: Iacobo, Hiſpaniæ teſſerâ datâ, alacriter ad hoſtem contendit. Agmini porrò in hunc modum adæquatis inter ſe ordinibus progreſſo, tale incommodum accidit.

Cæſar ſuos ad prælium ſtrenuè 120 incipiendum hortatur.

dit. Ad dexterum secundæ aciei latus, in itinere rivus & magna palus objecta erat, cujus uligine & altiore cœno equi hæsitantes & se & sessores præcipitabant. Quo animadverso Cæsar ne totum agmen impeditum hæreret, edixit ut acies secunda se paulisper contraheret, dum prior neq; turbatis neque permixtis cum altera ordinibus, expedita transiret. Atque ita factum est, ut quæ alteri in proficiscēdo latus clauserat, ea dum hostes (ut dictum est) levem equitatum nostrum invaderent, aliquantulum antecederet.

Initium pugnæ ab Albano factum.

Albanus rei bene gerendæ occasionem adeptus, Cæsari indicat jam se in hostes irruere, quo dicto ipse à qua parte constiterat, cū Neapolitanis cataphractis procurrit. Mauricius quoq; ab altero cornu signo dato cum hipposclopistis acriter impetum facit, eum continuò hastati omnes sequuntur. Eodem tempore secunda acies nostra dextrum cornu rursus assequuta, infestis signis tantâ vi in hostes irrumpit, ut eorum nemo consisteret, omnesque conversi non solum loco excederent, sed protinus incitati

fugâ,

fugâ, peditatum præsidio destitutum prædæ & cædi objicerent, Is primo Cæsarianorum impetum utcunque sustinuit, sylvarum propinquitate confisus, sed equitatus noster, ita se confertus immiscuit, ut temporis momento perturbatis ordinibus, universus hostium exercitus pelleretur. Hungari & levis armaturæ equites à latere aperto aggressi, strenuè rem gerunt, pulsosq; hostes ac territos incredibili celeritate insequuti, magnam fugientium multitudiné concidunt.

" Hungari enim id in bello palmarium
" obtinent, ut hostem in fugam conver-
" sum majori quam cæteræ nationes cupi-
" ditate & arte persequantur. Ij, dum procurrerent, Hispaniam tesseram proclamarunt, quod Imperij nomen veteris odij stirpe radicitus nondum evulsa, gentis illius auribus non multum applaudat. 121

Exitus pugnæ apud Milburgum.

Hoc modo dum pugnaretur, ad sylvam perventum est. Ea passim erat tantâ armorum multitudine cõstrata, ut nostros ad insequendum tardiores efficeret. Occisorum sauciorumque numerus magnus

magnus erat, quorum alij contis trajecti, alij cæsim ferro petiti, missilibus alij exanimati conciderant. Ita ut mortem quidem unam, sed cruciatibus variam omnes occumberent. Medio campi cadavera ut fugerant, ut restiterant, disiecta vel aggerata jacebant. Deditiorum autem tanta multitudo fuit, ut plerosque milites nostros viceni & amplius captivi circumsisterent. Cæsar ipse ad millia passuum quatuor, equites verò leviores, cataphracti Neapolitani, & ex Germanis non pauci, duodecim circiter passuum millia consectati sunt. Ac tantum fuit in equitibus studij, ut prælio secundo & victoriæ fiduciâ elati, in omnes partes dissiparentur, neq; magis jam victores nostri quam victi hostes, rationem ullam aut ordinem militarem servarent. Quorum cupiditate Cæsar permotus, insequentes equites ne longius prosequerentur, quos potest, revocat, & in media circiter sylva ad signa constituit, hoc nimirum consilio victoriam confirmans, ut ij qui antecesserant, si quid præter opinionem accideret, tutiore sibi receptu consulerent. Debet enim Imperator diligen-

Cæsar suos à pugna & prędа revocat.

ligentissimè singula perpendere, & vo- "
cem illam quovis tempore turpem dictu "
vitare, NON PUTABAM. "

Ferdinandus quoq; Rex in conflictu & rebus omnibus animum altum vereque Regium gessit. Is in sylva Cæsarem cum instructis copijs conspicatus, propè eum consistit. Albanus item longius ad insequendos hostes progressus eodem revertitur. Arma huic albicantia erant, cælaturis inauratis variata, puniceum insigne sericum, spadix equus, non alijs phaleris quàm cruore qui vulneribus emanabat, ornatus. Cęsar, dum ea qua par erat animi voluptate Albanum excipit, ecce de capto Saxone nuncius lætus affertur. Magna postmodum hac de re controversia orta est, compluribus eam sibi gloriam attribuentibus. Cōtendentium autem principes erant, ex turmis Neapolitanis cataphracti Hispani duo, levis armaturæ Itali & Hispani circiter quatuor, Hungarus unus, & Solesius Hispanus ordinum ductor. Fædericus in equo Frisio ut erat armatus, supra ferreā tunicam thorace nigro post tergum loris revincto, sinistrâ malâ vulnere honesto fœdatâ

Saxo capitur.

122

Saxo captus ad Cæsarem perducitur.

Sleidan. li. 19. N. 13. Thuan. l. 4. pag. 310 Hortens. li. 7. de bello Germ.

fœdata per Albanum ad Cæsarem perductus, ex equo descendere, & honoris causa dextræ chirothecam detrahere officiose contendit. At Cæsar quod vulnere & corpore gravem, vires eum siti quoq; æstu & lassitudine deficerent, magis lenitate sua quàm meritò ejus neutrum permisit. Ille continuò capite detecto Cæsarem honorificâ Germanorum consuetudine appellans, Ego, inquit, potentissime & clementissime Cæsar, me tibi captivum statuo. Ad ea Cæsar, Nunc ista me voce nominas, ait, prius non ita solitus. Fædericus enim & Lantgravius quo tempore fœderatorū bellum gerebant, Cæsaris appellatione per ludibrium suppressâ, in literis tabulisq; publicis Carolū à Gandavo scribebant, & qui falsò se Imperatorē jactaret. Hæc ubi Germani milites nostri audirent, salsè in illos convitio retorto, dicere consuerunt: Sinite Carolum Gandavensem agere, ille vos docebit an Imperator sit. Ea de causa Fæderico Cęsar ita ut dictum est respondit, addiditq; optimo meritò suo, ad ejusmodi fortunam ipsum esse redactum. Quo audito Saxo subti-

ſubticuit, humeriſq; preſſis, & capite demiſſo terram intuens gemitum edidit, vultu ſanè miſerabili, ſi quis modò barbarum tantum, tam ſuperbo quo turſerat ſpiritu, dignum cenſuiſſet cujus calamitatem commiſereſceret. Fædericus Cæſarem rurſus interpellans, orat ut pro fortuna viri principis à Cæſare capti tractetur. Tum Cęſar, Ego te ut mereris inquit, tractabo. Atque hæc loquutus, Albano negotium dat, ut frequenti custodia ad Albin in caſtra ducatur. Publica & communis omnium fuit è parta victoria congratulatio. Nam & in præſentia manifeſtum erat quantum ad ſummam rerum momentum adferret, & indies quoque major ex ea fructus percipiebatur. Eo die Mauricium fugientes hoſtium equitum perſequentem, unus ex ijs à tergo adortus ſclopum dorſo admovit. Sed quod ignis non emicaret, conatus irritus cecidit, is caſus Mauricium ſervavit. Hoſtis ille rem tantam temerè aggreſſus, à Mauricianis confeſtim diſcerpitur.

Mauritius penè trajectus 123 globo.

Ex hoſtium peditatu millia duo cecidiſſe videbantur, vulnerati verò complures,

Summa cæſorum & captorum.

plures, quos discedendi spacium nactos nox intermissa incolumes ad salutẽ perduxit. Postridiè circiter octingenti in deditionem venerunt. Equites, quantum inquirendo invenire potui, amplius quingenti occisi sunt. Captorum longè maximus numerus fuit. Multi inter nostros delituerunt, ut ex magno Germanorum equitum numero, nonnullos Germanos, Germanis favere natura cogebat, Multitudinem autem eorũ quos constat in Hungarici & reliqui equitatus potestatem venisse, paucitas eorum qui ex prælio superfuerunt demonstrat, quum pedites equitesque non amplius quadringenti, ut fertur, Vitembergam perfugerint. Capta sunt quoq; torm̃eta quindecim, & magnus bellicarum rerum apparatus, ænea longiora duo, quos colubros vulgò nominant, mediæ magnitudinis quatuor, muralia breviora totidem, & quinque minora campestria. Postridie alia sex in itinere intercipiũtur, ea, quod incitatiore cursu hostes avehenda curassent, in proxima oppidulo deposita fuerant. Impedimentis item omnibus & carris nostri potiti sunt, in quorum

Maxima præda.

quorum direptione, maxima omnis generis præda inventa est. Signa legionaria septemdecim, novem equestria cum imperatorio Fæderici vexillo ad Cæsarem referuntur. Inter captivos nobiles, Ernestus fuit è Brantsuicensi familiâ clarus, cujus ductu leviora prælia omnia superiore bello facta ostendimus. Fæderici filius natu maximus dexterâ & capite saucius equo in pugna dejectus est, celeriterq; à suis in ephippium rursus impositus, adversario qui vulnera intulerat, ut ipse postea retulit, glande percusso Vitembergam cōtendit. In eo prælio equites non amplius quinquaginta à Cæsare desiderati sunt, adnumeratis ijs qui ex vulneribus postea decesserunt.

Ernestus Brunsuicensis captus. Saxonis filius vulneratus evasit.

Hanc victoriam ad octavum Calendas Majas, pridie divi Marci Evangelistæ, duodecimo quàm Ægra discesserat, die, Cæsar adeptus est, anno redempti orbis supra sesquimillesimum quadragesimoseptimo. Ab hora undecima qua prælium ad Albin primo inciperetur, ad vesperum horas continuas novem eo quo suprà monstravimus ordine pugnatum est. Vt non nequicquam Cæsaris 124

admiranda virtus judicari debeat, qui vado per vim expugnato ausus sit transire latissimum altissimumque flumen, subire iniquissimum locum, tria miliaria prælio non intermisso instanter insequi, denique solo equitatu, non tormentorum, non legionum præsidio ad internitionem ferè exercitu deleto, vivum ipsum Saxonem capere, quæ facilia sanè ex difficillimis animi magnitudo redegerat, ut non immeritò de Carolo Cæsare dici possit, quod olim Scipioni Æmiliano ex Homerica Odyssæa Plutarchus attribuit,

Ille sapit solus, volitant alij velut umbræ.

His rebus felicissimè gestis, quod tantæ victoriæ beneficium Cæsar uni Deo acceptum ferret, trium verborum titulum quem olim Pontico triumpho inter pompæ fercula C. Iulius dictator prætulit. ipse gratitudinis, & pietatis ergo, ita pronunciavit: Veni, Vidi, Deus Vicit.

Cæsaris mansuetudo & modesti.

Animi verò moderatio qua in Saxonem captum Cæsar usus est, magno omnibus miraculo fuit. Quum enim non minoris difficultatis aliquando sit iram

vincere

vincere quam hostem, bonam profectò "
felicitatis suæ partem optima ratione "
Fædericus æstimet, quòd in modestissi- "
mi victoris manus inciderit, cujus man- "
suetudinem alius fortassis minus etiam "
graviter offensus non imitetur. Cæsar li- "
cet totius diei continenti labore fatigatus, equitibus tamen undique ad signa convenire jussis, tertia circiter vigilia in castra revertit. Eo qui insequutus est die, tormenta omnia in prælio capta, apparatum omnem & arma in unum locum coegit. Hungari quoque, & levis armaturæ equites prædandi studio longius evocati (tribus enim ultra eum locum ubi Cęsar constiterat miliaribus progressi fuerant) magno captivorum numero, multisque spolijs onusti ad suos reversi sunt. Alfonso Vivi cujus supra mentionem fecimus, Saxonis & Ernesti ab Albano custodia demandatur. Is Ernestus ab equite Germano Ferdinandi Regis cliente, sed in Mauricij familiam adscito, captus est.

Alfonso 125 Vivi Saxonis & Brunsuicensis custodia demandatur.

Cæsar interim biduo ibi moratus Torgâ in deditionem acceptâ, ad Vitembergam Saxoniæ metropolin occupandam

Cæsar Witebergam cõtendit.

 cum

Witebergæ descriptio.

cum omnibus copijs ire contendit. Id oppidum, quod inter electoria municipia opibus & auctoritate summâ floreret, Fædericus continuos vigintiquinq; annos magnis operibus & impensis, innumerâque tormentorum multitudine diligentissimè communierat. Iter erat per Torgam, ad eam arx est supra cæteras Germaniæ omnes ædificij structura magnifica. Huc se Fædericus animi laxandi gratia recipere solitus erat. In eo itinere ex captivis cognitum est, Thumsernum cum eâ militum manu quam in Boemiam abduxisset, cohortibusq; viginti & magno equitum numero, quæ auxilia regni illius conjurati missuros ex pacto promiserant, à Fæderico expectari. „ At Cæsaris inopinata celeritas quæ ad „ hujusmodi magis quàm ad alia negotia „ conficienda prorsus illi innata videtur, „ hostium vires auxiliorumque pactiones „ omnes præveniendo refregit.

Cæsar copias Albin traducit.

Duobus circiter passuum milibus infrà Vitembergam, pôte ex nostris & hostium scaphis Albin junctum copias Cęsar traduxit. Id planè inter omnes ferè constitit, quod scitu dignum non volui obli-

oblivione involuere. Qua parte flumen "
vado, etsi altiore, trajectum est, postri- "
die ejus diei nisi tranando ac difficulter "
id effici non potuisse. Ea est enim divina "
virtus, & erga genus humanum beni- "
gnitas, ut quæ per se ardua sunt, si tamen "
ad pietatem colendam pertinere viden- "
tur, emolliat. Duo præterea eodem tem- "
pore acciderunt, quæ quod ab omnibus
observarentur non prætermittam. Su- Portenta & prodigia quædam tum observata.
pra Hispanorum peditum verticem in-
ter proficiscendum aquila diu volitavit.
& lupus prodigiosæ ferè magnitudinis è
proximâ sylvâ in campum procurrens,
frequenti militum concursu dilaniatus
est Hæc sive casu, sive cœlesti providen- "
tia & consilio, victoriæ lætitiam porten- " 218
derent, multi certè in omen felicis even- "
tus verterunt. "

Hujus diei æstus nobis longè gravissimus fuit, Fæderico etiam futura clades evidenti prodigio denuntiata est. Sol enim velut sanguinolentus apparuit, &, quod mirabilius est, perindè ac si cursum tardasset, spaciumq; diei addidisset, quum intētius intueremur, altior, quàm pro horarum ratione, ferri visus est.

Constans omnium hac de re opinio est, nec ego certè refellere ausim. Hoc idem (solis cruentam faciem dico) repetitis atque enumeratis diebus, quo die prælium secundum Cæsar fecisset, Norimbergæ, & in agro Taurino, & in Gallia (quemadmodum Rex ipse postea retulit) animadversum est. Quæ simul omnia, quod notissima sint, meritò debeant ab oblivionis injuriâ vindicari.

127 Copijs Cæsar Albin traductis circa Vitembergam loco sylvestri castrametatus est. Id oppidum natura loci & operibus egregiè munitum est, in magna planicie situm, in quam ex muris undiq; longinquus prospectus est, adeoq; apertus, ut nullus circumquaq; occultandis hominibus, insidijs vè struendis locus sit. Quadrangulum ferè est, sed in longum magis quàm in latum protensum. Qua parte longissimum est, quadringētorum circiter passuum à muris intermisso spacio Albis præterfluit. Magnæ latitudinis profunditatisque fossâ aquæ plenâ, & aggere lato pedes sexaginta cingitur. Is agger à summo fastigio ad imam usque fossam, graminibus vepribusq;

Cæsar circa Witebergam castrametatur.

Vera descriptio Witebergæ.

busq; vestitus est, cujus infimas radices murus paulò humilior ex laterculo & calce circundat, hæc munitio sic instituta est, ut manuarijs tormentis instructi milites post eam lateant, lociq; humilitate & fossâ contecti, quavis etiam hostium cingente coronâ, tormentorum ictus evitent. Validissimis præterea propugnaculis quinque oportuno inter se spacio dissitis oppidum circummunitur. Arx quoq; ipsa ejusmodi propugnaculi vicem explet, undè in circumjectã planiciem longè lateq; prospicitur. Ab hac parte, quod oppidi latitudo maximè in angustiam contracta sit, Cęsar oppugnare decreverat, ad quam rem fossores valares accerserentur, quos ad quindecim millia Mauricius confecturum promiserat. Tormenta item muralia Dresso deveherentur, quorum ibi tantus numerus erat, ut, quæ ad loci defensionem satis esse viderentur, relictis, Vitébergæ quoq; oppugnandæ magna abundè copia superesset. Tã magnifica verò pollicitatio hunc postea exitum habuit, ut ænea tormenta quidem cõportarentur, sed quindecim fossorum millia pollicitus non

amplius trecentos ægrè etiam ac difficulter (ut Mauricius ipse dicebat) adduxerit.

Ioachim' Brandeb. pro Saxone apud Cæsarem intercédit

128

Sleid.l.19. anum. 15. Hortens. l.7.de bello Germ.

At Cæsar Ioachimi Brandenburgij precibus auditis (is enim quibus posset conditionibus Fæderico veniam & salutem petebat) satis sibi causæ arbitratus est, quur eadem re à Gulielmo Clivensium principe, Ferdinandi Regis genero, cujus sororem Fædericus in matrimonium duxerat, modis omnibus antea quoque tentata, in calamitate tanti principis, misericordiâ potius flecteretur, quàm supplicio capitali, quod prius in eum statuerat, animadverteret. His igitur de causis agi cœptum est, ut simul & Fædericus pœnas lueret, & earum gravitas Cæsaris clementia mitigaretur. Quæ quidem in principe viro laudatissima virtus, visa semper est summam rebus utilitatem adferre, quemadmodum de Cæsare dictatore historiarum monumentis mandatum est, qui plures lenitate suâ, quàm vi & armis edomuit.

Deliberatur quomodo Sa-

Ea re ad concilium delatâ, variæ sententiæ dictæ sunt, dum præter suppli-

cium

cium alij nil morarentur, alij verò puniẽdi quoque modum respicerent, multarum interim rerum habitâ ratione, quæ ad perpetuum victoriæ stabilimentum Cæsari imprimis conducerent. Quotquot enim in eam orationem ingressi sunt ut servandum Fædericum cẽserent, id etiam cogitabant quantopere totius « Germaniæ interesset ne ad extremam « salutis desperationem ij compelleren- « tur, qui spem suam in Cęsaris mansuetu- « dine positam, solo Fæderici exemplo li- « brabant. Hac in utramq; partem habita « disputatione, tandem Cęsar moribus suis & mitissimæ naturæ obtemperans. Fædericum capitis rerum multorum quidem judicio peractum absolvit, levioris que pœnæ constitutione, supplicium capitale commutat Erant Vitembergę Fæderici frater & uxor cum liberis natu minoribus. maximus enim, quem in prælio vulneratum suprà monstravimus, se Gotam cõtulerat. hi simul omnes de Fęderici vitâ solliciti, eventum rei avidissimè expectabant. At ipse Brandenburgio & Clivensi deprecatoribus usus, salutem suam his conditionibus impetravit.

xo puniẽdus.

Cæsar Saxonẽ extremo supplicio absolvit.

Quibus conditionibus Saxo salutē impetrârit. Sleidan. li. 19. n. 15. Thuan. li. 129 4. pag. 316 Hortens. l. 7. de bello Germ.

Primò Electoriâ dignitate motus est, agrisq; & oppidis omnibus mulctatus, quæcunque peculiariter Electoris imperio subsunt. In his Torga est, & ipsa Vitemberga, Saxoniæ terræ metropolis.

In Thuringia duntaxat arces aliquot & agros, quos prius possederat, Cæsaris voluntate retinuit.

Arma & ænea tormenta omnia cum universo bellicarum rerū apparatu tradidit. Eorum incredibilis ferè numerus erat, quum ex solâ Vitembergâ, præter minores machinas complures, centum viginti bombardæ exportatæ sint.

Gota quoque nullis viribus expugnabilis, Cæsar edixit ut solo æquaretur, centum in ea arce bellica tormenta majora inventa sunt, minora verò quamplurima, ænearum glandium millia centum, eaq; armamentorum omnis generis copia, quæ tantis operibus & apparatui conveniret.

Signa militaria & machinas bellicas omnes, quas Albertus infeliciter pugnans amiserat, Fædericus reddidit, Alberto ipso, qui Gotæ asservabatur, è cu-

stodiâ

ſtodiâ emiſſo, & protinus ad Cæſarem in caſtra perducto.

Mansfeltiorum & Sulmenſium principum agros & oppida per vim occupata reſtituit.

Vrbem unum fratris ejus in bello captam, Cæſar Alberto attribuit.

In cauſa religionis, principio Fœdericus durum ſe ac difficilem præbuit. At poſtea quod paulùm miteſceret, negotium illud Cæſar boni ſucceſſus fiducia diſtulit.

Quæſtionem de cœnobiorum & Saxonicæ eccleſiæ bonis direptis, ad ſe pertinere Cæſar exiſtimans, prima quaque opportunitate habere decrevit.

Fœdericus ipſe captivitatis ſuæ tempus & locum depactus, Cæſaris voluntati ceſſit utrumque.

Has conditiones omnes eo libentius Cæſar accepit, quo citius religionis negotium, cui maximè ſtudebat, in commodiorem ſtatum perventurum ſperabat. Movebatur etiam Saxonicæ domus antiquiſſimâ nobilitate, veterumq; in familiam ſuam officiorũ memoriâ, quare committere nollet, ut illuſtriſſimorum

rum principum imaginibus gens illa clariſſima, dum priſtinæ potentiæ gloria ferè per ſupplicium præſens extingueretur, in tantam humilitatem veniret.
» Qua quidem in re animi ſui moderatio-
» nem potius quam iracundiam ſibi ſe-
» quendam propoſuit, licet eam è ſuperio-
130 ris belli indignitate juſtiſſimis de cauſis conceperat.

Tales itaq; Fædericus pœnas perſolvit, ut & ipſe ex potentiſſimo totius Germaniæ principe in ordinem propemodum videatur nunc eſſe redactus, & liberis quoque poſt parentis mortem ad tenuioris multo fortunæ anguſtias neceſſariò deveniendum ſit, dum quæ ex aſſe jam vivus poſſidet, illi gentilitio inſtituto debeant in ſingulas hæreditates dividere. atq; ita accidit, ut quæ domus plurimum ſemper dignitate & potentiâ valuit, ea nunc meritotã ſuperbæ dominationis faſtigio demolito labefactetur.

Saxonis Magnanimitas.

Cæterum in tanta rerum adverſitate, quæ, vel fortiſſimi cujusque pectus conſterneret, nulla tamen vox eſt à Fæderico audita, nulla dejectioris animi ſignificatio facta, qua fortunæ commutatio-

nem

nem teſtetur. Tantum animi robur magnam profectò laudem promereretur, ſi in verum Dei cultum tam eximia conſtantia collocaretur. Rebus in hunc modum cum Fæderico compoſitis (multa autem ſtudio prætermittens, conditionum duntaxat ſummam percurro) Vitemberga in deditionem accepta, & hoſtium circiter millium trium præſidio excedere juſſo, Cæſar cohortes quatuor introduxit. Vxor Fæderici biduo pòſt cũ leviro & conjugæ Erneſti ſorore, & uno è gnatis pietatis & officij cauſa oppido egreſſa, in Cæſaris tabernaculum à Ferdinandi Regis utroque filio, Iohanne Brandenburgio, & frequenti Germanorum nobilium cœtu deducitur. Ipſa pro habitu præſentis fortunæ, communem ſibi cum marito miſeriam, quo poſſet orationis & vultus indicio teſtata, quanquam in tantâ calamitate ad mœrorem ſatis eam formaret ipſa neceſſitas, Cæſari ſe ad pedes advoluit. Ille manu allevatam adeò humaniter amplexus eſt, ut nihil de priſtinæ fortunæ magnificentiâ detraxiſſe videretur. Ea res ad ſummam commiſerationem circunſtantes addu-

Id verè conſecutus eſt Saxo.

Witeberga juſſu principis ſui deditionem facit.

Vxor Saxonis pro marito Cæſari fit ſupplex. Sleidan. li. 19. n. 17.

Cæſaris humanitas erga fœmineũ ſexum.

xit,

xit, neque recentium injuriarum, quas maritus fecisset, memoria valuit, ut lamentabilis uxoris misericordia impediretur. Cæsar, postquam ad ea quæ de Fęderici salute multis illa precibus orasset, mitissimè, quod visum est, respondit,
131 Mariti adeundi potestate factà, honorificentissimè eam dimisit. Ipse postridie Vitembergam ingressus, oppidiq; situm & operis munitiones studiosissimè contemplatus, Fæderici conjugem pensato salutationis officio, in arce invisit. Ad eandem olim humanitatem Alexander Sysigambin, & Persicarum mulierum turbam excepit. „ Tanto enim illustrior „ est victoria, quantò ea princeps modera- „ tius utitur.

Cæsar Witebergam ingreditur.

Confertur cum Alexandro M.

NB.

Ijsdem diebus à Borysthenis usq; fluminis ripa, equestrium copiarum præfecti tres ad Cæsarem veniunt, qui doceant quatuor se equitum millia conficere posse, seseq; paratos esse demonstrant, cum ijs copijs in quascunque partes juberet, militatum venire. Accepta oratione eorum Cæsar, tam egregium in se studium & voluntatem collaudat. Sed quod in eum statum res jam perdu-

cta

ctà esset, ut bello propemodum profligato, equitatu quem pollicerentur, nihil opus fore existimaret, liberaliter oratione prosecutus, domum à se dimittit. His quoq; diebus à Thunetensium Rege legati ad Cæsarem missi, mandatis quæ ad ipsum habebant expositis, parem Numidarum equitum manum Regis nomine promittunt. Rectè igitur id, & verè à nobis dici possit. A Scythis usque & Aphris, virtute Cæsaris allectos, ad ejus Imperium convenisse.

Lazarus Schvvendius Gotham mittitur, ut arcem everteret.

Inter ea Cæsar Lazarum Schvvendium ex domesticorum numero nobilem Germanum, Gotam cum duabus militum cohortibus miserat, qui Albertum, ut diximus, custodiâ liberaret, ibiq; tantisper cum præsidio moraretur, dum funditus arcé everteret. Reliqua oppida munita, quemadmodum Cæsari cum Fæderico convenerat, ad diem in deditionem veniebant, cedebantq; pro instituta ratione omnia, neque præter Boemiam Ferdinando etiamnum infestam, quicquam jam omninò supererat quod Cæsaris cursum tardaret. At hujus quoque regni proceres nonnulli, quos conjura-

tionis

tionis labes commacularat, legatos ad Cæſarem de pace miſerunt, magnis pollicitationibus & blanditijs inſtructos. Cognitis eorum poſtulatis Cæſar per
132 dies aliquot apud ſe manere juſſos, poſtmodum ubi oportunum videretur, abſolvit.

Ericus Dux Brunſuicenſis in obſidione Bremēſi prælio vincitur.

Dum hæc in Saxonia geruntur, Ericus junior Brantſuicenſis, qui & privatis opibus & Cęſaris auxilio in Lunemburgios principes Lutheranos, fœderatasq; maritimas civitates bellum commoverat, in obſidione Bremenſi, à Mansfeltio conjurato & Thumſerno (is enim cohortes quibus præerat, & equitatū longinquo circuitu eodem conduxerat) infelici prælio vincitur. Erant hoſtium ſimul collectæ vires ad equitum quatuor, peditum verò circiter millia quindecim. Ericus poſtea graviter legatum accuſans, cui circa eadem loca Cæſar bellum gerendum dederat, culpam omnem vel in ignaviam, vel in perfidiam ejus conjecit, quod, uti conſtitutum erat, cum copijs ſuis ad diem non convenisset. Hac de re dum inter ſe graves controverſias alerent, tandem accidit ut legatus cum

conſcijs

conſcijs aliquot Cæſaris juſſu in carcerem abduceretur.

Operoſum eſſet ſingula commemorare, ego quibus id oneris incumbit, latius hæc diffundenda relinquo. unũ hoc tamen adjiciam, quòd Saxonis vires usqueadeò invaluerant, ut ſi duodecim dierum ſpacium interceſſiſſet, peditum millibus amplius triginta, equitum verò ſeptem jam comparatis, obviam iturum fuiſſe oſtenderet. Facile quidem potuiſſet tam valida manus pugnam cum copijs noſtris conſerere, quæ quod peditum ſedecim, & equitum millia quinq; non excederent, infirmiores meritò videri poterant, niſi quod militum multi- « tudini deerat, ducis virtute compenſare- « tur. De numero hoſtium (quæ diximus) vera eſſe conſtabat propterea quod, non numeratis quos Milburgum Fædericus adduxerat, quosq́; priusquam ad Albin deveniretur Cæſariani fugaverãt, quindecim peditum, quatuor equitum millia integris adhuc viribus ſuperfuêre. Taceo Boemorum, quæ indies expectabantur, auxilia. quibus viribus & multitudine Saxo confiſus, ſi æquiore, ut optabat,

Saxonis vires.

con-

conditione pugnare non posset, cómutata belli ratione, constituerat optimum fore, ut exercitu in proxima municipia deducto, Magdeburgum ipse, filiorum alter Vitembergam, alter Gotam: Schonevaltum & Holdrungam singuli legati præsidijs tenerent, Cæsarisque copias undique circumventas commeatu & rebus necessarijs intercluderent. Porrò autem his difficultatibus superatis, tantum victoriæ nostræ opinio potuit, ut obliterata quam de Erico victo paulò ante retulerant gloria, victores ipsos viribus fractos contunderet. Quin & Lantgravius magnitudine Cæsaris & virtute perculsus, quum interim nihil prætermitteret quò proficere se quicquam posse sperabat, rem sæpius frustrâ tentatam aliquando dimittendam sibi judicat & de pace agendum: quod inanem prorsus spem suam cognosceret, quam & rationes consiliaque domestica, & auxilia externa offerrent. His autem comparandis pecuniam non ita pridem à quibusdam alijs sumptam corrogaverat, quos perinde Cæsaris incrementa felicissimique rerum successus

133

Landgravius de pace agere incipit.

ſus invidia & formidine exagitabant. Atque hinc ſanè facilis eſt conjectura, quanti ſolius Fæderici Saxoniæ principis in Germania auctoritas & potentia fuerint, quo ſuperato & capto, illi quoque vires attritę ſint, qui Germanię totius Imperium ſuo ſcilicet arbitratu moderari confideret. Cæterum tantus ex victoria Lantgravium terror invaſit, ut nullâ interpoſitâ morâ, per Mauricium, quem in Electoriâ dignitate Fæderico Cæſar jam ſucceſſorem dederat, protinus incœperit de pacis conditionibus agere, quas quidem proponebat principio magnas non eas tamen quibus omninò nihil deeſſet.

Ad Mauricium deprecatorem Ioachimus Brandenburgius ſeſe adjunxit. Horum auctoritate & gratia, qua plurimũ poterant, Cæſar adductus, quę ab ipſis Lantgravij nomine proponerentur, audivit & habitâ interim utilitatis publicę ratione, quid ab illo fieri vellet, oſtendit. Vbi verò ad poſtulata Lantgravius pro commodo ſuo aliquid ſemper vel adjiceret vel detraheret, ad ultimũ Cæſar reſpondit, nihil velle ſe cum Lantgravio

Mauritius Saxo & Ioachimus Brandeburgi pro Lantgravio intercedunt. Sleidan li. 19. n. 2. Hortéſ. li. 6. de bello Germ.

134 gravio agere, ille sibi quibus visum esset modis consuleret. Quo responso Lipsiæ accepto (Mauricij id oppidum erat, octo à castris nostris miliarium intervallo) tantâ pacis desperatione profectus est, ut nullo præterea solatio ad spem suam relicto, ab unâ Cæsaris clementiâ cogeretur salutis præsidium petere, qui summâ tamen animi pertinaciâ prius semper dicere consuesset, quamlibet se potius fortunam esse passurum, quàm ut suppliciter à Cæsare veniâ petitâ ejus se voluntati permitteret. Accidit igitur huic,
» quod plerunque hominibus nimiâ per-
» vicaciâ atque arrogantiâ accidere soleat,
» uti eò recurrant & id cupidissimè petant,
» quòd paulò antea contempserint. Datis enim ad Mauricium literis, multisque precibus obtestatus, uti de adventu suo cum Cæsare loqueretur, ipse compositionis conditiones quales Cæsar ipse præscripserat, manu sua conscriptas tradidit, quibus paucis post diebus, Halæ Saxoniæ oppido (hac enim in Hessiam cum exercitu Cæsar iter habebat) in deditionem acceptus est.

Landgravius in deditionem à Cæsare accipitur.

Albertum à Saxonis potestate armis & vi-

Albertus à Cæsare

: victoriâ Cæſar, ut ſuprà monſtravi-ius, jam vindicarat, & ne quid vel or-amenti vel compendij deeſſet, quin illi um libertate reſtitueretur, ſigna quoq; nilitaria & æneatormenta in prælio a-niſſa reddenda curaverat. Is itaq; bene-icio ac liberalitate Cæſaris ampliſſima iæc munera conſecutus, cùm Halam :jus ſalutandi cauſa veniſſet, Ego, inquit, x Deo & tibi Cæſar ingentes gratias a-go. Nec plura addidit, nec (ut mihi vi-detur) longiore oratione fuit opus. Quē ſibi reſtitutum Cæſar gaviſus, tanta gra-tulatione excepit, ut nihil utroque hoc bello feliciter ceſſiſſe exiſtimem, cujus voluptatem principis hujus reſtitutio, non adæquarit.

liberatus in priſtinum reſtituitur.

Interea Rex Vitemberga profectus, equitum, quos & è ſuis & Mauricianis coegerat, millium circiter trium, Ger-manorum verò peditum duplicato præ-ſidio (Marignana in his legio erat, Cæ-ſaris juſſu Regem ſecuta) Pragam, qua par erat celeritate, contendit. Biduo poſt Cæſar quoq; Lantgravij rebus finem o-mninò imponendum exiſtimans, quod eam radicem exciſam vellet, undè tam

Ferdinandus Rex Pragam contendit.

densa tumultuum soboles in Germaniâ pullularat, cum omnibus copijs Vitemberga egreditur. Eo enim loco res erat, ut si in præsentia Lantgravij insequendi ratione omissâ Cæsar ipse exercitum in Boemos educeret, licet rebus omnibus ex sententia gestis eo regno potiretur, illi tamen nondum ita vires accisę essent, quin Cæsari novam armorum causam necessariò daret. Contrà verò Lantgravio prius edomito, in cujus salute, secundum Saxonem, reliqui Boemię Germaniæq; fœderati principes & populi, fortunarum suarum spem omnem locaverant, Boemicæ expeditionis difficultas magna ex parte minueretur. His rebus adductus Cæsar Ferdinando Regi itineris maturè suscipiẽdi auctor fuerat, Dum recentis victorię famą Regias vires extolleret, eoque facilius regnum illud, cui Cæsaris potentia formidolosa jam erat, aut vi, aut sponte ad officium redigeretur.

Hungari Cæsari valedicunt & cũ Ferdinando abeunt.

Pridie quàm Rex Ferdinandus discederet, Hungarici equitatus præfecti, valedicendi causa frequentes ad Cæsarem convenêre, habitaq; oratione præsenti fortu-

fortunæ ſuæ ac tempori accõmodâ, ſupplices auxilium implorarunt, ut Pannoniæ regnum crudeliſſimâ Turcarum tyrannide oppreſſum, per occaſioné in libertatem aſſereret. Cæſar eorum animis permulſis & confirmatis, ad Hungariæ principes & populos literas etiam dedit, quibus illos cõſolaretur, & ſpem ſeſe dignam præberet. Equeſtrium copiarum præfectos & decuriones, ſingulis trecẽtorum coronatorum torquibus donavit. Reliquis turmis ſuper emerita ſtipendia in equites ſingulos donativi nomine, alterum quoq; gratuitum dedit, quam illi liberalitatem magnis laudibus proſecuti ſunt. Mauricium quoq; Electoriâ inauguratione ornavit, aſſignatis agris & urbibus quæ ad eam dignitatem ex veteri inſtituto pertinent. Ac ne parcior in bellicâ virtute honorandâ erga humiliores judicaretur, Hiſpanos qui enſes mordicus tenentes nando ad hoſtium ſcaphas evaſerant, donis militaribus impertitos noluit inauditæ virtutis præmio defraudari. Singulos igitur holoſericâ veſte coccinâ, ad cultum militarem amiciendos curavit, & præter coronatos 136

Cæſar milites ſuos præmio ornat.

triginta,

triginta, quos tum auferrent, aucto quoque stipendiorum commodo, inter armaturas duplares adscripsit.

Cæsar Halam ingreditur.

Cæsar Halam ingressus, quod oppidum Fædericus à vetere Magdenburgij antistitis cliëtela ad se traduxerat, Lantgravij adventum ibi expectare instituit, ut quæ de compositione per Electores acta essent, ea publicè confirmarentur.

Capita conditionũ Landgravio præscriptarum. Sleidan. li.19.n.20. Hortens. l. 7. de bello Germ.

Conditionum autem, quantum meminisse potui, suprema capita hæc sunt.

Lantgravius omnesq; ejus clientes jurejurando in verba Cæsaris adacti, ultro se ejus voluntati permittant.

Ipse ex omni ditione quatuor delectas urbes continuò dedat.

Loca munita, que jussus fuerit, diruat.

Centum quinquaginta aureorum millia mulctam persolvat.

Tormenta bellica omnia rhœdis ex more imposita (hæc amplius ducenta erant) Cæsari tradat.

Henricum Brantsuicensem seniorem, quem toto biennio captivum detinuit, in libertatem & ditionem restituat.

De controversijs possessionum ac ditionum, quas usurpaverit, sacrosancti

Imperij

nperij Senatus decernat. Quam quiem rem tanti perpetuò fecerat, ut ne deveniretur, obstinatius omnia agere, turbare, ac permiscere voluerit.

Nobilitas universa quæ Lantgravij nperio subest, se jurejurando obstrinat, ut si ille rursum de officio & fide defecerit, captum ad Cæsaris manus perlucat.

Vitam beneficio Cæsaris habeat.

Perpetuâ custodiâ non asservetur.

Tabulæ proscriptionis in ipsum latæ doleantur. His ille conditionibus ultrò e Cæsari dedidit.

Antè Lantgravij adventum inter Hispanos & Teuthones Halæ seditio orta sic repentè sævijt, ut ni properè Cæsar medium se tumultuantibus opposuisset, non aliâ ratione videretur posse sedari. Remedium certè necessarium periculo non caruit, dum inter duas acies armorũ furore & amentiâ cæcas, non cunctatus sit intrepidè seipsum Cæsar conjicere. Seditio inter Cæsarianos Halæ oritur.

Erant (ut suprà monstravimus) in castris nostris Boemorum legati, quos Cæsar detineri jusserat. Hos jam data occasione ad se vocat, simul commonefacit si 137

qua iniquioris imperij conditione id regnum prematur, sperare se pro fratris temperantiâ & æquitate, facile quaslibet injurias levari posse, ad quam rem (si velint) se quoque adjutorem profiteri, modo ad officium & sanitatem reversi, pertinaciâ suâ desistant. Si id non faciant, sese (cum & natura & ratio cogant, ut cõmunem cum fratre fortunam frater habere se æstimet) Regis injurias non neglecturum. In hanc ferè sententiam Cæsar & corã cum legatis locutus est, & ad Boemos, à quibus venerant, literas dedit.

Landgravius Halam venit & Cæsari supplex fit.

Interim Lantgravius centum equitibus comitatus Halam pervenit, & eo ibi die à Mauricio Electore genero suo cœnâ & hospitio exceptus est. Postridie prandio absoluto à Mauricio & Ioachimo in Regiam deductus, frequẽtissimo nobilium Germanorum conventu, qui neq; se id unquam visuros speraverant, neq; ulla ratione futurum Lantgravius confidenter, sed falsò prædixerat, coram Cæsare qui ad eam rem in anteriorem aulam paratus accesserat, capite aperto in genua provolutus est. Ibi Cancellarius honorificentissimè Cæsarem appellans

lans, ſupplex pro eo hujuſcemodi orationem habuit.

Philippus Heſſiæ Lantgravius, Invi-ctiſſime Cæſar, juſta delicti ſui pœnitudine ductus, quo & ipſe & quoſcunq; in ſceleris ſocietatem pertraxit, æquiſſima in ſe datâ iraſcendi cauſâ, Majeſtatem tuam toto hoc bello indignis modis imminuerunt, licet ex animi conſcientia ſe dignum intelligant in quem extrema ſeveritate animadvertas, manſuetudinis tamen & clementiæ tuæ fiducia, quod promiſſis etiam & precibus impetravit, id nunc facere audet uti in conſpectum tuum progrediatur, Cæſaream Majeſtatem tuam per cœleſtem illum Dei erga humanum genus amorem & miſericordiã obteſtatus, ut cum ſe ſuaq; omnia fidei ac voluntati tuæ permittat, miſero itẽ & ſupplici pro lenitate tua parcas, injuriarum omnium memoriã deponas, & abrogata proſcriptione qua optimo jure damnatus eſt, in antiquam ditionem reſtituas. Quibus ipſe beneficijs affectus, 138 clientium & populariũ ſuorum jura, leges, agros, & libertatẽ poſſit venia tua, & pace tueri, Vnum in terris, te Cæſar,

Oratio Cancellarij Landgravij.

prædicat jure à Deo patronum sibi constitutum, eoq; posthac obsequio venerandum, quo & tuam & sacri Imperij Majestatem à viro principe tibi in clientelam dato, æquum est observari. Quoniam autem, ubi pro pietate & tibi & patriæ satisfecerit, oporteat officij quoque rationem habere, ecce pollicetur & jurejurando confirmat, nihil in posterum in te novaturum, quo sui videatur controversiam facere, sed pro tantis in se beneficijs quoad vixerit conaturum, ut data facultate & errata officijs superet, & animi gratitudine veniam impetratam exornet, atque id denique effecturum, ut re ipsa, Invictissime Cæsar, intelligas, à Lantgravio & clientelis, pacis à te datæ conditiones, quo par est studio & veneratione servari.

Cæsaris per oratorem suũ respõsio.

Ad ea Cæsar per oratorem ita respondit. Quæ Lantgravius dixerit se accepisse, cujus facinora insolentiæ & crudelitatis nefariæ plena, licet nullis cruciatibus expiari queant, tamen & consuetudine sua, & honoris eorum qui precati sunt causa, supplici noxam condonare, & capitis pœna, proscriptione, carceri-

bus

bus perpetuis, quorum ſimul omnium meritò convictus erat, abſolvere. Non magis enim ſe id cõtendere velle, ne pactionem ſancitam, aut ipſe, aut clientes, & ſubditi ejus violent, quam uti clementiam, qua in illos uſus eſt, fide & obſequio demereantur. Hæc ipſa ferè & à Cęſare & à Lantgravio verba ſunt ultro citroq; habita, ea quoq; volui hujusmodi orationis facie deſcribere.

Lantgravius his dictis ſurrexit, Cæſar ei neque dexteram dedit, neq; ullum benevolentiæ genus exhibuit. Digna ſanè res erat quæ ab omnibus annotaretur. Lantgravium Cæſari ad pedes projectum & captivũ, Henricum verò Brantſuicenſem, quem prius ipſe in eodem fortunæ habitu detinuerat, libertati jam reſtitutum & in pedes erectum circa Cęſarem cernere. « Eſt enim fortunæ ridicula quædam viciſſitudo, & inconſtans fluxaq; rerum humanarum conditio. » Quibus rebus confectis Albanus, Lantgravium adit, dicit uti continuò ſe in arcem (ipſe enim eo diverterat) ſequatur. Electores in cœnam convivas vocat, ea peracta, Lantgravio in ædibus ijsdem hoſpitio

Albanus inſidioſè 139

Landgravium ad Cœnam vocat.

ſpitio locum deſignat, & Ioannem à Gevara, qui inter Inſubricæ legionis Hiſpanos ordinē ducebat cuſtodem attribuit.

Landgravius captivus tenetur.

Lantgravius principio captivitatem ſuam impatientiſſimè tulit. eam quod non perpetuam ſciret, tam indulgentem & facilem opinione præceperat, ut liberum adeò foret, cum vellet, ad Heſſiæ „ nemora in venationem abire. At non ſi„ ne divinâ providentiâ factum videtur, „ ut quibus artibus, cæteris Germanis ſeſe „ præſtare confideret, conſilio nimirum & rerum actu, ijs ipſe ſe implicaret. Reli-

Fraus Hiſpanica.

quis enim cuſtodiæ conditionibus præ„ termiſſis, dum tabulis ſuapte manu con„ ſcriptis ſolum tempus paciſcitur, non a„ nimadvertit ſuo ſe gladio jugulari, & tē„ porarij carceris conditiones ab ejus arbi„ trio pendere, in cujus ſe poteſtatem dedi„ derit. Cæterum ad ſe poſtea reverſus, ubi „ ſuis ipſius ſcriptis revinceretur, paulò „ jam quietiore animo, cæpit fortunam „ quoque moderatius ferre. Itaq; in rebus „ publicis privatiſque contrahendis qui „ plurimum ſibi tribuerat, accidit ut in ijs „ incogitanter à ſeipſo circunſcriberetur. „ Fædericum verò bellica virtus & potentia

tentia falleret, quorum tamen præsi- “
dio summopere fisus, ad non toleran- “
dam usque fœrocitatem solitus erat in- “
solescere. “

Duos hosce factionis Lutheranicę principes, qui Christianę Reip. tranquillitatem infestissimè perturbaverant. Cęsaris Imperio Deus tanta illius laude subiecit, quantam & præsens ætas per orbem terrarum publicæ lætitiæ testimonio & fama concelebrat, & omnis posteritas æterna admiratione ad cœlum feret. Quandoquidem verò ambos hoc loco res obtulit, silentio præterire non fuit consilium quin utriusq; naturam & mores, quantum ex publico judicio colligere potui, aperirem. Igitur Fędericus animi magnitudine, beneficijs ac munificentiâ clarus habetur, prudens est, aditu & colloquio facilis, & pro captu suo admodum amabili sermonis suavitate & gratiâ. Quibus animi ingeniję doti-bus, apud omnes Germaniæ Civitates magnas amicitias comparavit. Animi tranquillitate longè Lantgravium superat, cujus consilio & persuasione impulsus, superioris anni bellum (ut fertur)

Saxonis descriptio.

140

Lantgravij descriptio.

susceperat. Lantgravius multum ab hujus ingenio & moribus differt. Est enim supra modum inquies, negotiorum & contractuum cupidus, in familiari consuetudine non ut Fædericus affabilis, è cujus sermone facile imprudentiã quandam ingenijque mobilitatem percipias. Animi quoque fortitudinis non ita magnam habet opinionem, sed quod superioris temporis motibus agitandis majorem quàm cæteri diligentiam solertiamque adhibuit, fœderisque summa communi omnium consensu illi permissa fuit: his rebus accidit ut autoritate, & opibus dispar, Fædericum solâ mentionis & famæ frequentiâ vinceret.

Pontifex R. Cæsari de victoria gratulatur.

Cæsari, dum Halæ moratur, per literas à Pontifice magna victoriæ gratulatio facta est, in diplomate Maximi & Fortissimi delato cognomine, quẽ ipse honorem nõ minore merito, quàm virtute adeptus est. His rebus gestis Cæsar Halâ discedens, arces Lantgravicæ ditionis præter unam omnes demoliri jubet, æneaq; tormenta quę & in ijs passim & Gotę prius reperta essent, Francfordiam in unum locum conferri, ibi enim

Cæsar Halâ discedit.

enim bellicarum rerum omnium, quas utroque hoc bello prædæ loco habuit, armamentarium instituit. Quumq; ita id ratio postulet, ut non solâ victoriæ famâ, sed insignibus quoq;, & veluti tropheis subdita illi regna condecorentur, machinas omnes ad hunc modum distribuit. Earum quas Vitembergâ devectas monstravimus, Mediolanum quinquaginta, ac parem numerum Neapolim mittit, ducétas Lantgravio per mulctam ablatas, centum Gotæ inventas, totidem superiore fœderatorum bello confecto à civitatibus ex pacto acceptas, è Francfordiâ in Belgicam destinat, ut ex omni copiâ trecentis in ea regione relictis, quæ supersint in Hispaniam convehantur, additis quoq; centum quinquaginta quas prius eo mittendas comparaverat. Quibus omnibus ex sententia cõstitutis, quæq; cum Fęderico & Lantgravio transegerat consecutus, per Bambergensium fines, qua proximum Boemiæ sylvis iter erat, Norinbergam contendit. Nolebat enim ab eo regno longius discedere quo majores Ferdinandi rebus propinquitate suâ nervos adderet. Ab 141

Cæsaris pręda Germanica.

Cæsar Noribergam revertitur.

eo autem non ita multo post per literas certior factus est Boemos vi superatos ad officium jam redijsse. Tanti enim principis hujus auctoritas esse opinio, ut ad rem quantumvis arduam studium & alacritatem accendat.

Thuringia erat per quam ducebatur exercitus, regio fertilis, sed multis præruptis locis & viarum angustijs impedita. Eas incolæ ita obstruxerant, ut ex munitionibus facile judicari potuerit, longè alia prius sperasse, ac postea illis evenerint, viribusq́; principis sui nimiũ confisos, non credidisse unquam ut Cæsarem victorem ijs locis conspicerent, quo exercitui aditus alioqui non esset. At quod victoribus nil sit impeditum, illas quoque difficultates sine majore negotio superavimus.

Bellum quod Lantgravius cum Henrico Brantsuicio gessit, rursum quod Ericus junior, Cruningius & Frispurgius in Bremenses moverant, aliaq́ue permulta quæ huc referri possint, studio prętermitto, ne dum commentarios augeam, alijs videar scribendi ansam præripere. Duo hæc duntaxat laboris præmia mihi

petam,

petam, & ſcriptores hoc veluti libello memoriali juviſſe, & rerum geſtarum memorię principis terrarum Cęſaris pro virili parte me quoq; conſuluiſſe.

Friderici filius natu maximus pactiones confirmat.

His diebus Fæderici filius natu maximus in Thuringiam ad Cæſarem venit paternas pactiones ſuo etiam ſuffragio confirmaturus. Cæſar liberaliter eum excepit, & ijs quæ petijſſet auditis, rogavit num à capitis & manus vulneribus convaluiſſet. Qua humanitate adoleſcens majorem in modum lætatus eſt: comis enim & blanda conſalutatio, dici vix poſſit quantam principi viro, præſertim victori, benevolentiam & amorem conciliet.

Bambergæ Cæſar à Cardinale Sfonderato Pontificis oratore ſalutatus eſt. Inde itinere non intermiſſo, Norimbergam pervenit, ibiq; paucis diebus quę de comitijs habendis fieri vellet, conſtituit, Vlmam enim, ubi Germaniæ totius concilium indixerat, non ita immunem à peſte ſciebat, ut illi loco & ſuam & tot 142
principum ſalutem committendam putaret.

Ijſdem temporibus à Lubeco ampla civitate

Lubecensef, & Bremensesin fidem recipi à Cæsare petunt.

vitate & nobili, legati ad Cæsarem veniunt qui doceant nunquam se cum fœderatis consensisse, neque (ut pro certo etiam constat) omninò contra eum conspirasse. Bremenses quoque per Danorum Regem finitimum fere & necessarium suum, instanter agunt ut à Cæsare in fidem recipiantur. Pomeranus & Luneburgius purgatione, precibus, & satisfactione idipsum contenduut. A Brantsuicanis item & Hildeshaimensibus legatos Augustam venire ajunt, qui civitatem utramq; Cæsaris voluntati & ›› clementiæ dedant. Hos potissimum pro›› scriptionis metus impellit, tantaq; Cæ›› saris ad ulciscendum facultas, ut nihil ›› ipsum absentia impediat, quo minus ve›› absq; ullâ militum suorum manu detri›› mentum illis, quod velit, inferat. Nam ›› & prædæ cupiditate finitimi si evocen›› tur, libentur id bellum suscipiaut, & fœ›› dere quo usqueadeò civitates confirma›› bantur, per Cæsarem superiore anno ›› rescisso, difficultas belli inferendi tolla

Hamburgum Cæsari se submittit.

tur. Hamburgum autem ipsum (quæ ad Oceanum sunt fœderatarum civitatum firmissima) primum omnium in dedi

ti

tionem venerat, missis Norimbergam ad Cæsarem legatis, qui magnâ pecuniæ summâ mulctæ nomine persolutâ, alijsque nonnullis quæ imperarentur confectis, civitatem, quod antea nunquàm præstitum fuerat, in Cæsaris clientelam conferrent.

Hic rursum pro institutâ brevitate meâ lectorem admoneo ex magno deditiarum civitatum numero has tantummodo cõmemorari, ne, quarum in ipso historiæ capite memini, videar eas in calce silentio præterire. Equidem id affirmare ausim quotquot ante peractos Augustæ conventus Cæsar in gratiam non acceperit, quantumvis imminentem sibi calamitatem evitare conentur, fore tamen ut publico totius concilij decreto, rebellionis & pertinaciæ exitum opinione etiam miseriorem inveniant.

His tandem rationibus Germaniam Cæsar pacavit, tam edito virium & superbiæ fastigio sitam, ut ejus factionis potentissimi quique arrogantiam suam, summam æquitatem: malarum rerum 143
audaciam, magnam fortitudinem æstimarent. Erat haud dubie tam firmum

illorum

illorum robur ut in ope humana non satis præsidij videretur, quo à reliquis Christiani orbis partibus resisti posset, ni cœlesti potentia Deus, quod optimũ sciebat, rebus afflictis remedium attulisset. Ejus enim beneficio tantâ Cæsar victoriâ sublimis, quoscunq; olim strenuos bello duces & Imperatores Roma dedit, nominis sui claritate obscurat. quum rerum gestarum magnitudine victus sit à nemine, rerum verò gerendarum & suscipiendi belli causa ipse vicerit omnes. Siquidem his rebus effectum est, ut Palatinum, Mauricium, Brandenburgium cæterosque gentiles ejus, Virtembergium, & quod plurimum Germania admirata est, Lãtgravium ipsum reliquosq; principes & populos jure jurando obstrinxerit, solius ecclesię decreto staturos, de quarum rerum omnium prosperrimo successu, qui pontificẽ certiorẽ faciat, ex Augusta Vindelicorum, quo concilium convocavit, antistitem Tridentinum, purpurati ordinis virum, cum mandatis ad urbem mittit.

Tam ardui belli magnitudo pleniorem uberioremque historiam exigit. At

At ego ut brevitati meæ patrociner, id antea quoque ingenuè fassus sum, eo consilio hos à me commentarios confe-ctos esse, ut scriptoribus veluti memoriæ adminiculum quoddam substruerem, quo rerum hoc bello gestarum scientia fulciretur, ne periculo oblivionis labasceret. Ei autem extremum vallum hunc affigere volui. Cęsarem dictatorem qui novem annis Galliam olim in provinciæ formam redegit, orbem universum commentariorum suorum famâ complesse, quod autem diebus omninò octodecim trans Rhenum consumptis, satis & ad laudem & ad utilitatem P. R. terrarum domini profectum arbitratus in Galliam sese recipit, ob eas res ex literis ejus multorum dierum supplicationem à Senatu decretam. A Carolo Cæsare, eam ipsam gentem & veterum Romanorum & ætatis nostræ testimonio bellicosissimã, ferocissimamq; minus anno pacatam esse. Carolum cognomento Magnum, annos amplius triginta cum Saxonibus bellum gessisse: Carolum Quintum vix tribus mensibus jugum Saxonibus imposuisse. Quum itaq;

Carolus V. cum C. Iul. Cæsare confer tur eique præponitur.

Carolus V. cum 144 Carolo Magno comparatur.

itaque humilior mea hæc ſcribendi ratio ſit, quàm ut pro ſublimitate rebus à Cæſare geſtis reſpondeat, illud certè apud omnes teſtatum eſſe cupio, nihil à me gratiæ, nihil odio datum, ſed nudam duntaxat & liberam veritatem ob oculos poſitam, quo certiora omnia exploratioraque poſteris traderem, quæ utroque hoc bello ut rectiſſimè ſemper à Cæſare adminiſtrata ſunt, ita quoque huic potiſſimum rationi æquum eſt omnem
» eventus felicitatem attribui. Nam neq;
» conſilium illi unquam dum opus vide-
» retur, neq; prudentia defuit, & ubi quid
» fortiter ac ſtrenuè agendum eſſet, ne-
» ſcias majore ne animo an viribus nego-
» tium aggrederetur. His rebus geſtis Cæſar, quoslibet ſuperiorum temporum Imperatores tam longè ſuperat, virtute & bonitate præcellit.

F I N I S.

RERUM

RERUM QVÆ IN HOC OPERE TRACTANTUR memorabilium Index.

A.

Anto-

B.

Boſſinga

Castel-

Epistola

E.

F.

Faderici

H.

I.

Lant-

Præsen-

Sol

Virtem-

Nota.

Numerus marginalis, quem, benigne Lector, hinc inde in hac nostra editione Avilæ invenies, numerum denotat paginarum editionis veteris Antvverpiensis, quem ideo adjicere placuit, ut Mercurij loco sit, cum forsan alibi in prioris incideris citationem: quod te monere hic subcalce voluimus.

FINIS.

LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII HISTORICI LIBRI SEPTEM de Bello Germanico.

1620.

LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII HISTORICI IN LIBROS Historiarum de bello Germanico, ad amplissimum ordinem Senatorium Reipublicæ Daventriensis,

PRAEFATIO.

IN Principio Operis nostri, de bello Germanico, in universum præfandum duxi, id me maximè omnium memorabile, quod in Germania unquam intestinum gestum fuit scripturum: quod ducibus Ioanne Frederico Electore Septemviro, & Philippo Hessorum Lantgravio, Confœderatæ civitates & Principes Germaniæ cum Carolo Q. Cæsare gessêre. Nam ut nunquam Germaniæ pars majores validioresq; copias in unum contulit: ita Cæsar, qui vicit ad ultimum, periculo pro-

 lo pro-

lo propior, diu ancipiti Martis alea fatigatus fuit. Sed dißimiles belli artes erant. Nam cùm Cæsar initio belli, per menses aliquot cunctando, operiendoquè Belgicas copias, quæ tardius aderant, castris se contineret, neque dubiæ fortunæ eventum pugnæ vellet committere, hostibus pecunia in stipendium præsens deficere cœpit. Contrà, Principes gentium Confœderatarum, quibus Cæsaris artes haudquaquam ignotæ erant, majoribus viribus in oppugnatione castrorum sine effectu occupati, quàm animis, summam pugnæ in eventum ancipitis fortunæ conferre ausi non fuère: haud dubiè superiores futuri, si imparatum statim, & expositum ad cladem, omnes vires convertissent. Sed duo potißimùm videntur mihi his victoriam læva mente præditam è manibus extorsisse. Vnum, quòd cùm duo pari potestate, æquato imperij jure, essent, in gerendis rebus, in consultando, deliberandoque, in diversum ferè sententijs rapiebantur. His curis in eo ardore accesit Scherteli Augustani authoritas, hominis sub Germanici belli recentis initium apud populares suos supra magistratum existimatione nominis ob rei militaris peritiam celebris, qui belli ducibus

praeundo

praeundo plura penè quàm illi facinora perpetrabat : ut appareret, majora eum, si per omnia sui imperij belli negocium fuisset, animo agitasse. Sed (ut plarunque fit) deterior sententia meliorem sæpe vicit, Alterum, fatum nescio quod, quo res mortalium, & consilia humana quamvis callida & reguntur, & miscentur. Etenim varijs curis anxio Cæsare, sub adventum Maximiliani Burani, qui non sat maturè accedebat, quo ceu anchora sacra nitebatur, modicis præsidijs septus, omnem armorum terrorem ac vim in illum per hosticum, & infesta viarum omnia ductantem, conferre potuissent. Hac occasione neglecta, neque Cæsarem adoriebantur, Burano viam intercludebant, quo minus illius potentia hujus accessione augeretur: cùm antea haud dubia spe sedentis, expectantisquè indies copiæ debellari potuissent, quod conjunctis copijs factu difficile postea fuit. Auctus jam Cæsarijs quæ Buranus adduxerat, Belgicis armis, plura consilio quàm vi, cunctando, trahendoquè bellum, & ad postremùm conciliando clementiâ civitates in amicitiam & pacem, gessit. Alij contrà, tumultuosè omnia gerere, missilibus aßiduò tonitruare, hostium castra

quatere, aggeres & valla continuâ globorum grandine vulnerare, castra sæpe mutare, nihil operæ pretij facere: denique non conferre (id quod Cæsar optabat) vires illius validiores in prælium, etiam tum, ubi accessione ac supplemento Buranici roboris crevit. Erat is vir belli artibus clarus, virtute singulari, animo intrepidus: quod satis, flumen Rhenum transgressus, cùm hostium abeuntium cedentiumque retrò vestigijs insisteret, declarabat: & authoritate, propter severam in re militari disciplinam, pollens Primus in hostes, quibus formidabilior erat quàm credere est, invehi, eorum obequitare castris imperterritus, stationes ingenti tumultu turbare, modò frontem agminis vadentis in hostem protegere, modò tergum suorum ne carperentur claudere. Hinc Cæsari non solum charus, ut nulli regulorum Italorum, Hispanorumvé, quorum castra plena erant, plus fideretur: verumetiam perfecto bello, ab eo amplißimis præmijs ornatus fuit. In comparandis provincijs, Transiselana cum Groningensi & Phrisia, beneficio Cæsaris illi obvenit: quòd eæ maximæ omnium, ac durißimæ virum acrem ac impigrum postularent. Has jurisdictiones tanta pru-

tâ prudentiâ & authoritate, moderatione-que administravit, ut in amicitia & fide, consilio magis quàm vi retineret: efficeretque ut in togata ea gubernatione, non minus quàm in bello, clarus haberetur. Si quod stipendium inusitatum illis gentibus visum fuisset imperari, illíque sua patria jura pertinacius tuerentur: ipse Buranus omnia in bonam partem apud Principem vertere: suis, quod poterat, patrocinari: in ocio denique & in magno flore provinciarum suarum res continere. Pacis belliqué artibus omnibus prioribus præfectis par, posterioribus verò solicitando alias, retinendoqué acceptas sub imperio gentes. Sed ut nulla præclara, nescio quo fato, sunt diuturna, sed festinata maturitate occidunt: ita hic vir brevi pòst, quàm è bello Germanico in Belgium reversus esset, publico ferè omnium, sed maximè populi Transiselani luctu, rebus humanis subtractus fuit: longiori vita dignus, qui principi suo insequutis postea bellis utilis adversus hostes esse potuisset. Visum fuit igitur amplissimo ordini Senatorio claræ Reipublicæ DAVENTRIENSIS, *hos libros nuncupare: ut legentibus eos, memo-*

moria fortißimi & omnem laudem supergreßi viri subeat: huncqué unum fuisse, à quo Cæsaris salus in hoc bello, ut humano judicio loquar, ceu altero Theseo pependit, paßim omnibus constet.

LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII HISTORICI DE BELlo Germanico

LIBER PRIMVS.

ANtequam ad principium belli Germanici, quod Carolus Quintus Cæſar, cum Germaniæ potentiſſimis principibus & populis confœderatis, haud perinde longum, atq; grave & periculi plenũ geſſit, perveniã, ejus originem, & quibus de cauſſis, & per quos fuerit concitatum, tũ neceſſarium, tum utile duxi, quantâ poterit fieri brevitate, altius repetere. Nam etſi uno & eodem anno cæptum confectumque fuit: Gallico tamen magnitudine periculorum, armorum Propoſitio libri.

multitudine, claritate ducum,& opibus florentissimarum civitatum propè æquari potuit. Res memorabilis cum primis est: nam cùm propter Imperij amplitudinem foris nullum hostem, nullumque externum bellum haberet, ipsa suis gravida viribus per intestinum bellum gravi vulnere afflicta fuit.

Externus hostis utilis.

Origo belli Germanici, religionis reformatio.

Primùm omnium satis constat, quantis motibus & procellis Ecclesia à parvis primùm initijs, paulatim in Germania per doctrinam Lutheri quassari cœpit. Causa negotij diu diversis locis, & varijs concilijs agita, eò tandem proserpsit, ut cum plausu multarum civitatum,& Principum qui eam tuerentur favore,frustrà obnitente Cæsare, exciperetur.

Cæsar sperans ignem maturè, priusquam in vastum incendium erumperet,à se opprimi posse,conventum habendum VVormaciæ Ordinibus Imperij edicit: huc & Lutherum ad causam dicendam data publica fide, convocat. Sed cùm hic de sententia sua Trevirensis episcopi & quorundam

Comitia Vvormatiæ habita propter Lutheri doctrinã, An,1521.

dam aliorum principum precibus deduci non posset, à Cæsare paulò post proscriptus fuit. Ille promulgata proscriptione, cessit quidem, idque è consilio Friderici Electoris, in locum solum, ne quod colloquium illi, aut communicatio consilij cum ullo mortalium esset: verùm in eo secessu & ocio, libros ad amicos & dynastas indies edere non desijt: sed eos maximè, quorum promptos & pronos ad novanda rerum ecclesiasticarum omnia animos cognoverat. Interea dum proscriptus latet, Vvittébergæ nonnulla in ecclesia, per quosdam homines novarum rerum cupidos, connivente Electore mutantur.

Pathmus Lutheri arx Vvartenberga propè Isenacum.

Tumultus Carolostadij.

Cœptum jam tum fuit in Helvetiis, propter religionem & doctrinam, tumultuari. Hoc dissidium ut componeretur, senatus Tigurinus, omnibus ditionis suæ concionatoribus ad conveniendum in urbem Tigurum diem indixit, ut ibi controversia de religione disceptaretur. Disceptaretur. Disceptationem hanc tumul-

tuaria rerum mutatio ibi statim sequuta fuit. Consimilis motus paulo pòst Argentorati, frustrà obstante Episcopo, concitatur. Nec jam Tigurini se intrà novæ doctrinæ septa continebant, sed divorum simulachra in templis debellare aggressi sunt. Videbant enim, rusticos in agris veterem religionem obstinatos animis pertinaciter vindicare. Habetur Ordinum senatus Norimbergæ, mox Spiræ. Refertur ac Episcopis de nova doctrina ex hominum animis eruenda, deque veteri religione asserenda. Diversa ab alijs magno certamine sententia defenditur.

Ferdinandus Rex conspicatus nihilæ qui obtineri posse. Ratisbonam cum legato Campegio: & plerisque episcopis, ad habenda separatim comitia discedunt. Ibi decernitur, ut Cæsaris edictum, & Leonis pontificis, de veteribus Ecclesiæ institutis & cæremoniis servandis, & antiquandis novis, ratum sit.

Cæsar per id tempus in Hispania, ad motus ibi exortos sedandos, erat.

Is ubi

Is ubi accepit quàm turbulentæ Germanorum res essent, & indies tristiora enasci: literas ad Ordines Imperij dedit, quibus haud obscurè ostendit, quàm acerbè ferret, quod ea quæ in comitijs Vvormaciensibus decreta fuissent, segnius exequerentur. Præterea, quòd præter suum consilium, synodum à Pontifice per legatum in Germania habendam postularint: cum suum esset, id ab eo petere, & obtinere. Neque verò debere totam Germaniam, multò minus totum orbem Christianum, ob unius hominis prodigiosa paradoxa, tot retrò seculis damnata, de integro in concilium convocari. Se superstite haud futurum, ut ea labes totam Germaniam inficeret. Ac nisi decretum Vvormaciense sine intercessione omnibus modis tuerentur, armis se id aliquando asserturum. In eandem sententiam eodem tempore literæ à Cæsare ad Civitates primi nominis allatæ sunt.

Caroli V. Imp. literę ad ordines imperii ex Hispania missæ.

Motus inter ista rusticorum, & defectio à suo magistratu, novam religionem

Seditio rusticorũ An. 1525.

gionem illorum insigni invidia oneravit. Tumultus hæc causa prætexta fuit. Quòd jam multos annos intolerandis vectigalibus à principibus & magistratibus gravarentur. Hac procella exiguo admodum momento sedata, alia in Suevia, & propinqua Germaniæ parte ad Danubium rusticorum tempestas est exorta. Duas hi seditionis causas obtendebant. unam, quòd obstinaverant religionem novam nuper introductam armis tueri: alteram quòd oneribus vectigalium & tributorum à principibus levari, & in libertatem vindicari volebant. Crevit ista hominum turba paucis diebus, affluente undiquè indies sceleratorum sentina, in copias innumerabiles. Pugnatur cũ his vario Marte, diversis locis. Faciunt inducias civitates: agitur & de pace, ut ab armis discedant: exhibentur postulata.

Seditionis causæ duę.

Hac rusticorum multitudine dilapsa, ala, mox colluvio, non paulo illa major, circa Franconiam confluxit. Hi brevi non modò agros, sed

oppida

oppida etiam, suæ ditionis fecêre. Capiunt oppidum Vvinspergum vi: ac nobilitate partim cæsa, partim capta, Comitem Ludovicum Helfesteinum, qui Maximiliani Cæsaris filiam notham uxorem habebat, horrendo supplicio, duobus hastatorum ordinibus medium trucidarunt. Bifariam indè partiuntur copias, inopia annonæ: partim in agrum Vvirtemberg, partim in Franconiam discesserunt. At ijs qui in Vvirtenbergensem agrum populabundi irruperant, à Suevici fœderis Duce brevi deletis, de percussoribus Comitis Ludovici atrox sumptum est supplicium. Vastatur incendio, quod ceperant, oppidum Vinspergum. Reliquæ copiæ, quæ Franconiam infestè pervagabantur, quantum castellorum & monasteriorum obviam erat, captis incensisque etiam urbibus, everterurt.

Extinctis his rusticorum copiis à Truccesso, fœderis Suevici duce: alia excetra in Lotharingia subitò apparuit. Multitudo hæc ex Alsaticis & Lotha-

Lotharingis conflata erat. Hac quoque mira celeritate fusa, alia, diversa à superioribus, quæ fauces vallis Vvileræ insederat, ad internecionem magno prælio superata fuit. Potuissent tot clades acceptæ alijs documento fuisse, nisi vana spe libertatis lactati, prudentes ac volentes in voluntarium exitium læva mente ruissent. Ad Petersheimium in agro Vvormaciensi alia colluvies se collegerat: ad eam affluxerant, qui ob æs alienum domo agrisque cesserant, homicidæ, exules, & fex hominum id genus. In hos Palatini, Lotharingi & Trevirensis equites immissi, cædunt, fugantque, ac palantes in fuga passim interficiunt. Hæ seditiones armatæ non jam se continebant in agris, sed in urbibus quibusdam ad arma adversus religionem & magistratum quoq; concursum fuit. Inciderunt hi motus in annum vigesimum quintum. Eodem tempore Tigurinus senatus, inter eos motus, facto senatusconsulto, multa veteris religionis & cæremoniarum, authore

re Zvinglio abrogavit. Simulque inter hos turbines exortus fuit Thomas Muncerus, homo confidens, audax & nefarius, & horrendæ doctrinæ author. Collegam is habebat Phiferum quendam, effrontem, & ad quævis audenda paratum. Hi contractâ agrestium manu, armis omnẽ nobilitatem è Germania expellere conantur. Is tumultus quoniam ad omnium regnorum vastitatem spectabat, Ioannes Elector Saxo, qui fratri Frederico morte postea subtracto successit in septemviratum, Georgius ejus patruelis, Lantgravius Hessiæ, Henricus Brunsuicensis, & Albertus Comes Mansfeltius, consociatis armis, procellâ equitum immissâ, universas eas copias ad Franchusium fundunt. Capiuntur & & tumultus capita, Muncerus & Phiferus, inter reliquos captivos: in quos gladio animadversum fuit.

Thom. Muntzerus rusticos ad arma contra magistratum concitat.

Pugna ad Franckenhusium in Thuringia.

Literæ per eos dies à Cæsare ex Hispania opportunè medijs his turbis supervenêre, quibus dies habendorum comitiorum de arduis Imperij

rij negotijs Auguſtam indictus fuit. Sed illa tempeſtas haud quievit in Eccleſia: nam paulatim alij homines opici poſt alios oriuntur, qui ſomnia pro oraculis edere, ſeque afflatos dicere auſi fuêre. Et Carolſtadio tum temporis, propter dogma novum, aquâ & igni à ſeptemviro Saxone interdictum. Hoc ipſo anno mutata fuit Pruſſorum reipubl. forma & religio, cum Germania paſſim ſeditionibus quateretur. Alia comitia à Cæſare per literas ex Hiſpania Spiram edicuntur. Ferdinandum fratrem, ut legatum, ei conventui præfecit. Dies ſervatur anno inſequenti, qui fuit vigeſimus ſextus. Recitantur ibi literæ Cæſaris, quarum ſumma erat hæc: Vt religio Eccleſiæ vetus, à majoribus accepta, integra apud omnes haberetur: novata omnia abolerentur. Si qui contrà irent, juxta decretum Vvormacienſe multarentur. Principes inter ſe, quos dixi Proſtantes appellatos, rem in deliberationem vocarunt: permiſeruntque rerum ſummam Lantgravio,

Comitia Spiræ habita Anno 1526.

Summa literarum Cæſaris.

vio, Sturmio, & Creſſo Norimbergenſi, quod inter eos conveniret, id ratum poſtea, cùm in conſilium referrent, ſe habituros. Convocantur rurſus paulò pòſt, à Cæſaris legatis, quorum principes erat Rex, circa principium menſis Auguſti. Ibi Rex ſe audiviſſe queritur, inter adverſarios eſſe, quorum permiſſum eſſet judicio, quid ratum firmunque habituri eſſent. Præcaverent hi, ne communicando privata conſilia, & intercedendo decreto Vvormacienſi, Cæſaris animum irritarent. Leguntur ibi rurſum literæ à Cæſare allatæ. His vetebatur, ne quid cæremoniarum, ne quáve religio ſe abſente mutaretur, externáve aſſumeretur. Se Romam ad Pontificem iturum, ut cum eo de ſynodo cogenda agat, ut in ea omnis controverſia diſceptetur. Ad ea principes adverſarij, & civitatum legati, velle ſe obedienter, in omnibus Cæſaris voluntati permittere: ſed cùm controverſia de negotio religionis indies magis ac magis augeatur, id quod illic

lic edictum decretúmve esset, hucusque propter periculosos motus, qui interea exorti fuissent, servari non potuisse. Quod verò Cæsar de synodo promittat, nihil esse: cùm fama constans, neque omninò vana esset Pontificem cum Gallo & Venetis arma fœdere consociasse, & bellum Cæsari moliri. Proinde rectè ac ordine fore, ut Cæsar certior de statu & periculosis motibus Germaniæ fieret. Et re Imperij esse, si concilium in Germania indicatur: quemadmodum in Norimbergensi comitio placuit. Postridie de monachis mendicis quædam relata fuerunt, sed sine effectu. Divulsis hic animis in duas partes, tandem è cõsensu omnium hujusmodi fit decretum: Intrà annum vertentem synodum Germaniæ, vel (si ita videretur) totius orbis cogendam: & Cæsarem ex Hispania in Germaniam turbarum componendarum causa revocandum. Interea ecclesiarum status, ut nunc se habent, in sua cujusque ditione integri manerent: utque eos

Deo

Deo ac Cæſari probaturi eſſent. In hoc comitio prima belli ſcintilla emicuit, quod pòſt in magnum incendium erupit.

Saxo cùm videret tot comitijs habendis nihil promoveri, & Epiſcoporum partes potentiores eſſe, quàm quibus ipſe par eſſe poſſet, ſi ad vim res tandem ſpectaret: Heſſum ſecretò convenit de fœdere ſanciendo. Adſciſcunt legatos Argentoratenſium, Norimbergenſium, & Auguſtanorum, cum quibus hoc conſilium communicant. Monentq́ue ſimul, ut maturé ſuis rebus conſulerent. Non eſſe obſcurum, quid Epiſcopi parturirent. Fœderis ineundi formulam hujuſmodi conceptam propoſuerunt. Si religionis cauſa aliquis omnium in periculum deduceretur, vim injuriámve acciperet, auxilijs mittendis invicem adjuvarent. Neque illud dubium eſſe, quin Francofortienſes, Vlmenſesq́ue idem eſſent facturi. Ad ea legati civitatum reſponderunt, ejus nihil in mandatis ſe habere, ſed velle referre. Hæc

Fœdus inter Saxonem & alios principes ac urbes.

comitia indè defectio à veteri religione in Allobrogum finibus sequuta est. Quorum vestigia Basilienses, Argentoratensesque ingressi, omnia propè sacra mutarunt.

Comitia Spiræ celebrata An. 1529.

Spiræ indè habita sunt comitia ad Idus Martias, anno vigesimono, in quibus cùm Cæsaris legati de quibusdam obstinatis, qui novos ritus in Ecclesiá inveherent, cum querela retulissent, tandem ad hunc modum decernitur: Qui veterem religionem adhuc tuerentur, constantes in ea usque ad proximam synodum, de qua bonam spem conceperit Cæsar, perseverarent. Rursum, qui à nova semel suscepta sine gravi rerum publicarum suarum detrimento ac motu declinare non possent, in ea moderatè se gererent, nihil novarent insuper. Anabaptistas nuper exortos, qui sua pertinaciter defenderent, ferro & igne persequerentur. Vtrinque ab omni injuria, & dando damno religionis causa, abstineretur: neminem convicijs lacesserent: transfu-

Decreta in hisce comitijs.

transfugas neutri hoſpitio domóve exciperent : contra decretum hoc qui molirentur, in proſcriptorum album referrentur.

Huic decreto intercedunt Saxo & Heſſus : & præter hos, Brandeburgenſis, Luneburgenſes duces, & Comes Anhaldius. Hi ſuam interceſſionem, ut rectè atq; ordine factam, tuentur. Et communicato conſilio cum civitatum legatis, ſocietatem jungunt. Civitates autem erant hæ: Argentoratum, Vlma, Conſtantia, Norimberga, Memminga, Vvinſemium, Rutelinga, Campedonium, Hailbruna, Lindavia, Iſna, Vviſſeburgum, Norlinga. Civitates confœderatæ.

Per eos dies inter Helveticos civili bello tumultuatum fuit: ac niſi Argentoratenſes opera ac ſtudio ſuo interceſſiſſent medij, jam duæ acies armatæ infeſtis ſignis concurriſſent. Argentinenſes mediatores inter Helvetios civili bello tumultuantes.

Mittuntur à principibus & civitatibus, quas modò memoravi, legati extemplò ad Cæſarem, quem tum ex Hiſpania in Italiam reditum parare acceperant, ut præſentes rationem Legatio Proteſtãtium ad Cæſarem.

nem decreti repudiati ante triennium, ei exponerent. His cùm nihil pacatè ac benignè responderetur, domos quisque suas undè venerant reversi, ad Principes & Senatus rem omnem detulerunt. Norimbergenses, qui omnium primi literas à suo legato Cadeno ex Italia acceperant, cognito responso, & Cæsaris voluntate, celeriter rem omnem Saxoni, Hesso, & sociis civitatibus per literas denunciant. Tum demum illi nihil amplius cunctandum arbitrati, (imminens enim infortunium prospiciebant) conventui dié Smalcaldiam sub finem Novembris indicunt. Ad eum diem convenerunt frequentes paulo antè memoratarum civitatum legati. Principes quoque, Saxo cum filio, Hessus, Ernestus & Franciscus Lunenburgenses fratres: & legationes Georgii Brandenburgensis. Vlmenses tamen, & Argentoratenses, de fœdere ineundo nihil in mandatis se habere responderunt. Vnum enim hoc superiori conventu in deliberationem missum

Noribergenses Cęsaris responsum à legato suo acceptum confœderatis denunciant.

Conventus Smalcaldiam indicitur: in quo de fœdere augendo agitur.

fuisse,

fuisse de auxilijs mittendis, si quis propter religioné periclitaretur, licet clàm non esset, quid Cæsar, quid Ferdinandus, & alij occultè molirentur. Proinde rectum videri, ut quisq; ad suum Senatum de fœdere sanciendo referret, ut decerneretur quid fieri placeret. Variantibus sententiis, cùm de fœdere inter eos non satis conveniret, tandem aliarum civitatum legationes acciri placuit. Posse fœdus aliquod concipi, & iniri, si doctrina, si religio eadem per omnia probaretur omnibus. Rebus infectis hac lege discessum est, ut qui eandem & doctrinam & religionem vellent suscipere, in octavum Idus Ianuarias anni sequentis Norimbergam convenirent.

Qua ratione fœdus firmum & stabile iniri queat.

Rebus infectis discedunt, & Norbergam iterum conveniant decernitur.

Interim Argentoratenses cum vicinis Helvetiorum civitatibus, eandem ferê religionem tutantibus, fœdus ineunt. Norimbergam ubi convenêre, nihil egêre: quòd Cæsar, qui tum temporis à Pontifice in Imperium inaugurabatur, sub vernum tempus comitia habiturus crederetur.

Argentinenses fœdus ineũt cum Helvetiis.

Interea quiſque maturè deliberaret, quid in illis proponere placeret.

Conventus Auguſtanus principũ: & quid ibi actum: An. 1530.

Brevi pòſt Principes, & civitatum legati frequentes Auguſtam convenerunt, ad Cæſarem ex Italia poſt inaugurationem reducem excipiendum. In his comitijs multa à Cæſaris legato de Turcica calamitate, vaſtatione regni Hungarici, populatione agri Viennenſis, de bello faciendo Turcis, ubi de ſcripto dicta fuiſſent: ad ultimum de diſcordia propter religionis negotium, de motibus nuper exortis, & de contemptu decreti Vvormacienſis graviter verba fecit: juſſitque ſingulos, quæ viderentur, proponere. Ibi principicipes, de quibus paulo antè dictum eſt, omiſſo reſponſo de mittendo auxilio adverſus Turcam, Cæſarem orarunt, ut ſuam confeſſionem, quam ſcripto complexi fuerant, benignè audire vellet. Accepit Cæſar poſtridie, & in frequenti ſenatu varia de religione diſceptata ſunt. Convocantur ad Cæſarem civitatum legati, aguntur ijs gratiæ, qui à fide decreti

non

non discessissent. Deinde reliquis causam dicere jussit, quamobrem decreto Vvormaciensi non paruissent. Illi deliberandi spacio impetrato, causam quidem dicunt, sed qua Cæsari haud quaquam fuit satisfactum. Simul Cæsar consilio cum legato Pontificis communicato, ad scriptum Saxonis & Hessi responsum decrevit: ut, qui irent contrà, intercederéve conarentur, & non parerent, in proscriptorum album referrentur. Refutatur eorum confessio (quæ postea Augustana appellatata fuit) à Theologis quibusdam. Elector Saxo nulla mora refutationis exemplum à Cæsare sibi tradi postulat. Haud recusavit id Cæsar quidem se facturum: at ea lege, ne evulgaretur typis excusum, ut fenestra novis digladiationibus præcluderetur. Negare illi, se ea lege accepturos. Eò tandem res deducta fuit, ut septem utrinque deligerentur, qui ad controversias reconciliandas viam aliquam, si fieri posset, invenirent. Hinc à Cæsare & Pon-

tifice lecti sunt, episcopus Augustanus, Henricus Brunsuicensis, duo jurisconsulti, tres theologi, Vvimpinus, Eccius, & Cochlæus: inde Georgius Brandeburgensis, Ioannis Fridericus Saxo, totidem jurisconsulti, & totidem theologi, Melanthon, Brentius, & Schnepfius. Ex his septenis (credo ut minus turbarum esset) terni lecti sunt. Sed cum nusquam fermè inter eos conveniret, ptentatis arte separatim, sed frustra, Ducum animis, ut à suscepta religione descisserent: ita decrevit Cæsar, ut usque ad decimumseptimum Calendas Majas anni sequentis, sua ipsis sacra manerent integra omnia: at interea nihil novarent amplius: nihil novorum librorum in lucem ederetur de religione: nullos pellicerent in doctrinæ suæ societatem: in Anabaptistas animadverterent. At Saxo, qui facilè princeps ab ea parte erat, decretum hoc non approbavit, neque socij ejusdem confessionis receperunt. Tum Cæsar: Nisi, inquit, parueritis decreto, infortunium estis habituri.

Decretū Cæsaris.

Quod Saxo & socij ejus non approbarunt.

habituri. Ita post longam dimicationem, nulla re memorabili perfecta, haud quaquã pacatè discessum fuit.

At Hessus cùm videret quid Cæsar moliretur, celeriter cum Tigurinis, Basiliensibus & Argentoratensibus amicitiam & societatem ita adjungit, ut si quod in fortunium aut adversi quidpiam propter religionem alicui concitaretur, invicem pecuniâ in stipendium militum, vel peditum equitumque auxilijs mittendis juvarent. Hessus fœdus init cum Argentinensibus & Basiliensibus.

Vocatur inter hæc per literas Coloniam à Cæsare Saxo, ob dubia quędam Imperij negotia. Ille suspicatus eo prætextu aliud parari, extemplò in omnes partes ad Principes & socias civitates literas dat, quibus diem XXII. Decembris ad conveniendum Smalcaldiam fœderis incendi causa edixit, priusquam imprætmeditati & imparati occuparentur. Servatur ab omnibus dies: conceptumque est fœdus hic, quod postea à loco Smalcaldicum fuit appellatum, ipsique confœderati Smalcal- Saxo à Cęsare Coloniam vocatur. Conventus Smalcaldicus. Fœdus Smalcaldicum.

dici dicti in historia fuêre. In hoc fœdere, præter Saxonem Electorem & Hessium, erant Gebartus & Albertus Mansfeltij, Magdeburgum, & Brema. Cæterarum civitatum legati ita fœdus comprobarunt, uti prius, quid fieri placeret, referrent. Qui verò ita censuissent, intra sextã hebdomadam rursum illò convenirent, ut in fœdus adscriberentur. Visum quoque tum fuit, Georgium Brandeburgensem, & Norimbergenses ad fœderis societatem solicitare. Ad hæc placuit, & Danorum regem, Pomeranũ, Megelburgensem, Hamburgenses, Embecenses, Northemenses, Francfordienses, Brunsvicenses, Gotingenses, Mindenses, Hannobrigenses, Hildesemenses, & alias plerasque civitates in Septentrionalis Oceani littora vergentes, huc quoque per literas invitare. Placuit item, ut ad Galliarum & Angliæ reges scriberentur literæ, in quibus adversus calumnias de professione religionis suæ sparsas se purgarent, & doctrinæ rationem redderent: simul

mul orarent, ut Cæsarem ad synodum in Germania cogendam per literas hortarentur: nihil interea duri in Principes & civitates Imperij ob religionem decerneret. In hanc sententiam scribunt non solum Principes, sed & civitates nonnullæ.

Rursum Saxo confœderatos Smalcaldiam convocat, ad ineundam rationem defendendi se, si qua vis oboriretur. In hoc conventu referuntur responsa Danorum regis, & civitatum maritimarum, de quibus in fœderis societatem pelliciendis superiori conventu Smalcaldico actum fuerat. Rex ita per literas respondit, ut diceret, sibi non esse integrum per regni sui concilium, fœdus cum quoquam inire. Megelburgensis in excusationem adduxit, legatos suos decreto Augustano admodum nuper subscripsisse: contra eam rem se haudquaquam facere posse. Vtcunque tamen rerum alea caderet, nihil se hostile contra eos paraturum. Dux Pomeranorum, gubernationem ditionis adhuc esse

Conventus Smalcaldicus alius.

Declarationes quorundam Regũ & principum.

penes fratrem grandiorem natu: quo vivo nihil se posse statuere: alioqui in fœdus discessurum. Lubecenses, graves sumptus in bellum factos excusabant, augeri ad hæc ipsis metum, ne Christiernus rex regno pulsus, rursum bellum faceret. Quod si eveniret, velle scire, quid auxilij flagrante bello à fœdere expectarent. Luneburgenses, id se facturos pollicebātur, quod principi suo placuisset. Inde de ratione belli, de conferēda pecunia in stipēdium, de ducibus ad bellum legendis, de auxilijs & alijs quibusdam consultatum fuit. Desciverunt hic à fœdere, Hailprunum, Campedunum, & Norimberga.

Vlmensis Ecclesiæ reformatio.

In hoc rerum statu, Vlmenses ecclesias suas per Bucerum nova religione instituunt.

Respondetur hic confœderatis à Rege Galliarum benignè: Se non solum cōcordiam & liberam disceptationem controversiarum in synodo optare, sed etiam liberum accessum & fugam in regnum suum tutam illis aperire, si quid adversi accideret. Supervenerunt literæ à rege Angliæ,

quibus pari humanitate illis responsum fuit.

Mox Francfurti in conventu relatum fuit, de Helvetijs in fœdus recipiendis. Verùm quòd illi diversum in parte aliqua dogma tuerentur, repudiati fuêre. Adferuntur simul literæ Saxonis & Hessi in concilium, quæ recitatæ sunt, in hanc sententiam: Si videretur è re fœderis esse Moguntinum & Ludovicum Palatinum velle apud Cæsarem de pace disceptare. Responsum per literas fuit: Rectè censere se: sed pacem non placere ullam, nisi fisci actionem prius aboleret Cæsar. Haud abnuit Cæsar. Quare ad Idus Septembris Spiræ adesse omnes jussit. Interim, paulò ante eorum comitiorum diem, mittit ad Saxonem, Gulielmum Nassovium, & Nuenarium. Hi secretò cum eo de pace acturi, quinque maximè proposuerunt: si pax placeret, illa reciperet. Saxo, ubi è re sua ea admittere visum non esset, ad ultimum adjecit, neque se Spiræ in comitijs adfuturum, neque filium

Helvetij in fœdere incundo reijciuntur.

Legatio Cæsaris ad Saxonem.

eò missurum: nisi publica fide sibi caveretur. Augustæ nuper, ac multo antè quędam præter comitiorum rationem sibi accidisse, ob quæ Cæsari parum fideret. Paulò pòst legati à Moguntino & Smalcaldiam veniunt, qui civitatum legatis proponunt, ut si videretur, ea de quibus Augustæ non convenisset, de integro referrentur. Multis hic ultrò citroque iactatis, postremò in hunc modum placuit: Vbi de voluntate Saxonis & Hessi, quorum erat summa inter eos authoritas, facti essent certiores, si ipsi ita censerent, placere diem conveniendi Spiram præfigi. Haud ita multo pòst, Saxo & Hessus Moguntino & Palatino respondent ad ea quæ nuper ut disceptatores proposuerant, in hanc sententiam: Sperare, Cæsarem concilium in Germania coacturum, ut promiserat. In hoc, ut doctrinam de religione uberius explicaturi essent: interim se orare, ut à Cæsare deprecando impetrent, ne interea quid infestè in eos qui eandem doctrinam profitean-

Legatio Moguntini & Palatini.

profiteantur per iram, aut è consilio aliorum impotenter moliretur. Sin omninò ille in præsenti de pace agi postularet, publica fide cautis ex æquo omnibus, diem ad conveniendum præstitueret: viros se eruditos secum adducturos, qui confessionem Augustanam copiosius explicarent, & dictis obscurius aliquid lucis essent addituri. Cùm autem inter ista de comitijs Spirensibus, propter Turcæ apparatum ad bellum Viennense, nihil fieret, diem conveniendi Ratisbonam in Ianuarium mensem anni insequentis produxit.

Eodem tempore Tigurinorum cum Quinque Pagis dissidium, jam aliquot annos oppressum, multò quàm antè infestius efferbuit, Tigurini duobus prælijs magna acepta clade à Paganis devicti, in quorum altero Zuinglius cecidit, his legibus pacem fecêre: ut ipsi fœdus cum Lantgravio, Basiliensibus, Bernatibus, & Argentoratensibus nuper ictum abjurarent: Pagani à pacto cum Ferdinando rege inito descissent, Tigurinorum cum vicinis Helvetijs dissidium.

rent. Neque ita verò multò pôst in conventu Francofordiensi, in fœdus Goslarienses, Embecenses, ut paulo antè Eslingenses, adscripti fuêre.

Cæsar ob ingruentem Turcam pacẽ Religioni dedit.

Tandem verò, cùm Turca in Austriã cum innumerabilibus propè armatorum equitũ peditumq; copijs irrumperet, Cæsar propter regnorum propinquitatẽ, metu ne ea procella in hoc dissidio in Germaniam effunderetur, Schvvinfurti pace ad proximum usque synodi tempus Germanis dedit; ne quis religionis causa cui convicium diceret, damnúmve daret. In eos qui contrà facerent, decreta pœna fuit. Illic vicissim parta pace, obedientiam & officium, præterea auxilia adversus Turcam Cæsari ac Regi pollicentur.

Moritur Elector Saxoniæ Iohannes.

Morte subtrahitur rebus humanis inter ista Elector Saxo: in cujus locum succedit filius Ioannes Fridericus, cùm Cæsar classe in Hispaniam proficisceretur.

Legatus Pontificis ad Saxo-

Per eos dies Pontifex in Germaniam Legatum, cui Cæsar & suum adjunxerat,

junxerat, ad Saxonem Electorem, cũ mandatis de ratione indicendæ synodi mittit. Legatus ubi multa disertè de utilitate ac necessitate Concilij intra sextum mensem denunciandi, & anno pòst inchoandi disseruisset, unum scrupum urgere, inquit, de loco, in quem cogeretur. Nullum Pontifici visum fuisse magis commodum, propter copiam annonæ, & & rerum aliarum exuberantiam, quàm vel Bononiam, vel Placentiam, vel Mantuam. Vnam earum deligendam videri. Sumit Saxo & deliberandi & respondendi spacium, dum fœderis socios (erant autem in eo fœdere civitates XXIIII, & Principes tum septem) Smalcaldiam convocet. Non enim posse se alijs inconsultis, quòd ea res suo unius arbitrio libero permissa nõ esset, privatim comuni omniũ nomine respondere. Brevi convenitur frequenter Smalcaldiam. Decernuntur literæ ad legatos. His responderunt: Pontificis Romani postulatum pugnare cum decreto Imperij Senatus: in quo placue-

nem mittitur, & concilium denunciatur.

Conventus Smalcaldicus.

placuerat, ut in Germania locus concilij habendi deligeretur: idque cùm ob alia, tum ut illud liberum foret: alioqui non futurum, si extra Germaniam ediceretur. Hanc legationem bienīo fermè pòst, Cæsare jam ab expeditione Aphricana in Hispaniam reverso, denunciatio cōcilij excepit. Legationis princeps in Germaniam missus, in primis ad Saxonem Electorem, erat Petrus Paulus Vergerius, anno trigesimoquinto, Pontifici Romano ob raram eruditionem tū charus adhuc. Quo tempore Ioañes episcopus Roffensis in Anglia, & regni cancellarius Thomas Morus, securi à rege percussi erant. Vergerius, postquam ad Saxoné legatus venit, indicat verbis Pontificis, tépus illud nūc tandem venisse, quo concilium tantopere expectatum indicatur: neque verò solum expectatū, sed orbi propter dissidia in Ecclesia necessarium. Locū designari Mantuā, Germaniæ, quòd Imperij sit, cōmodam: & inter primas Italiæ urbes, ex Alpibus descendentibus obviam. Huc neq; Cæsaris

Petrus Paulus Vergerius.

ſaris neq; Ferdinandi operã defuturam. Quod ſi ipſe nũc cauſas quærat, ut impediat, aut recuſet venire, orbẽ tum demum intellecturum, nihil ei placere ad pacẽ. Saxo rẽ cũ fœdere ſe cõmunicaturum ait: petitq; ſimul, ut mandatũ Põtificis ſcripto tradat. Addidit inde legatus, alias legationes ad alios reges hujus cõcilij edicẽdi cauſa miſſos, ſe verò in Germaniã Cæſari ac Regi locũ placere: & Electori quoque placiturum, ſpẽ bonã ſe habere. Iam quia fœderis ſocios conſulere opus eſt, orat, ut primo quoq; tempore eam rem maturet. Quod ad publicã fidem, qua aliàs ſibi ac ſuis caveri poſtulârat, eam nõ ſolum libenter dari: ſed Pontificem obſides etiam daturum, ut minori metu conveniant. De ratione & forma diſputandi conventurum in concilio.

Confœderatorũ reſponſum legato Pontificis datũ.

Confœderati re cognita, Vergerio per literas brevi reſpondent: Iam antea ſuam voluntatẽ & ſententiã Cæſari ac Pontifici declaraſſe: legitimũ ac liberum cõcilium, quale hoc fortaſſe eſſet futurum, ſe velle. Dolere

tamen

tamen unum, rabie non humana in se & suos sæviri. Vitia, quæ ubique ecclesias inundassent, prius esse è medio submovenda. Quòd verò Mantua concilij locus placuerit, mirum videri: cùm Cæsar ab ijs non esset discessurus, quæ in frequenti ordinum Senatu semel placuissent: Decretum fuisse tum factum, ut in Germania synodo locus deligeretur. Et in hanc sententiam pluribus legato responsũ fuit. Vnde haud obscurè coarguebãt, se è Germania exciri nolle.

Legatio Regis Galliarum. Supervenêre eodem tempore Smalcaldico conventui legati Galliarum. Hi excusarunt supplicium de quibusdam in Gallia ob novam religionem sumptam. Nihil illud ad injuriam Germanorum, aut ejus doctrinæ quam ipsi tutarentur, quicquam pertinere. Non negare se quidem, mortalium incuriâ & oscitantiâ temporis superstitiones aliquas in Ecclesiam irrepsisse: sed cæremoniarum nonnullas non esse inutiles omninò. Quocirca, omnes non esse explodendas. Si Germanis in rusticos

sticos sævire, quorum tumultus armis oppresserant: si in Anabaptistas severè, quòd magistratui non pareant, animadvertere licet, cur idem Regi in suo regno, in nefarios non liceret? Neque verò necessum esse in præsentia commemorare, quas ob noxas anquisitum sit. Post hæc multa benevolè de utriusque gentis cognatione, origine, & animorum conjunctione peroravit. Regem legatos suos ad ipsos ire voluisse, ut quæ vellet, non per literas, sed per legatos coràm ageret. De concilio idem se cum Germanis sentire. Et ea tempora non pati nisi extra Italiam liberum concilium. Rectum sibi videri, ut misso Pontifice, concordiam & pacem ipsi inter se ineant. id quod proclive, factu esset, si animis quorúdam præter ferociam insitam remissis, nihil obstinatè gereretur. Gratiæ actæ sunt regi à concione, quod benè de religione sua sensisset: de utriusque populi necessitudine, deque benevolo erga Germanos animo, ad ultimum, de judicio de synodi denunciatæ

Responsio confœderatorum.

nunciatæ à Pontifice ratione, & quid is parturiret. Et quemadmodum Rex contra consociatos fœdere nulla auxilia Cæsari esset missurus: vicissim ne se quidem Cæsarem in rebus quæ ad imperium nihil pertinerent, adversus Regem, armis aut opibus adjuturos.

Legatio Regis Angliæ.

Secundùm ista, legati à rege Angliæ venerunt: qui in concionem admissi. Regem in regno suo veterem religionem abolevisse exposuerunt. Hortari Germanorum nationem, ut secum pergant novam religionem pari studio vindicare. Pontificem Romanum simulare tantum synodum, sed re diversum cogitare. Regi gratiæ eâdem humanitate, qua Gallo, actæ sunt. Revocatur hic firmaturque societas, & fœdus principum & civitatum in annos decem: simul plures adscribuntur, inter quos Angliæ rex fuit. Ab hujus legatis in fœdere hæc quoque expressa fuerunt, ne alium concilij locum sibi à Pontifice præscribi paterentur, quàm ipsi Vergerio indicassent.

Decretũ in conventu Smaldico.

ſent. Sin pergeret Pontifex,ut denunciari juſſit, ejus conſilio intercederent. Vt ſocius fœderis eſſet,ita ſe defenſorem ipſi fore. Si bellum religionis cauſa ipſis inferretur, rex vim facienti nulla auxilia mitteret, ſed in fœderis defenſionem centena aureorum millia conferret. Reliquos ſumptus ipſi facerent. Sed ſi bellum diutius traheretur, quàm ut ferendis oneribus ſufficerent, rex ducenta aureorum millia penderet. Se verò non tantum armis ſancitum fœdus, ſed ſanguine & vita etiam tutaturos. Hoc fœdus inter regem & Proteſtantes paulo pòſt arctius per literas coivit.

Pontifex legatum ſuum è Germania revocat.

Pontifex interea, cognito Cæſaris ex Hiſpania reditu Neapolim, Vergerium legatum trepidè è Germania miſſis literis in Italiam revocat. Quibus is lectis nihil amplius commoratus, quanta potuit celeritate Romam redijt, & ad Pontificem confœderatorum reſponſa retulit: quid poſtulave-

rint,

rint, & quid in Senatu Imperij Cæsar ipsis feratur pollicitus. De Lutheri & aliorum reditu ad saniorem mentem, nihil esse quod expectaretur, nisi vi armata compellantur. Auditis his Pontifex, extemplò Vergerio mandat, ut pari celeritate Neapolim contendat ad Cæsarem, eique, ut quæque acta essent, exponeret. Haud diu ibi cunctatus tum Cæsar, brevi Romam venit. Vbi de bello Turcico & Imperij rebus pleraque ipse & Pontifex contulissent, de concilio indicendo ita inter eos convenit, ut diplomate conscripto, quod è dignitate Pontificis esset, Cæsar efficeret, ut potior Germaniæ pars in Italiam se ad concilium sequeretur.

Vergerius mittitur ad Cæsarē Neapolim Cæsar Romam venit.

Convenitur à confœderatis secundum hæc Francfortum. Hic recepto in societatem Wirtenbergensi, deinde Pomeranorum ducibus, Georgio & Ioanne Anhaldis, Augustâ, Francforto, Campoduno, Hamburgo, & Hannobrio, legationes ad Angliæ regem decernuntur. Verùm priusquam legati proficiscerentur,

Conventus confœderatorum Francofurtensis.

nuncio

nuncio adferebatur, Annam reginam adulterij incestusque prætextû à rege securi percussam fuisse. Quãobrem à legatis mittendis in totum destiterunt. Prodiit his diebus diploma Pontificium, de edicto concilio.

Conventus Smalcaldicus: An. 1537. Heldus Legatus Cæsaris.

Protestantes Smalcaldiæ ad medium Februarij adesse jubentur. Huc quoque convênere primi nominis Theologi, quòd Heldus Cæsaris orator cum mandatis eò venturus diceretur. Adfuit brevi, atque Principibus legatisque civitatum in concionem advocatis, legationem suam exposuit. Erat commemoratio offensæ & indignationis Cæsaris, quòd se absente pluribus in locis, quàm cùm discederet, status religionis totâ Germaniâ mutatus contra edictum esset: qua in re ludibrio se habitum existimare. Gratum tamen unum illud esse, quòd de fœdere Gallico & Britannico se perpurgassent. Gallorum regem in se moliri bellum, & Turcam armare in Germaniam, ut dissidio divulsos opprimat,

mat, Cæſarem velle ab ipſis pactas in ducias ſervari: præcipuè quòd proximo concilio, quod inſtaret, omnes controverſiæ religionis diſceptarentur. Omnes ſcire, quanto ardore, ut concilium cogeretur, abſens præſens inſtitiſſet. Quod ut aliquando inchoaretur, & bonis auſpicijs finiretur, reditum ab expeditione Aphricana in Hiſpaniam maturaſſe, ut primo vere traijceret in Italiâ, quò præſens concilio intereſſet, niſi bello impeditus ab eo averteretur: & tamē nullum ſuum ſtudium à ſe abſente deſideratum iri: Sperare autem, quoniam ipſi ſemper concilium dari voluerunt, quin omnium conſilia & rationes huc inclinatæ eſſent, ut non ſolum quantum diſſidiorum in Eccleſia eſſet, tolleretur: ſed etiam vitia & labes, quibus deformata eſſet, ſubmoverentur. Cupere Cæſarem de voluntate eorum eſſe certiorem. Nā ſi nunc reſtitent, & venire detrectēt, occaſionem oblatam prætermiſſuri: aut ſi qua excipere velint, aut differre ſententia eſſet, omnes gentes humanas

nas haudquaquam dextram existimationem de ipsis concepturas, ut qui turbas quàm tranquillitatem mallent, bellumque ocio præoptarent. Orare Cæsarem, ut hic paratos se omnes lubentesque præbeant, quò ipse vicissim studium ac propensam suam voluntatem erga eos declarare posset.

Postquam legatus in hanc sententiam multa perorasset, dimissâ concione, Saxonem secretò convenit, oratque, ut Cæsaris amicitiam quorundam assentationibus potiorem ducat, eique hac in re morem gerat. Cæsarem benevolentiam ei aliquam sœpè voluisse quidem, sed ob religionis diversæ negotium declarare non potuisse: quam tamen composito dissidio effusam pariter, & cumulatam experturus esset. Sin ipse venire recuset, neque legationes mittat, reputet apud se, quantum mali in ea irritatio in posterum allatura sit. Præterea admonuit, ut quemadmodum

Legati Cæsaris privatum colloquium cum Saxone.

modum in comitijs Ratisbonensibus placuisset, auxilia adversus Turcam, qui jam tum in Germaniam irrumpere parabat, mitteret. Quod si is à bello destiterit, arma cum alijs in Gallum, qui Allobrogum ditionem ad Imperium spectantem invasisset, induceret. Adjecit & alia quædam de sumptibus magnis, quos Cæsar in judicium Imperiale fecerat, communiter tolerandis. Saxo ista se referre velle, respondit: quòd haud perindè ad se, atque socios, pertinerent.

Saxonis responsio.

Postquam in concilium ventum est, multa adversus singula vehementi oratione dicta sunt. Postremo de concilio in Italiam à Pontifice indicto, pugnare cum Cæsaris & Imperij decretis. Neque ipsis satis liquere, num eum locum alij principes & reges extra Germaniam probent. Causas esse justas, quamobrem eò recusent venire: periculum ex æquo omnibus commune: insidias, quas Pontifex per clientes suos ipsis strue re posset. Ad hæc, cum negotium hoc sit omnium maximè arduum,

Disceptatio de loco concilij.

quod

quod ad communem omnium mortalium ſalutem ſpectet, magnitudinem rei poſtulare, ut ea non per legatos tranſigatur, ſed viris ingenio & eruditione excellis permittatur, quorum aliquis numerus in Italiam mittendus eſſet. Moleſtum admodum fore limites Imperij tranſcendere, & interea Germaniam præſidiis nudatum iri, & eccleſias aliquot miniſtrorum vacuas futuras. Ad ea Heldus: Mantuam propterea delectam concilio, quod cœli ſalubritate, & rerum omnium commodis nulli loco eſſet inferior: tum autem convehendis commeatibus opportuna. Nihil eſſe, quod de inſidijs & periculo fingerent. Cæſarem curaturum, ut ipſis publica fide, datis inſuper obſidibus, caveatur. Popoſcit per hæc legatus catalogum eorum, qui poſt pacationem Norimbergenſem in fœdus veniſſent. Ad hæc, quale, & quorum conſilio ictum eſſet fœdus iſtud.

Dum iſta geruntur, ſupervenit forte legatus Pontificius ad Saxonem *Legatus Pontificis nō magni æſtimatur*

nem primùm, ut ei concilium denunciaret. Sed cùm videret ſuam legationem non magni apud eum fieri, Heſſi colloquium petivit. Is per miniſtrum legato reſponderi contemptim juſſit, non eſſe vacuum audiendis legationibus. Inde ad inviſendum Lutherum iter avertit: is tum fortè graviter ex calculo laborabat.

Reſponſum Confœderatorum Heldo datũ.

Cæterùm quarto inde die pòſt, Heldo à confœderatis reſponſum fuit: Pontificiorum conatum huc ſpectare, ut Cæſarem contra fœdus concitent. Initum autem id eſſe, non ad injuriam inferendam, ſed ad vim depellendam ſpectare. Quod ut diſturbetur, illos enixè operam dare. Diploma Pontificis longè aliud ſentire, quàm voluntas Cæſaris eſſet. Illud argumento eſſe, quòd novam ille religionem ante diem concilij condemnaturus eſſet. Id verò haudquaquam voluiſſe Cæſarem tot comitijs ordinum Imperij. Quod verò ad locum, quo orbi Chriſtiano non eſſe commodiorem diceret, diverſum

versum re ipsa apparere: nullum Germania ad conveniendum undique aptiorem. Alios reges ac principes per legatos sua munera obire posse: se verò cum suis Theologis ipsos cōvenire oportere. Bellū super hæc in Italia flagrare. Ducē Mantuanum doctrinæ suæ infestum hostem esse fratrem habere Cardinalem non in postremis. Civitates in Germania esse haud minus claras, quàm sit Mantua: neque minus justitia & æquitate celebres, id quod Cæsarem non lateret: cujus unus hic semper fuit scopus, ut vitia & errores, quæ temporibus in Ecclesiam irrepserunt, extirparentur, ejus rei ne mentionem quidem semel factam à Pontifice in diplomate. Iam ut maximè Cæsar adsit in concilio, si reges, quantulum eis concederetur à Pontifice & Cardinalibus? Proinde se Cæsarem orare, ne indignè ferat, si eum locum, ut suspectum, & ad insidias paratum, prudenter declinent. Naturā non tantum hominibus, sed brutis etiam id insevisse, ut sibi à periculis

Natura pericula cavet.

riculis & insidijs caveant. Reputandum esse, quid in Constantiensi concilio Sigismundo Cæsari à Patribus de publica fide data responsum fuerit. Exempla docere posteros, quatenus hominibus sit credendum. Cum hoc responso dimissus Heldus, ad Cæsarem redit. Cogitur concilium interea. Sed cùm bellum Turcicum hinc, Gallicum illinc arderet, nihil memorabile actum fuit.

Conventus Brunsuicensis: An. 1538.

Convenitur in Germania Brunsuicam à Ducibus, & civitatum legatis. Huc quoque Daniæ Rex venit: & quorum gratia adfuit, coràm egit. Novaverat is nuper in regno suo, exemplo Germanorum, religionem: & ad imbuendas ecclesias nova doctrina, è Wittemberga Pomeranum exciverat. In fœdus & rex hic adscriptus fuit: Fœderis societatem petivit Prussiæ Dux: sed quia in proscriptorum tabulam à Cæsare relatus erat, dare societatem illi recusarunt. Saxo Mauritium, quòd pater ejus in confœderatorum numero esset, sibi adjunxit.

Heldus

Heldus animadvertens, confœderatorum opes & potentiam indies magis atque magis augeri, Cæsari author fuit, novi fœderis faciendi cum alijs diversæ religionis assertoribus Principibus. In eo scripti fuerunt, Cæsar, Ferdinandus Rex, episcopus Moguntinus, Salsburgensis, Gulielmus & Ludovicus Bavari. Georgius Saxo, Ericus, & Henricus Brunsuicensis. Et hujus fœderis causa fuit, ut, si ab alijs quavis aut injuria veteri religioni fieret, ad eam armis vindicandam statim præsens auxilium adesset. Ictum in annos undecim, Sanctumque fœdus appellatum fuit.

Heldus author fœderis Pontificiorum.

Causa fœderis Pontificij.

Mittuntur legati à confœderatis ad Cæsarem, qui post honorificam gratulationem reditus ex Hispania, de injurijs adversariorum, præcipuè Henrici Brunsvicensis, à quo magnis calumnijs, quasi bellum adversus Cæsarem molirentur, traducerentur quotidie, questi fuêre. Ejus scribam à Lantgravio circa Cassellum, ad Principes quosdam missum cum lite-

Legatio confœderatorum ad Cæsarem.

ris, interceptum fuisse: è quibus, ut judico, eorum consilium detectum fuit. Conatum illum contra Lantgravium, ejusque socios, Cæsarem & alios plerosque Principes, ut literæ indicabant palàm, concitare. Illos conquisisse milites: quorum exemplo se quoque copias comparasse, ut si arma inferrentur, vim illatam propulsarent.

Altera legatio Confœderatorum ad Regem Galliæ.

Mittitur & secunda legatio ad Gallorum regem, oratum, ne quem doctrinæ & religionis Germanorum causa infestè persequeretur.

Cæsar Saxoni ac Hesso scribit, & nova comitia indicit.

Paucis inde diebus pòst, literas Cæsar ad Saxonem & Hessum dedit. In his ostendit, dissidium religionis necessariò componendum esse: quo diutius cessaretur, hoc gravius discrimen reipublicæ imminere. Comitia habere Spiræ constituisse cum fratre, in postridie Non. Iunias, ut maturè eversioni occurreretur. Aut si pestis ibi sævire pergat, aliò, quò fratri videretur, indicenda esse. Quò igitur periculorum securi adessent, publicam se dare fidem. Quod si per valetu-

valetudinem non liceret, legationes illi suas mitterent. Eandem pacem permitti omnibus, quæ Norimbergæ data fuisset. Ad ea illi per literas: Gratum esse, Cæsarem pacem & concordiam velle conciliare: sed scire se, Regi hanc concordiæ viam tot habitis comitijs placuisse, ut legitimo concilio in Germania negotium disceptaretur. Id non posse angusto temporis spacio fieri. Et Francfurti de ratione colloquij mentionem injectam fuisse. Quod ibi placuerit, id optimum sibi videri. Nec se posse eò venire, nisi approbantibus socijs. Ad hæc, angustius esse tempus, quàm ut ad indictum diem, re prius communicata, adesse possint. Missuros tamen se legatos, quod Rex illuc se conventurum dixisset. De publica autem fide rectum esse. Sed cùm res sit religionis, petere simul, ut eadem & Theologis, quorum disputationibus finienda sit ea controversia, concedatur. Principũ responsio.

Conventum brevi est Hágonoam, quòd pestis Spiræ non remitteret, Conventus Haganoënsis: An. 1540

ret, ſeptimo Calendas Iulias. Præter Principes, & Principum ac civitatum legatos, Theologi convenère multi. Adverſarij ab his poſtulant doctrinæ capita, quæ in controverſiam traherētur. Reſponſum à Theologis, ea Auguſtæ exhibita fuiſſe, & quidem ante annos decem. Ad ea defendenda huc jam ſe adeſſe, quo hac via aliquando ad colloquium perveniretur. Exhibetur liber ijs, qui medij diſceptatores eſſent. Ab his paucis poſt diebus reſpondetur, quædā reconciliata eſſe, aliqua nondum. Poſtremò poſt altercationem leviuſculam decernitur ad hunc modum: Vt dies Wormaciam, ſi Cæſari ita videretur, alius indiceretur, in quo confeſſio Auguſtana ab undenis, adhibitis ſcribis fidis pari numero (qui fideliter & raptim non argumenta ſolum, ſed verba ipſa etiam excepta chartis traderent) diſcuteretur. Interea loci utrinque ab injuria abſtineretur. Eò Septemviri Electores ſuas legationes unà mitterent: & cum his Magdeburgenſis, Salis-

Decretū Haganoenſe.

Salisburgensis, Argentoratensisque episcopi: Gulielmus item Dux Cliuensis, & Gulielmus ac Ludovicus Bavari. Approbatur à Cæsare decretum. Datur publica fide omnibus ultrò citroque ad conventum Wormaciensem commeandi potestas, etiam eorum Theologis.

Cæsar legatum Granuellanum ad dictum diem eôdem mittit. Adfuit & Pontificis legatus Thomas Campegius. Hic adhibentur notarij, & scribæ bini. Sed cùm illi, qui à veteri religione stabant, legatos à consilijs Brandeburgensis, Palatini & Cliuensis in confœderatorum partes plus æquo propensos adverterent, metu ne suffragiorum numero, in his, de quibus altercatio erat, superarentur, tempus studio extraxêre, si interea diversi aliquid à Cæsare nunciaretur. Conveneràt jam utcunque de colloquij forma, de qua inter ipsos variatum fuerat: & diem unum colloquendo consumpserant, cum literæ à Cæsare ad Granuellanum legatum allatæ, colloquium disturbarent.

Colloquium Vvormatiense. An. 1540.

Literis Cæsaris disturbatur, & Ratisponam reijcitur.

rent. Eæ recitatæ in frequenti concione ſunt. In his continebatur: Velle actionem in comitia Ratisbonenſia differri: huc omnes convenirent, eadem fide, qua Wormaciam conveniſſent. Se quoque colloquio intereſſe velle. Granuellanus lectis literis, domum reditum retrò maturaret.

Cæſar Ratisbonam venit.

Venit Cæſar menſe Martio Ratisbonam, & Principum nonnulli. In exitu Martij expectatus diu venit & Lantgravius. Saxo ipſe non adfuit quidem, ſed Legationes miſit, ac Theologos primarios, inter quos erat Melanthon. Pontifex legatum Caſparem Contarenum, virum ſummæ authoritatis in collegio Cardinalium, eò legavit. Terni hic ad colloquendum à Cæſare leguntur: Iulius Phlugius, Ioannes Gropperus, & Ioañes Eccius: rurſus Philippus Melanthon, Bucerus, & Ioannes Piſtorius. His mandatum fuit, ut capita controverſa ſine acerba contentione excuterent: & ad Cæſarem ac Principes conciliata referrent.

Præſi-

Præsidere colloquio jussit Granuellanum: cui adjunxit Principes quosdam,& raræ eruditionis viros,rerum actarum testes. Inchoatur colloquium sub exitum mensis Aprilis, anno quadragesimo primo. Hic postquam de communi omnium colloquutorum judicio ac consensu (negavit id postea;quod ad se, Eccius) in eo volumine quòd Cæsari exhibebatur, nonnulla conciliata fuissent:de præcipuis inter ipsos convenire non poterat. Castigatum volumen traditur Cæsari. Laudat hic eorum diligentiam ac studium : hortaturque eos,ut ita pari cura cætera,quod fieri posset, conciliare pergant. At Episcopi, quorum magnus hic erat numerus,& colloquium,& librum Cæsari oblatum reijcere conabantur. Instare contrà Electores, ut rem , secundum decretum Hagenoicum, cum Pontificio legato conferret: in primis ea capita quæ ostendimus à Theologis conciliata fuisse. Si qua obscurius essent explicata, ea illustrarentur amplius. Sin illud obtineri

non posset, ad concilium reijceretur. Cæsar, velle cum legato rem communicare, & de ejus consilio statuere, respondit. Contrà Theologi, qui Protestantes dicti fuêre, contendêre: Cæsari aliud scriptum offerre, in quo quid rectè ac ordine videretur fieri, exponebant. Consulitur à Cæsare legatus: cui ita visum fuit, ut quæ acta essent ipse ad Pontificem referret. Non esse ullam spem in illis, ut ad sanam doctrinam redirent, quòd pertinaciter ab Ecclesiæ concordia in tam multis discederent. Respondetur à Theologis Contareno: longè aliam spem se de ipso ab initio concepisse, quàm qui nunc occultè Principes & Episcopos ad tyrannidem extimularet. Clamat legatus ad Ordines Imperij nunquam se assensurum, ut capita conciliata usque ad synodum ita docerentur: verùm in universum omnia ad Pontificem relaturum. Electores censere contrà, ut conciliata tam diu tolerarentur: reliqua in comitijs proximis posse conciliari. Orare Cæsarem, ut

ipse

ipſe,ad cogendum concilium in Germaniam primo quoque tempore, Pontificem inducat: eoque legatum mittat, ſi ipſe venire non poſſet. Inſtare etiam eorum Theologi, ut Cæſar doctrinam conciliatam doceri ita jubeat,fore ut ea ratione via ad corruptos mores in Eccleſia caſtigandos ſterneretur. Epiſcopi, Bavari fratres, & Henricus Brunſvicenſis ſententias rogati,cenſuêre, ut Contarenus Pontificem, ad edicendum in Germaniam concilium, vel orbis Chriſtiani, vel nationis ut minimum, impellat: ut errores & ſectæ, quæ indies Germaniam inundarent, extirparentur:aut comitia Ordinum Imperij habenda. Interea ab Auguſtano decreto non diſcedendum. Quæ à Theologis verò conciliata fuiſſent, non magni admodum eſſe momenti. Cum autem de præcipuis, in quibus cardo rerum verſaretur, controverſia eſſet integra relicta, ut nulla concordia, niſi illis conciliatis, expectaretur: è republica Chriſtiana videri, ut omnia ad concilium proximum

mum referrentur. Sententiis omnium Cæsar auditis, eam approbavit quæ ad concilium omnia trahenda censuit. Priusquam conventum dimisit, cum pontifice de concilio acturum se promisit. Monuitque simul, ne quid se absente novaretur: bonam spem concipiens, fore ut in ea synodo vitia, quibus Ecclesia deformata esset, è medio tollerentur. Inde perfectis comitijs in Italiam profectus, Lucam contendit. Hic interim, dum consilia cum pontifice de bello Turcico de concilio, alijsque arduis negotijs confert: copias, cum quibus in Aphricam trajecturus erat ad bellum (ex Algiera capta barbari quotidie Hispaniæ agros, oramq; maritimam, & interjectas insulas, ipsumque mare mediterraneum populationibus ac prædationibus infestum faciebant) in naves imponendas curavit.

Conventus Spirēsis: Anno 1542. Conventus per hæc Spiræ habetur: legatum eò mittit Pontifex Ioannem Moronum, cùm belli Turcici causa, tum ob ea quæ inter eum & Cæsarem

Cæſarem nuper de concilij ratione Lucæ acta fuiſſent. Excuſavit hic Pontificis grandiorem ætatem, per quam & itineris difficilis magnitudinem, & cœli mutationem, in Germaniam venire non poſſet. Velle eum tamen præſentem concilio intereſſe. Quare ſi neque Ferraria, neque Bononia, neque Mantua, neque Placentia arrideret, Tridentum, ditionis Ferdinandi, cardines Germaniæ, diſplicere non poſſe. Epiſcopis ac Principibus qui Cæſaris erant, ea urbs commoda ſatis viſa fuit. Reclamatur ab alijs, neque locus recipitur, Legatus, perfectis ijs quæ Spiræ ipſi agenda fuerant, Romam reverſus fuit.

Moritur per eos dies Henricus Miſniæ dux, cui ſuccedit Mauricius filius. Inter quem, & Electorem Saxonem, patre vix humato, levi de cauſa gravis ſimultas ſtatim orta fuit. Vterque oppidi cujusdam jus certatim ſibi vindicabant. Aliam cauſam diſcordiæ fuiſſe inter eos accepi. Cum in aleæ ludo Mauricius, omni

Henricus Miſniæ Dux moritur.

Diſcordiæ inter Electorem Saxoniæ & Mauritium.

Causa hujus discordiæ.

omni pecunia amissa, patruelem ad continuandum lusum, deposito oppidulo, improbius paulò ursisset, illo amisso, acerbius eum ab Electore increpitum fuisse, ut adolescens in posterum modum in ludendo servaret. Tum acerbitatem reprehensionis tam graviter accepisse Mauricium, ut inde digressus, paucis diebus pòst Electori bellum denunciaret. Vterque conquisitionem militum jam habere cœperat, quò ad vim armatam concurreretur, cùm per Lantgravium disceptatorem in gratiam reconciliarentur.

Pontifex R. Concilium parat.

Pergit nihilo constantius Pontifex Romanus Tridenti ad Calendas Novembris frustra ardente bello Gallico, concilium edicere, convocat huc suos per Italiam, & in primis in Germania Episcopos, quibus maximè impulsoribus coactum fuerat.

Henricus Brunsuicensis bellū movet.

Proximis comitijs, Cæsare profecturo in Aphricam, decretum fuerat, ne quid se absente in Imperio novaretur: & utrinque ab injuria abstineretur. Spreto edicto, Henricus Brunsui-

Brunſuicenſis Goslariorum Brunſui-corumque agros, quod eæ civitates Smalcaldico fœderi adjunctæ eſſent, indies populationibus infeſtos reddebat: Saxo & Heſſus vim à ſocijs è jure fœderis prohibituri, contractis celeriter equitum peditumque non contemnendis copijs, arcem ſitu & opera munitam Wolfebutulum obſidere cum omni apparatu primùm, & deinde oppugnare parabant. Sed præſidijs deſpondentibus animos arcem diutius defendere poſſe, deditio facta eſt. Ipſe dux paulò antè cognito hoſtium adventu, in Bavariam ad conſilij ſui ſocios conjuratos, cum Carolo Victore filio maximo natu ex arce fugâ dilapſus abierat. Repertæ ibi fuerunt Bavarorum literæ fratrum, Moguntini, & Heldi, è quibus omnia quæ occultè molirentur, detecta fuerunt. Rex Romanus in itinere, cùm Norimbergam comitia peteret, cognito bello Brunſuicenſi, literas extemplò ad Saxonem & Heſſum dedit, quibus eos ab armis diſcedere juſſit: metu ne fa-

Vvolfebutelum oppugnatur.

ma

ma belli inteſtini excitus Turca, in Germaniam perrumperet. Ad regias literas reſponſum fuit à Ducibus è caſtris: & belli ſuſcepti cauſæ commemorantur. Neceſſitate ſe ad defendendos ſocios armis contra vim illatam, coactos. Brunſuicenſem ſpreto decreto Imperij, ſociorum agros populatum, abacta opima hominum pecorumque præda, fuiſſe. Vni illi illatum bellum. Iam ſe in Turcam auxilia miſiſſe: præſenteſque copias confecto bello eôdem omnes tranſmiſſuros. Optare ſolum, ut reliqui Principes idem facerent. Brunſuicenſis brevi pòſt Saxoni & Heſſo diem ad Iudicium Imperiale dicit, & de gravibus criminibus eos accuſat. Illi recuſant forum, cùm ob alia, tum quòd à judicibus ante dictam cauſam præjudicio, ác odio ſingulari pro hæreticis condemnati eſſent: cujus rei cauſas paulo pòſt in comitijs Norimbergenſibus plenius reddiderunt:

Cæſar Spiram ad comitia indicta contendit: Anno 1544.

Inter hæc Cæſar ex Hiſpania in Italiam poſt bellum Aphricanum reverſus

versus, Spiram, quò conveniendi diem per literas ordinibns Imperij indixerat, contendit. Mittunt legatos suos confœderati Duces & populi, per quos publicam fidem ad conveniendum petunt: ut vitia Iudicij Imperialis castigentur: ut æqualis in conferendo ad bellum Turcicum proportionis ratio haberetur: ad ultimum, ut dato senatu ipsis, justa se arma in Brunsuicensem sumpsisse ostendere liceret. Ad ea Cæsar: Satis illis alijs comitijs cautum: judices Imperiales non posse indicta causa loco moveri: collationem pecuniarum in Turcam è communi consilio ordinum Imperij fieri debere. Interrogati inde legati, quid de restituendo Brunsuicensi, id quod ipse urgeret, ipsi censerent: nihil de eo se in mandatis habere, paulo pòst responderunt. Tum Cæsar: quod ad cavendum, secus fieri non posse: ac nisi Brunsuicensis in ditionem suam restitueretur, se viam inventurum, qua is amissa recuperaret. Legatio Princi pũ ad Cæsarem.

Conveniunt confœderati inde Franc- Confœderati Principes

protestantes Francofurtum conveniunt.

Francfurtum ad consultandum amplius jam maturè de ijs quæ Spiræ in comitijs proximis ageretur. E Francfurto Saxo & Hessus literas dant ad Cæsarem, qui tum Bruxellę erat, quibus significabant se ad comitia venturos, si ipse Cæsar adesset, & sibi socijsque publica fide caveretur. Formulam publicæ fidei transmisit Cæsar, & sese mense Ianuario Spiræ adfuturum scripsit.

Comitia Spirensia.

Postquam eò perventum est, Cæsar commemorare orditur, quamobrem relictâ Hispaniâ transisset in Germaniam. Turcicum bellum à Gallorum rege concitatum: ipsumque Gallicum, quod adhuc integrum haberet. Et nunc, quòd Turca in Hungariam cum innumerabilibus copijs invasisset, ejusque regni arces aliquot & claras urbes cepisset, moliretur vi armata in Germaniam perrumpere. Deliberandum hic de auxilijs contra communem hostem mittendis. Ad hæc liquere omnibus suum studium, ad dissidium religionis componendum. Ad id omnibus

bus comitijs se laborasse. Quod ut aliquando tolleretur, authorem se Pontifici ad indicendum concilium fuisse: cui ipse interesse cuperet, nisi Gallico bello adhuc ardente præpediretur. Sub ista, ubi Rex item de calamitate Turcica verba fecisset, Saxo & Hessus multa in Brunsuicensem acerba dixerunt: eumque hoc consilio Imperij indignum, neque in senatum admitti ob perpetrata flagitia debere. Ille recriminari eos: Se contra publicam & fidem, & pacem imperatam, summâ injuriâ sua ditione exutum, pulsum patriâ, queri: & exilio, nullo suo in eos merito, multatum. Cæsar, quia in multum diei consilia extracta fuerant, diem produxit, quo eorum causas cognosceret. Is ubi venit, de scripto Saxo & Hessus multas criminationes in Brūsuicensem pro se quisque congesserunt. Eum nihil divini aut humani juris, præ impotenti animi ferocia, sanctum servare. Cladibus alijs super alias, contemptis decretis Imperij, Brunsuicam, Goslariam misere

ſerè divexaſſe. Precibus harum civitatum, & lachrymis ſe perpulſos, fretos eorum præſidijs vim ac tyrannidem hominis cohercuiſſe: non bellum priores intuliſſe. Recitant inde literas prolatas, quas in capta arce repererant, ad Bavaros, Heldum & Moguntinum ſcriptas, in quibus ſcommata in Cæſarem abſentem obliquè, & Granuellanum multa infeſtè etiam jecerat: Ceſſatorem eſſe Cæſarem, & nimium cunctari, Norimbergenſe fœdus non tueri. In culpa præcipuè Granuellanum eſſe, qui à confœderatis & populis & Principibus acceptâ pecuniâ corrumpatur, dignumque ob id qui infœliciter periret. Cæſarem interim altùm in utramvis autem ſtertere, nec expergiſci poſſe. Nomen Cæſaris inane ad terrorem tantum faciendum ſpectare, & ſine ulla re memorabili prætexi: perinde ut aucupes ſimulacra quædam accipitrum, & aquilarum formulas ad perterrefaciendas alias aves ſub dio exponunt. In eandem ſententiam Heldi &

Hiſtoria memora.

di & aliorum literæ recitatæ sunt. bilis Evæ
Refertur in eodem concilio (aberat Trotinæ.
ipse Brunsuicensis) turpe tanto Principi flagitium, de amica Eva Trotina, ex qua superstite conjuge, sed inscia, septem proles suscepisset: cujus viventis funus, ligneo simulacro capitis pectoris ac cervicis humanæ, facto, reliquisque corporis partibus ex linteo cineribus suffarcinato suffultoque in theca ita, veluti integro mortuæ puellæ linteamine involuto corpore, imposito, honorificè efferri curasset: cæremonias funebres & justa omnia persolvisset mortuæ Evæ. Aliaq; id genus fœda auditu in eum cumularunt. Brunsuicensis, ubi primum inde Senatus datus esset, multa vicissim conviciorum plaustra in Saxonem & Hessum, ne à dicacitate quidem abstinens, congessit, modò conjuratos raptores, modò Turcici fœderis socios eos appellare: interdũ minari bellũ, deniq; mare cęlo misce re velle. Illi purgare se intrepidè cõtra impudentes & calũniarũ refertas criminationes: In hoc cõcilio decer-

nuntur

cernuntur subsidia, Cæsari primùm in bellum Gallicum: deinde Ferdinando, in Turcicum: & pax, ad id usque temporis, cùm proximum esset concilium, Ne quod interea convicium cui, aut vis fieret: turbæ nullæ religionis causa excitarentur: injuriarum esset oblivio: & pleraque alia, quæ ad tranquillitatem Imperij, durante bello Gallico, servandam conducerent. De ditione Brunsuicensi, ponendo sequestro, ita visum fuit Cæsari: ut agros: arces, urbes, & quicquid ditionis Brunsuicensis esset, utrinque sequestro Cæsari permitterent: qui ejus gubernationem committeret, cui videretur, donec causa disceptata esset. Velle in eum jure suo animadvertere, qui non pareret.

Decreta comitiorum Spirensium.

Famâ conventus, & rerum actarum in comitijs brevi Romam allatâ, literas ad Cæsarẽ Pontifex dedit, stomachi plenas: quòd religionis negotiũ in Imperij conventu disceptasset, cum id suo concilio committi deberet. Adduxit exemplorum congeriem,

Pontifex scribit, ad Cæsarem, eumque ad bellum contra Lutheranos incitat.

geriem, Regum & Imperatorum, quos tragicus exitus fuiſſet ſequutus, quod ſedem Pontificiam læſiſſent. Rurſus eos triumphis in vita cum magno fortunarum ſucceſſu & acceſſione decoratos, qui eam opibus, ſanguine ſuo, & armis vindicaſſent. Cæſarem, rebellibus quæ permiſiſſet, ſe velle reſcindere: eaque facere, quæ ex ejus majeſtate eſſent. Quæ niſi perficeret, ſe ſuo officio in eum non defuturum. His literis cùm Cæſarem palàm in Principes Populoſque confœderatos bello petendos extimularet, is occaſionem aliam expectandam arbitratus, in præſenti conſilium diſſimulavit. Iam poſt aliquot menſes Pontifex, cùm Wormaciæ concilium Imperij eſſe audiviſſet, Cardinalem Farneſium eò miſit. Creditus fuit huc miſſus, ut verbis Pontificis Cæſarem ad arma contra confœderatos urgeret. Illud interim in confeſſo erat, Cæſarem jam tum animum totum ad bellum Turcicum adjeciſſe: ſed religionis controverſiam, & claſſicum Pontificium

illud fuisse remoratum. Simul è Roma literæ ad diversos perferebantur, Pontificem, etsi concilium Tridentinum ad exitum producere statuisset, belli tamen adversus Lutheranos (hoc quoque nomine confœderati vulgò tum appellabantur) gerendi tanto ardore flagrasse, ut duodecim millia peditum, equites quingentos ad id promiserit. Et belli duces, centurionesque jam scripserat. Fuit è Germania renunciatum Romā, præsens tempus ad eam rem adhuc esse immaturum: in insequentem annū eum terrorem extrahendum esse.

Cæsaris actio cum confœderatis de tollenda discordia Religionis

Agit interea Cæsar per suos cum confœderatis, de auferenda discordia religionis per concilium Tridentinum. Illi constanter negâre legitimum esse concilium, cui præsideret Pontifex, aut ejus legatus: neque liberè, neque fortiter haberi posse, quòd tot antè præjudicijs ipsi condemnati essent. Supervenerunt, quasi ex composito, legati Gallorum, qui Cæsarem orarunt, ut ad dissidium religionis in Germania flagrans, per

conci-

concilium tollendum anniteretur. Facit per hæc inducias cum Turca Cæsar. Cæsaris induciæ cum Turca.

Eodem tempore Archiepiscopus Coloniensis ab Academia, & pleraque religione graviter apud Cæsarem accusatur, de conatu emendandæ suæ religionis: quodque Lutheranos Verbi doctores per diœcesin ecclesijs præfecisset. Archiepiscopus Coloniensis apud Cæsarem accusatur. Vocatur intra trigesimum diem ad causam dicendam: aut legatum mitteret, qui objecta refelleret, aut ut rectè facta tueretur. Videret, ne quid interea temporis amplius in ditione sua novaret. Idem imperatum fuit civitatibus, in quibus per exteros concionatores doctrina mutari cœperat. Vocantur & Romam per eosdem dies, & cum eo primariæ basilicæ Coloniensis illustres heroës Canonici aliquod, qui Archiepiscopi studium approbabant.

Brunsuicensis Dux, cùm ager ejus decreto concilij facto sequestro Cæsari datus esset, nihil ejus minis perterrefactus, ne quas res novas incœptaret, Brunsuicensis dux amissa recuperare studet.

ptaret, pecunia à Gallo, ſed in alium uſum accepta, inſtructus, conſcripto quàm poterat occultiſſimè exercitu, amiſſa recuperare conſtituit. Equites paucis diebus mille quingentos, peditum ad octo millia confecerat. Cum his copijs ſuam ditionem populabundus ingreſſus, Stenbruccum arcem per deditionem in poteſtatem recepit. Minatur vaſtationem vicinis populis, qui Smalcaldico fœderi illigati erant, ni damnum datum ſarciant, ac à fœdere diſcedant. Receptis jam paſſim aliquot oppidulis & caſtellis in ſuis finibus, extemplò omnem armorum terrorem in arcem Wolfebutelum tranſtulit.

Heſſus eidē ſe opponit, ejuſque conatus impedit,

Heſſus ſociorum precibus fatigatus, in finibns ſuis tumultuariò ſeptem millia peditum contrahit, & equites mille ſexcentos. Ad Northeimum, equites mille, & tria millia peditum. His copijs ſe conjungebant, quos Saxo Elector ſubſidio miſerat: præterea ſexcentos voluntarios, quos in agris ſuis collegerat. Ad hos accedebat Heſſi gener Mauritius cum

tis cum mille equitibus, & peditum millibus quinque. Cum his copijs Hessus Brunsuicensi obviam processit.

Ille hostis adventu accepto, omissa obsidione arcis Wolfebuteli, collecta undique pecunia militibus, qui jam dilabi cœperant, stipendium poscentibus persolvit. Inde profectus ad Calfeldum, mille passus à castris Lantgravij, castra communivit: cùm dux Ericus, ejusq; mater, & Ioannes Brandeburgensis superveniren, ad dirimendas acies, & pacem faciendam. Sed Hessus, qui prælium tantum spectabat, & præsentem victoriam sibi pollicebatur, id non suæ potestatis, sed sociorum voluntatis esse respondit. Brunsuicensis retrò cedit.

Spe pacis abjecta, Brunsuicensis propius Northeimum cum turmis aliquod equitum progreditur. Conseritur hic pugna: sed Brunsuicensis tormentorum vi loco motus, receptum in castra habuit. Rursum acrius urget Mauritius pacem apud Lantgravium, ut scriberet ipse quas Brunsuicensis expugnatur.

vellet conditiones: fortassis eam pacem iustam bonamque sibi cum illo fore. Scribit Hessus pacis leges, sed quas crederet eum non accepturum. Interim dum per Eblebum & Comerstatum transmittuntur, nunciatur, Brunsuicensem cum omni exercitu ad montem qui castris Lantgravij imminebat, occupandum adventare. Hessus extemplò dato signo, cum omnibus copijs, Præsidio castris modico relicto, montem invadit, & hostem operitur. Redeunt interim legati, ac renunciant, Brunsuicensem benignè respondisse, se permittere Mauritio, neque velle amplius armis cum religione decertare. Descenditur in colloquium: obtinet inducias Mauritius, ad deliberandum de pacis conditionibus: quæ ita duræ erant, ut in eventum pugnæ rem committendam potius arbitraretur. Concurritur utrinque cum omnibus copijs Marte diu ancipiti: sed ænearum machinarum, quibus Hessus superabat, iactibus in fugam pulsus fuit Brunsuicensis. Evocatur rursum

rursum in colloquium Mauritius, & eædem conditiones repetuntur: alioqui non coituram pacem. Tandem victus extrema necessitate Brunsuicensis, effusè lacrimans cum filio Carolo Victore ad Hessum ultrò venit, & in ejus potestatem se permisit, ijs quibus pactum fuerat conditionibus. Hessus hoc satis fœlici expeditione bello perpetrato, de Brunsuicensis rebus ad Cæsarem literas dedit, maximè de literis in castris inventis: in quibus, quæ moliretur contra Ferdinandum Regem, omnia detecta fuisse. Lectis literis, vicissim legatum ad Hessum ille mittit, per quem eum monuit, ut moderatè victoriâ suâ uterent: & Brunsuicensem, ut Principe viro dignum esset, haberet. Permitteret negocium disceptandum: & se facturum, quod æquum dignumque videretur. Copias dimitteret, ac turbata pacaret. Si quam injuriæ actionem adversus aliquem, ob lata subsidia Brunsuicensi, prætenderet, cum eo legibus ageret. Sequenti anno, qui quadragesimus-

ſextus erat, concilium confœderatis Francfurti fuit, in quo Heſſus de rebus proſperè geſtis retulit: de Archiepiſcopo Colonienſi non deſerendo: ut pax religioni à Cæſare exoraretur. In his turbis cùm concilium Tridentinum ab iſtis repudiatum eſſet, & religio paſſim contra decretum Imperij inſpectante Cæſ. novaretur, rumor increbuit, Cæſ. in confœderatos bellum apparare. Hoc motus Heſſus, ad Granuell. literas dedit, ut quid rei eſſet cognoſceret. Rumores quoque ex Italia per certos ſpargi, Cſæaré & Pontificem conſociatis armis fœderi bellum facturos: Pont. memorata auxilia miſſurum. Præterea iſta à ducibus copiarum nuſquãnõ jactari, ut accepta pecunia in ſtipendium milites conquirant. Cæſ. conſcripſiſſe modicas copias, à quibus Ratisbonam deducatur. Ex ſignis id veriſimile apparere, inducias factas cum Turca & pacem cum Gallo. Quare cùm nullum habeat bellum foris, nec domi hoſtem, quorſum attineret exercitum conſcribere? Ne-

re? Neque se tamen induci posse, licet illa rem coarguerent, ut id crederet: quod pax primum Norimbergæ, inde Ratisbonæ, postea Spiræ religioni concessa esset. Ad hæc, omnes principes & populos certatim pecuniam imparatam, & auxilia, Cæsari & Ferdinando liberaliter submisisse in Turcam & Gallum. Petere sibi responderi: & ut ipse, qui Cæsari semper ad pacem consultor fuisset, eundem nunc eò inclinaret. Ad ea cùm responderet Granuella, non inficiatus quidem fuit, delectum aliquem militum haberi: sed id in præsentem necessitatem transtulit. Cùm enim duo potentissimi reges vicini inter se belligerentur, non debere reprehendi, quòd fines suos, alioqui nudatos præsidijs, muniret. Et satis constare, quantum Gallo reconciliato fidendum esset. Quod verò attineret ad decem peditum millia, quos Cæsar ferretur secum ad comitia Ratisbonam tracturus, vanum omnino eum esse rumorem. Vt maximè nil haberet falsi: qui minus nunc liceret,

d 5 quàm

quàm ſuperioribus annis, cùm Auguſtam cum tanta, aut etiam numeroſiori manu veniret ? præcipuè quod indies varia è Germania nuncijs adferentur. Vel illud coarguere, Cæſarem nil occultè moliri, quòd Archiepiſcopum Colonienſem à ſe humaniter habitum domum dimiſiſſet. Quamvis Granuellanus id, quod paturiebant Cæſar & Pontifex, diſſimulabat: confœderati tamen illi non credere, ſed invicem quotidie per literas certiores facere, de ijs quæ è Belgio allata diſpargerentur. Ne igitur imparati opprimerentur, Heſſus & Palatinus Elector in exitu Ianuarij ad deliberandum Francfurtum convenerunt. Sed conventus hujus præcipua cauſa erat, ut Auguſtani de ijs quæ comperta ex Italia accepiſſent, illos per Sebaſtianum Schertelum, hominem acrem & militarem, qui aliàs ſub Cæſare ordines ductârat, corâm edocerent.

Cæſar Navium in Germaniam mittit.

Non latuit Cæſarem hic conventus, in quo adverſus ſe conjuratum fuiſſe, à quibuſdã aſſentatoribus etjam

jam persuasus erat. Mittit extemplò Navium ad inspiciendas res Germaniæ. Primùm is Archiepiscopum Coloniensem cum mandatis convenit: inde venit ad Palatinum. Fortè ita tum accidit, ut in itinere in Reinardum Comitem Solmensem incideret. Ex hoc ille propius singula cognovit: qui rumores detecto Cæsaris conatu Germaniam turbassent. Navius contrà negare constanter: imò Cæsarem semper pacis amantem, eo consilio Ratisbonam brevi venturum, ut illam firmaret magis. Quin benignè etiam Lantgravium excepturum, si eò conveniat. Etsi consultè vellet agere, ipse quoque eôdem conveniret, ad se sociosque expurgandos: eam expurgationem Cæsari gratam fore.

His à Solmensi Comite Hessus paulo pòst acceptis, ad Navium literas dedit, in quibus causam conventus Francfordiensis ita exposuit, ut is intelligeret, hoc concilium ad Cæsarem nihil attinere. Repetivit inde crebros rumores, de occulto in se & suos

Hessus literas dat ad Naviū, eique causam Conventus Francfordiensis exponit.

suos belli apparatu. Ad hæc, Marchioni Brandenburgensi negocium datum, ad mille equites conquirendos. Sed quia ista Navius Solmensi Comiti, & Granuellanus ad se per literas falsa esse affirmarunt, se illis jam habere fidem. Sperare interim se à Spirensi decreto Cæsarem non deflexurum. Porrò autem, quod ad colloquium cum Cæsare, ubi venerit Ratisbonam, non gravatè se id facturum.

Rursum ad indictum colloquium à doctis, ad excutiendam confessionem Augustanam, convenitur Ratisbonam. Sed cùm ad extremum de de forma exhibendi, supprimendiq; inter se variarent, paucis diebus discesserunt, nulla re memorabili transacta. Venerat Cæsar Spiram, Ratisbonam iter facturus. Ad eum Hessus, ut à Granuellano & Navio consultum fuerat, publica accepta fide, contendit. Convenit huc & Palatinus Elector, ac legatus Ducis Wirtenbergensis. Postquam Hessus ad Cæsarem fuit admissus, primùm adventus

Cæsar Spiram venit.

Colloquium Hessi cum Cæsare.

ventus ſui cauſam paucis reddidit: deinde oſtendit, undique rumoribus nunciari, eum impulſote Pont. Romano in confeſsionis Auguſtanæ ſocios animum parum propitium induiſſe. Gallum, per factam pacem ipſi auxilium ad multandos confœderatos laturum. Turcicas inducias huc ſpectare, ut ſecurus Germaniam vaſtaret bello. Multaquæ præterea, quæ congruerent, nuſquam non prædicari. Maturari indictum Tridenti concilium à Pontifice, ut facto decreto pro libidine ad exequendum graſſaretur. Quid enim aliud ſibi velle illud, quod contra Colonienſem utrinque lis mota eſſet? Iſta ſanè Germaniam non eſſe meritam, ſi reputaret, quàm effuſa benignitate auxilia Spiræ non contra Gallum ſolum & Turcam fuerint polliciti, ſed liberaliter etiam contuliſſent: & quidem pleniora, quâm unquam majores conferre conſueviſſent: plura etjam præſtaturos, ſi res dubiæ poſtulaſſent. Vtut iſta haberent, ſperare ſe, Cæſarem contro-
verſiam

versiam religionis per concilium Germaniæ diremptur um,antè quàm è terminis Imperij pedem moueret.

Cæsar per Navium respondet.

Navius tum :.vicissim rumores allatos ad Cæsarem commemorat, quibus tamen fides habita non esset. De Gallo , fabulam esse. De inducijs Turcicis , Cæsarem interpellatum fuisse : querelas passim in Germania de intollerandis sumptibus, quibus exhaurirentur , audiri. Quamobrem compendium optimum istud uisum, ut Turcicum bellum in aliud tempus extraheretur. Sed de hac re se conventurum fratrem. Concilium verò jam multos annos expetitum, jam coactum esse: & Coloniensem nuper à se summa cum humanitate exceptum , in quem grauiter statvere potuisset. Quod verò ad conquisitionem militum , id re ipsa vanum coargui: cùm ob oculos inter familiares , nullum adesse voluntarium militem conscriptum , qui se comitetur, esset videre. Iam ad Casarem , cur ipse esset evocatus , hanc esse causam, ut ejus consilium audi-

rer,

ret, quæ uia poſſimum ingredienda eſſet, ad tranquillandum Religionem. Quicquid enim progrederetur, jndies in vaſtiorem altitudinem invehi.

Ad ea Heſſus: abſquè ſocijs, quæ in rem eſſent, ſe conſulere non poſſe. Sed Francfurti nulla adverſus Cæſarem inita eſſe conſilia: niſi ut pacem tueri; & uim propulſare poſſent, non ut priores inferrent. Omnes petere concilium quidem, ſed in Germania, ſed pium & liberum. Quamobrem autem Tridentinum concilium ejus generis non haberent, aliàs Vuormaciæ diſertè expoſitum fuiſſe. Iam eò in Germania rem deductam, ut ſi vellent maximè, religio mutari non poſſet. Portò colloquium Ratisbonenſe per improbos quoſdam & importunos diuulſum fuiſſe, qui capita aliàs reconciliata, rurſum in controverſiam raperent. Quod ad Colonienſem, quem bonum virum judicabat, & extra aleam poſitum, quæ is egiſſet, ex Archiepiſcopi munere egiſſe: ſed & juxta decretum Heſſus in colloquio pergit.

Ratis-

Ratisbonense, quo ecclesiarum reformationes imperatæ fuissent. Librum eum ex veterum doctorum institutis & doctrina consarcinatum.

Cæsar respondet.

Hesso ad hunc modum, non paulò etjam plura loqunuto, tum Cæsar: De Francfordiensi conventu jam abundè sibi satisfactum. De concilio Tridentino ita se semper statuisse, non statim, quicquid à qatribus ibi decerneretur, assertoribus confessionis Augustanæ uim fieri. Et Ratisbonense decretum habere quidem, ut Episcopi ecclesias suas reformarent: at non ut exoticam religionem, ut ipse fecisset, & fidem diversam inueherent. Ipsum submouisse veteres ministros, & surrogasse novos aliunde accitos. Præterea, querelas ad se allatas, eum Canonicorum accidere proventus: se imploratum, ut eam injuriam prohiberet.

Hessus responsum Cæsaris excipit, & se ulterius declarat.

Hic Hessus Cæsaris verba excepit, ac pauca de officio & benevolentia Germanorum in Cæsarem, deque commodis quæ inde in regna ejus pro-

promanarent, si eos benevolos habuerit, præfatus: Coloniensi Archiepiscopo ita rursum incœpit patrocinari, ut diceret, eum bono pastore dignum egisse: quòd imperitis ecclesiarum ministris repudiatis, pios ac doctos suffecisset. Formam reformationis initio Gropperum aliosque complures, qui nunc adversarentur, probasse. Ibi Cæsar interpellans, Archiepiscopi inscitiam obiecit, qui vix latinæ linguæ rudimenta calleret. Ad ea Hessus pauca, quæ ad Archiepiscopi defensionem momentum aliquod adferrent, subiecit. Cæsar vicissim reformationis vocem explicat. Hessus contrà demonstrat naturam veteris religionis: at Archiepiscopum Canonicis gravem fuisse imponendis oneribus, id ita interpretatus fuit. Cùm enim grandem pecunjam Cæsari in bella memorata decretam constaret è consuetudine Imperij esse, ut magistratus & Episcopi ad promissam summam conflandam pro facultatum copiâ suis collationem imperent:

Cæsar Hessi sermonem interpellat.

Hessus pergit.

rent: in qua, cujuſcunque nominis ſit, neminem excipi oportere. Quare id ſi fecerit Archiepiſcopus, haudquaquam eſſe reprehendendum: cum ipſe Cæſar ſciret, eam pecuniæ collationem difficilem toto imperio fuiſſe. Ad iſtum modum multis verbis commutatis, diſceſſum fuit.

Alterum Colloquium inter Cæſarem & Heſſum.

Poſtridie Heſſus iterum Cæſarem, propè ad colloquium evocatus, convenit. Ibi Navius ait, Cæſarem colloquium Ratisbonæ redintegrare conſtituiſſe: ac contendere, ut ipſe quoque eôdem conveniat, quôd omnes eum & Palatinũ pacis amantes eſſe cognoſcerent. Excuſat Heſſus (non fefellêre inſidiæ) quò minus adeſſe poſſet, graves ſumptus in bellum Brunſuicenſe factos: nuptias filiæ recentes: diſceptatorem ſe inter Saxoniæ Duces, ad conciliandos eos, ſumptum: veniendum cum univerſo equitatu: ſe abſente, finibus ſuis præſidio nudatis: à Brunſuicenſis ſocijs populationem imminere. Vrget Cæſar ad conveniendum, periculum ſe prohibiturum promittens. Excuſat

ea ipſa

ea ipſa identidem Heſſus : Legationes tamē,quibus permitteret,ſe miſſurum pollicetur , qui ſi per omnia ejus voluntati non aſſentirentur, ne grauatè acciperet, neùe obſtinaciam aliquā interpretaretur. Inſtat Cæſar, ſicut antè,ut adſit: futurū , ut ſocij ipſo cōſultore,aliquid ęqui eſſent cōceſſuri, ſi eum totum ad pacem inclinatum ſpectarent. Tum Heſſus,cùm tantopere ſe urgeri videret , quod diſſimulaverat hactenus , effudit. Quam materiam ſuſcipiendi belli Brunſuicenſis dediſſet: deinde,quî in manus veniſſet, expoſuit: quantam injuriam ac contumeliam ipſe ac Mauritius accepiſſent ab eo,& ejus ſocijs , quorum ingenijs furori hominis materia præbita fuiſſet. Homines eos eſſe inconſtantes : varios, & ad omnem auram mobiles, & ad motus ſerendos natos : & inter eos eſſe hunc Spedium,àquo pridiè ſibi nunciatum eſſet, ſi non gravaretur audire,velle ſe illi quædam ſecreta , callida,nimiſque verſuta, quæ laterent,& verterentur conſilia, detegere. Se

verò

verò renunciari jussisse, quòd homini vano ac futili fidem non haberet: non vacuum nunc esse cum eo colloqui: sed quicquid esset rei, scripto significaret. Ad hunc modum Lantgravius multa familiariter cũ Cæsar ultrò citroque colloquutus, benigna cum salutatione dimittitur. Quo digresso, Cæsar graviter Spedio succensuit, quòd ea quæ occultè agitabãtur, homo futilis indicare voluisset. Quã fuisse præcipuam causam Cæsar facilè intellexisset, quamobrem ad id concilium Hessus venire abnuisset.

Conventus confœderatorum Wormaciensis.

Illo jam domum reverso, cæteri confœderati Wormaciam ad consultandum confluunt: & acceperant, quàm obviâ humanitate Lantgravius à Cæsare exceptus fuisset: quæ res res nonnihil metum mitigavit. In hoc conventu Ravesburgenses in societatem adscribuntur. Per hos dies Archiepiscopus Coloniensis à Pontifice è Roma fulmine icitur: & Episcopatus illi abrogatur, quòd contra doctrinam Apostolicam, ut diploma habebat, institutos Eccle-

siæ

ſiæ ritus,cæremonias,&alia quædam quæ longũ eſſet narrare, admiſiſſet.

Cæſar Ratisbonam ingreſſus, ubi de colloquij ratione & diſſidio cognovit,graviter in primis tulit Theologorum ,infecta re ante ſuum adventum,diſceſſum. Illicò miſſis per totam Germaniam literis, Principes ad conventum adeſſe juſſit. Convenerant plerique confœderatorum populorum legati & Epiſcopi. cumque his,Ericus, Mauritius, & Ioannes Albertuſque Brandeburgenſes. Paulò pòſt & rex Ferdinandus venit. Cæſar pro concione advocatâ , quãobrem conventum hunc indixiſſet prolixè memorat. Nulli obſcurum eſſe arbitror,inquit, ſuperiori concilio Wormacienſi,arduas Imperij cauſas,quòd multi in eo deſiderarentur, tranſigi non potuiſſe, quare in hunc conventum, quem ſtatutâ die futurum indixi,eas diſtuli. Quod verò ad Non. Ianuarias , ad quem diem convenire placuerat, non adfuerim, valetudo, cui illigatus fui, præpedivit: & colloquium expectatione ſegnius

Cæſar Ratisbonam venit & Principes Germaniæ literis convocat.

gnius

gnius inchoatum, aliquam moram attulit. Quin & præter hybernum tempus frigoribus asperum, quod me detinuit, vos inutilibus sumptibus onerare studio nolui. Et licet domi abundè negociorum sit, quibus distinerer; pacandæ tamen religionis gratia molestum iter ingressus sum. Atque utinam reliqui omnes meo exemplo, privatis curis reipub. commoda anteponerent, qui nondum convenêre: quos tamen brevi adfuturos arbitror, eosque legationes suas missuros, quibus per valetudinem adesse non licet. Colloquium doctorum, quod indixeram, cœptum quidem video: sed abruptum, & quidem sine ullo momento memoriâ digno: quos conjunctos, & in hoc totos adhuc nos offensuros sperabam, ut quid operæ precij ab ijs actum esset, omnes cognovissemus. Nunc ipsi coràm cernitis, illos revulsos, domos quemque suas discessisse. Cupio ex animo, composito negocio religionis tranquillare Germaniam: vos in medium consulite, quid ultra

ultrà faciendum censetis. Vestra consilia audire volo, ut ex singulorum sententijs aliquid decernere, quid utile & bonum Imperio sit futum, liceat. Quin summum forum Imperij restitui necesse est: & qua via id facere conveniat, sæpè anteà demostravimus. Etenim haud decet, ubi summum orbis terræ Imperium est ibi sine legibus & iudicijs, dissoluta omnia sursum deorsum agi ferrique. Ad hæc, quid de bello Turcæ, qui tam infestè cervicibus nostris quotidie imminet, faciendo censetis, in consultationem mittite. Ejus enim rei deliberatio in ista comitia dilata fuit. Gallorum rex, quando superiori anno petenti pacem dedi, induciarum spem cum illo affulgere dixit: & ad eas impetrandas suam operam mihi pollicitus est. Iam Ordines Imperij, præter auxilia, etiam divitem annonam mihi decreverunt: ea à quibusdam subministrata non fuit. Propterea nobis ita visum est, ut aliquandiu respirans oneribus sublevetur, dum recollecto sanguine

& vi-

&c viribus, sumptus ferre queat. Atque ob id, adjutore rege Gallorum, in annum inducias cum Turca pactus sum. Eæ exibunt circa finem Octobris; modò integras sanctasque jure gentium servet. In hanc sententiam Cæsar verba fecit.

Dissidiũ Electorũ.

Vetus consuetudo tenuerat, ut in comitijs Semptemviri Electores ad conferenda consilia conjungerentur. Hic primùm dissidium religionis eos disiunxit: nam Treverenses Moguntinensesque legati, à Coloniẽsibus Saxonicis, Palatinis, &Brandeburgensibus, separatim consilia contulerunt. Illi in Tridentinum concilium pedibus discedunt: ac Cęsarem, ut eòdem reliquos etiamnum restitantes consertâ manu pertrahat, hortantur. Contrà hi urgere, ut pacem Germaniæ firmet: & religionem conventus Germanici cognitioni: & doctorum hominum disputationibus permittat: Tridentinum non esse id concilium, quodâ frequẽti senatu Ordinum Imperij decretũm esset: neque illud quod semel

statutum

ſtatutum fuit paucorũ interceſſione mutari debere. Nec quicquam in his comitijs, quæ ex compoſito indi-cta fuerant, ob rerum quæ occul-tè parabantur maturitatem, amplius actum fuit.

LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII HISTORICI DE BELLO GERMANICO

LIBER SECVNDVS.

Nuptiæ filiarum Ferdinandi Regis.

AB his fontibus,& orſis, quæ eâ qua potui brevitate proſequutus ſum, bellum Germanicum, bello Gallico compoſito, inducijſque cum Turca perpetratis, & pax pacta ac compoſita per Pontificem turbari cœpit. In his comitijs Rex Ferdinandus dat nuptum Annam natu maximam Alberto Bavarorum Duci: & Gulielmo Clivenſium principi Mariam minuſculam. Celebratæ nuptiæ regio luxu, & magnifico hujuſmodi apparatu, qui ſummus orbis Monarchas decebat.

Mandave-

Mandaverat Cæſar Maximiliano Burano jam antea, ut in Belgica equeſtres pedeſtreſque maximas copias conquireret. Iuſſit & Alberto & Ioanni Brandeburgenſi equitatum comparare, quamvis uterque à religione ſtabat. Sed quia perſuaſum illis erat, à Cæſare non adverſus religionem, ſed rebelles quoſdam Imperio apparati bellum haud gravatè in ea re fidelem illi operam navarunt. Et Ordinis Germanici Magiſter, quantum equitum poterat, celeriter contrahit.

Cæſar milites per Buranum & alijs conſcribi curat.

Ro. à Cæſare celeriter ad Pont. mittitur Cardinalis Tridentinus, ut eum moneret, jam maturum tempus præſtandi promiſsa adveniſse, ut memor eorum, primo quoque tempore milites per Italiam conquirat, & in Germaniam tranſmittat.

Tridentinus mittitur à Cæſare ad Pontificē.

Confœderati (hoc nomine eos deinceps, quos alij Proteſtantes, aut Smalcaldicos nominant, appellabo) his rumoribus alijs ſuper alios allatis, trepidè & ipſi tota Germania delectum equitum peditumque habe-

Confœderati ad bellum Præparant.

re ſtatuunt. Leguntur Duces ad bellum pari poteſtate, Elector Saxo & Philippus Lantgravius Heſſiæ: his cura gerendi bellum demandata fuit. His & civitates legatos ſuos adjunxerunt, è quorum conſilio aliquantum momenti adminiſtrandi belli penderet. Civitates & Principes Smalcaldici fœderis ſuperiori libro memoravimus: præter humilium oppidorum magnum numerum, quæ recenſere & longum nimis, & tædioſum foret. Daniæ rex, etſi in fœdus adſcriptus eſſet, nulla tamen auxilia contra Cæſarem miſit. Quæ verò in medio ſtabant, Smalcaldici fœderis exortes civitates, erãt fermè hæ illuſtriores: Rotemburgum, Norimberga, ſed quæ tamen communem cum alijs religionem tuebantur. Et inter hæc belli procœmia Palatinus quoque in amicitiam ſocietatemq́ueSmalcaldicam venit.

Cæſar centuriones ſuos Ratisbonam convocat.

Occultè interea Cæſar centuriones ſuos, tribunos, ducesq̂ue, quorum fidem aliàs, & virtutem diverſis

sis bellis expertus fuerat, per literas Ratisbonam advocat: cumque his ea quæ ad belli necessitatem opus essent, secretò transigit, ut acceptâ pecuniâ, diversis locis copias contrahant: sed in quem usum, dissimularent.

Confœderati deprahenso quod dissimulanter à Cæsare gerebatur, Ordines Imperij solicitant per legatos, ut belli auertendi causa secum ad Cæsarem eant. Recusant Moguntini & Treuirenses. Hessus per literas crebras, quas Ratisbonam dabat, quæ inquirendo pervestigare poterat, suis subinde indicabat: simulque, quæ è diversis locis ad se deferebantur, diligenter transcribebat. Mandat socijs, ut præter equestres pedestresque copias conquisitas ob belli futuri suspicionem, nouæ aliæ in eventum rei conscriberentur. Confœderati bellum averti curant.

Cæterùm cùm è copijs Hispanorum in Germaniam descendentium, & Italico delectu uerum esse Germanici belli rumorem coargueretur, legati Legati ciuitatum ad Cæsarem mittuntur, ut q̃ Cæsar ãimo moliatur cognoscant.

gati civitatum extemplò ad Cæsarem, adscito Ioanne Brandeburgensi, Henrici Brunsuicensis genero, contendunt. Cum his se coniunxerant Colonienses, Palatiniquè legati. Admissis ad Cæsarem, dicendi facta fuit potestas. Causam legationis exponunt. Cùm enim omnia armorum terrore per Germaniam quatiantur, num ipsius imperio id fieret, rogant. Nam ex quo proximis comitijs discessum esset, multis in locis copiæ, sed sine nomine, conscribi cœpere. Fama quoquè adferri, in Belgis delectum haberi: neque compertum adhuc, adversus quos hæc arma comparentur. Proximo convehtu, cùm varia proposuisset, belli inferendi nullam ab eo factam mentionem. Sed nequè bellum cuiquam legitimo more indictum, ne hostis ille, quicunquè esset imparatus opprimeretur. Quæ res cùm subito metu omnium mortalium animos suspensos habeat, cupere scire, in sè ne, an contra extermum hostem tantam belli molem

appa-

appararet. Et constare tamen, pacem cum Gallo, inducias cum Turca in annũ factos. Si in comũnem hosté bellum suscipiendũ sit, armis & opibus ipsum adiuvare velle. Sin in se, obedientes imperata omnes velle facere. Sępe in dubijs rebus Cęsarem ipsorũ fidem explorasse: cujus damnum, quàm aliarum rerum, gravius Germania duceret.

Tum Cæsar: Necessitas me, inquit, ad arma, & ea quidem justa induenda urget: cujus quanta uis sit, neminem fugere arbitror. Sed id non quæritur: at, quibus bellum faciam. Rebellioni quoruudam, qui turbarum & dissidiorum inter Ordines duces sunt, mihi occurrendum est. Qua charitate jam inde à suscepto Imperio in Germaniam fuerim, & qua benevolentiâ Ordines complexus sim, tenetis omnes. Et nunc ut mihi eadem est voluntas, idemquè animus in eos qui obedientes pacis sunt, & tranquillitatis amatores: ita acerbè odi quietis graves perturbatores. Proinde si ferro eos vindicem, Cæsar legatis mẽtem suam explicat.

qui turbis omnia permiſcent: quis durius id, quàm pro ipſorum meritis, ſtatutum eſſe, indignari, conqueriúe poſſit? Vt rectè factum contrà omnes ſunt dicturi, quòd ſumma benevolentia eos in poſterum demerebor, qui mihi ferent opem. Reſponſo legati hoc accepto, diſceſſēre.

Omnia lentius Bavarorum Dux, quibus ad bellum opus erat, apparabat: menſiſque fermè exemptus fuit cunctatione Ferdinandi Regis, cum quo conſilia in perplexa re agitanda erant. Adferebant & alia quædam, quæ parui vulgò habentur, gravia incommoda: futilitas eorum quibus arcana conſilia credita erant, rumores vani ultrò citroque jactati.

Cæſar literas dat, ad Civitates præcipuas.

Cæſar quò terrorem aliquantum per Germaniam mitigaret, literas ad Vlmenſes, Auguſtanos, Argentoratenſes & Norinbergenſes dat, in hanc ſententiam: Scire illos, quâm charam ſemper habuerit Germaniam: & ob id, cum magnis regnorum ſuorum oneribus, ingentes ſumptus feciſſe:

fecisse: maximè ut religionis dissidio composito, firma pace omnes fruerentur. Tot decreta testari id: licet essent, qui diversum spargerent. In suâ gubernatione id unum semper se spectasse, ut civitates togatæ opibus florerent quàm maximè, ne quorundam artibus per captatam occasionem ipsorum libertas opprimeretur, & vectigales stipendiarijque fierent ipsi cujusmodi multorum incommodo, adeoque suo sæpè tentata fuissent. Tulisse se quidem ea hactenus, qua esset lenitate, quòd sine magnis motibus prohiberi non potuerint: tum autem eâ spe, ut aliquod emolumentum suæ clementiæ, reipub. utile consequeretur. Futurum id certè fuisse, nisi quidam conciliationi singulari arte subindè intercessissent. Prætexuisse eos pietatem, sed eo fuco ad Ordines reliquos opprimendos grassatos fuisse: eorumque bona ut diriperent, ceu prædam expositam. Eò rerum redactum ab his esse, ut legibus obliteratis, & judicijs sublatis, nihil metuerent. Adde,

Imperatoriam etiam majeſtatem imminuere auſos: idque ſpe redigendi civitates ſub ſuam poteſtatem, ſive vi, ſive inſidijs. Iſta coarguere eorum dicta, quæ indies nunciarentur. Parum iſta, niſi inſuper minarentur arma. Nemini non id notum, vel ex infamibus tabulis, alijsque ſcriptis famoſis, ſparſis ad motus ciẽdos. Proindè cum nulla ſpes ſuperſit, ut clementiâ vincantur, aut certè poſitâ obſtinatiâ meliores reddantur: ſe maturitatem expectaſſe remedium adhibendi, priuſquam ſuâ tyrannide Germaniam in poteſtatem redigant, & libertate cœptis artibus exuant. Authores turbarum ad officium reducere ſtatutum eſſe: ut imminens periculum ab ipſorum cervicibus prohibeatur: jus, & leges: & judicia in integrum reſtitui, & in priſtinam ſedem revocari poſſint. Atque iſta quidem ſe ob id illis ſignificare: ut cùm rumores alios ſeri audirent de conſilij ſui ratione, ijs fidem non haberent. Nec aliud ſe ſpectare, teſtibus ſuperis: quare confidere, eorum

operam

operam ſibi non negatum iri: quòd eorum jam tot annis, pravis conſilijs confirmatâ audacia, aliquando retundenda ſit, & civitatum priſtina dignitas ac gloria recuperanda. Benevolentiam viciſſim omnem à ſe in poſterùm ijs promittere, & majora ſe præſtaturum ipſis, ſi ſuas partes nunc, cùm fortuna ita oblata ſit, ut amici tuerentur: amplius ſe expoſiturum, ſi legationes ſuas ad ſe mitterent.

In eandem ſententiam ad Ducem Wirtembergenſem ſunt literæ datæ.

Erant per eos dies adhuc civitatum quas memoravi legati in comitijs, quos Granuellanus & Navius juſſu Cæſaris alios poſt alios ſegregatim accitos eadem docent, ne rumoribus ſuſcipiendi belli perterrefacti arma adverſus ſuas civitates à Cæſare comparari exiſtimarent: ſed contra rebellantes ſemper Imperio, pacis ac concordiæ turbatores, majeſtatis etiam reos direptores alienarum opum, quique oblatâ leviter occaſione ne civitatibus quidem

parsuri essent. In fide & amicitiâ Cæsaris permanerent: nec amicitiam, nec societatem cum hostibus suis conjungerent, nec auxilia mitterent, ne indignationis materiam in se præberent: pro merito cuique erga Cæsarem postea fortunam fore. Hæc ad suos quàm primùm perscriberent maturè, monerentq;, ut obedientes officium faciant, ne præcipitati raptim consilij, quòd neque revocari, neque in integrum postea restitui posset, aliquádo eos pœniteret.

Argentinenses per literas Cæsari respõdent.

Sleidanus lib. 17. de statu Relig. & Reipub. Nu. 20.

Thuanus lib. 2. hist. pag. 123.

Argentoratenses acceptis recitatisque in senatu literis, in hanc fermè sententiam Cæsari per literas respondêre, Vehementer gratum senatui, populoque Argentoratensi esse, eum animum semper erga Germaniam gessisse: & precari, ut ea voluntas sit perpetua, nêve ad bellum civile cujusquam classico se incitari committat. Illud autem non sine animorum omnium ægritudine lectum, esse in Germania, qui neque obedientiam præstent, neque officium faciant: quod ut verum fuerit, sperare tamen, è suæ

è ſuæ religionis hominibus nullum eſſe tam malè feriatum, in quem crimen illud inciderit. Per ipſos nunquam ſtetiſſe, quo minus negotium religionis fuiſſet conciliatum, id quod prolixis rationibus, ſimul tot decretis factis docuerunt, & culpam diſſidij in Pontificios tranſtulerunt. Quotidie ſupplicatiões fieri in ipſorum templis, & preces ad Deum fundi pro concordia. Perſtrinxerunt indè adverſariorum in Ratisbonenſi conventu iniquitatem, qui cùm nullam actionem admitterent, ad concilium totam diſputationem conſtanter rejeciſſent. Neque potuiſſe ſe potuiſſe ſe Pontifici eam cauſam permittere. Injuriam ipſis fieri, quòd culpa non poſiti diſſidij in ipſos vertatur. Deinde, quamobrem facultates Eccleſiaſticorum quorundam in alios uſus convertiſſent, ipſum Cæſarem, ex multorum annorum actionibus ſatis demonſtratum noviſſe. Vt jam eſſent hujus religionis aliqui, qui fortaſsè non ſint, qui bona eccleſiaſtica occupata haud perinde ſanctè,

ſanctè,ac deberent,&utiliter diſpenſarent. ſed id cum ijs quæ tot ſeculis ab alijs admiſſa fuiſſent, componendum nuſquam eſſe. Proindè remedio opus eſſe, ut juxta ſacras literas, & decreta Eccleſiæ piè diſtribuerentur. Deinde ipſum Cæſarem nuper in comitijs Ratisbonenſibus & Spiræ,quo pacto eæ ipſæ facultates collocandæ eſſent pacis ſervandæ cauſa decreviſſe. Si ſint qui decreto non paruerint, ſiſtendos eſſe. Cæſarem emendationem judicij Imper. promiſiſſe, ut ab ordinibus poſtulatum fuiſſet: ſed promiſſa nulla apparuiſſe. In conventu Wormacienſi formulam cenſoriam eum inveniſſe, & inuentam propoſuiſſe, cui lubentes vellent parêre: quam quidem adverſarij non recepiſſent. Si ſecundum illa decreta judicium reſtauraretur, non eſſe cur quis ad conquerendas ipſorum injurias, aut rebellionem, anſam capeſſeret. Se nolle benevolentiâ eum proſequi, qui judicio ad illum modum conſtituto nolllet parêre. Quod verò ad affecta-

affectationem Imperij, nondum se novisse in sua religione unum, qui id unquam affectarit: quivé libertatem opprimere suam pararet. Verùm ista à Pontifice, & Pontificis clientibus falsò ubique jactari. Cæsarem ipsorum animos & studia in gubernatione togatâ, & bellis cum exteris hostibus satis perspexisse. Se optare, ut is qui Cæsarem adversus ipsos concitaret, eodem semper in eum fuisset, quo ipsi, animo, ac re ipsa declararunt. Super ista, quomodo adversus eum se gesserint in opprimendis bellis, & seditionibus obruendis, quæ in ejus Imperio in Germania orta fuissent, nosse ipsum Cæsarem. At in primis ut locupletiora subsidia contra Turcam & Gallum, quàm adversarij, sed maximè ad Austriaca regna tutanda, contulerint. Proinde haud dubitare se quin si ad defensionem sisterentur, suam innocentiam contrà objecta crimina & sycophantias quorundam facilè tuerentur. Orare se igitur Cæsarem, ut Patriæ Patrem, ut bellum quod apparet

appararet, mitteret: & reos actos, superiorum Imperatorum more, in jus ad cognoscendam causam vocaret. Quod si perficeret Cæsar, tum demum futurum, ut fidem ipsorum erga se, & illatam illis injuriam intelligeret. Inde commemorarunt deprecando bellum, magnam omnium rerum caritatem, crudelem hostem Turcam, & beneficia quæ præsentium Ordinum parentes in ejus majores, quæ in Ferdinandum fratrem contulerint, dum liberalius reliquis, & cumulatius auxilia contra ipsorum infestissimum hostem indies mittunt. Reputaret apud animum suum Cæsar, miserabilem hujus belli faciem, vastitatem Germaniæ, calamitatis omne genus plenam, malorum excetram in omnem ætatem sexumque pullulaturam. Ne pateretur, hortatu illorum qui per bellum adversarij suam potentiam confirmabunt, se huc transversum rapi, ut exhausta opibus & viribus fracta Germania, infirmior reddatur, quàm quæ Turcicum impetum & vium susti-

ſuſtinere amplius poſſit. In hanc ſententiam Argentoratenſes Cæſari ad literas miſſas, ſuo in primis & ſuorum nomine reſponderunt.

Legatum ad Helvetios quoque miſit, qui in eandem ſententiam in concilio verba fecit. Legatus erat Ioannes Muſchetus, ſuperioris Burgundię Quæſtor. Hic ubi cauſas ſuſcepti à Cæſare belli contra ſeditioſos quoſdam commemoraſſet, oravit, ut (quoniam Cæſar vium armis à capite ſuo prohibere cogebatur) ne diverſa ſibi ab adverſariis, à quibus in illum multa acerbè jacerentur, perſuaderi ſinerent: neu lenociniis verborum illi inducti, quicquã incœptent: neque in Helvetia quædam eos moliri patiantur, quibus Cæſaris conſilia vel præpediri, vel ſegnius promoveri poſſent. Nam hoc bellum huc ſuſceptum, ut ad Germaniæ ſalutem, haud leve momentum eſſet allaturum. Proinde ad hoc incumberent, ut in amicitia & fide veteri, è fœderis inter ipſos jure conſtantes manerent. Viciſsim nihil ſe in eos

Cæſar Muſchetum legatũ ſuum ad Helvetios mittit.

Sleidanus lib. 17. de Statu Relig. & Reipub. Nu. 21.

eos moturum: nec commissurum, ut sui quid moliantur: sed fidem & amicitiam declaraturum. Nec se pacem ullam cum quoquam facturum, in qua ipsi non continerentur.

Augustani prime milites conscribunt. Sleidanus lib. 17. N. 22. Thua. lib. 2. hist. pag. 125. & 138.

Civitates, & Vuirtenbergensis Dux, Cæsaris consilio cognito, cætera diligenter per exploratores inquirunt. Germani enim milites segnius ad signa aderant: tardius Hispani conveniebant: in Italia delectus militum, quos Pontifex missurus erat, lentius habebatur.

Primi Augustani ad Kalend. Iunias, quatuor millia armatorum conscribunt, totidemque Vlmenses: nihil tam inimicum bello, quàm tarditatem esse, rati. Hi, & VVirtembergensis, literis ad Saxonem Electorem & Hessum, duces belli lectos, datis, ut in armis sint, monent: ut

ut Cæsaris conquisitæ copiæ lentius conveniunt, ipsi quantum cohortium conscripserint primi in armis, certiores faciunt. Sed Augustani ut suspicionem patrandi belli averterent, has copias à se conscriptas dictabant, ut præsidio urbi impositæ, contra omnem vim muros & portas tutarentur. Verisimile id reddebant, quòd omnibus mortalibus patefactis portis, neminem urbe excluderent, Cæsariani in urbem ultrò citroque ad arma & tela paranda, vel cibaria & pocuIenta mercanda, commeare, aut ad magnificentiam & splendorem urbis visendam confluere. Ad eas cohortes fama erat, duo Helvetiorum millia accessisse. Erat Cæsar Ratisbonæ duodecim milliaribus ab Augusta.

Dux Vuirtembergensis & civitates copias suos partiuntor.

Wirtembergensis, & civitates Sueviæ bifariam copias suas partiebantur:

tur: viginti quatuor peditum signa, cum pleraque nobilitate, sub auspicijs Vdalrici Ducis erant: alterum agmen stipendijs civitatum inauthoratum fuerat. Postquàm omnes hæ copiæ Vlmam pervenerunt, una nocte quieti concessa, postridie Gunspergum proficiscuntur. Ibi bipartitô in conciones advocati milites, sacramento inauthorantur. Duces cohortibus præfecti fuerant, Sebastianus Schertelus, Ioannes Heddecus, Balthasar Gultlingus, Sebastiãus Besfererus, Matthæus Langemãtelus, Ioañes Harderus, Iodocus Rosebergus. Copiæ civitatib. inauthoratæ Schert. jurant. illius imperio obedientes fore, dum Saxo & Hessus exercitus imperatores in castra convenirent. Eidem Sacramento illigantur deinde Wirtenbergenses milites. His dux datus fuit Heddecus.

Duces belli Confœderatorũ militum.

Balthasar Gultlingus milites alloquitur. Sleid. loc. citato. Thua. lib. 2. hist. p. 926.

Balthasar Gultlingus, uir in primis eloquens & nobilis, & Ducis Vuirtembergensis à consilijs, militibus Principis sui in concionem convocatis, in hunc modum verba fecisse dicitur

dicitur. Pontifex Ro. milites, nomvum incendium in rebus pacatis nobis excitare conatur, quo Germaniam, patriam communem, quæ nos genuit, & à primis vitæ rudimentis ubere ſuo aluit, mox ardeat, & à fundamentis excindatur. Crudele odium eum huc urget, quò uos & veſtram religionem perditum eat: ſimul ut remetiatur cladem, quam ante aliquot annos Duce Borbonio accepit, cùm Roma virtute Germanorum maximè capta, capto Pontifice, atque in Hiſpaniam miſſo, diriperetur: Eam ob cauſam Carolum Cæſarem adverſus nos, ut Principibus & Ordinibus Imperij confœderatis bellum faciat, identidem obtundendo incitavit: ratus hac via futurum, ut ad ipſius religionem vi volentes nolentes attrahamur. Inſuper is nunciatur equitum peditumque haud ſpernendas copias in Italia conſcribere, quas Cæſari auxilia in Germaniam mittat. Nec fama de Hiſpanorum adventu omninò vana eſt. Quantum calamitatis, milites,

quan-

quantum miseriarum ab externo milite, & vastitatis patriæ immineat, omnes, opinor, prævidetis. Cùm igitur ista Principes & Ordines Imperij reputent, suum esse ducunt, non tantum vim & impetus hostium à popularibus suis armis prohibere: sed etiam cavere, ne externa, ne vetus religio vobis obtrudatur, vos mactè virtute estote. Itaque stat bellum hoc inopinatum, ac præter spem nobis motum, Deo auspice armis vindicare. Quare cùm scirent animos vestros ad hujus militiæ aleam promptos, suis stipendijs, qua id fieri potuit celeritate inauthorarunt, ne imparati opprimerentur. Iam quoniam fœderis duces adhuc desiderantur, quos brevi in castra adfuturos compertum habeo: quo interea in castris cuncta ordine ac rectè gerantur &, fenestra hostibus contra vim præcludatur, Princeps Vdalrichus vobis virum fortem, & cui ad summam nobilitatem nulla authoritas deest, præfecit: cui, ut sibi, vos obedire per omnia in disciplina militari

litari juſſit, & egregium illud nomen tueri, quod majores noſtri ſua virtute, varijs bellis cum exteris gentibus, multò ſanguine nobis pepererunt. Neque verò ſatis eſt, commilitones, ab ea gloria non ſolum non degenerare; verumetiam, ut veſtra præclara facinora ad poſteros propagata, illis ſtimulum & calcar ad virtuté militar addat. Cætera Deo curæ erunt, qui ei victoriã ſecundum fas juſq; dabit, qui pia ac juſta arma ſumpſerit. Sic Balthaſar Gulthingus.

Interea Cæſar, ne hoſtium celeritate occupatus cingeretur, cohortes, quas tota Germania, diverſis locis, ſub quatuor maximè ducib. habebat, convocari juſſit. Duces erant, Hilprãdus Madrucius, Cardinalis Tridentini germanus: Georgius Regensburgius: Schamburgius, qui Burano trãſito Rheno poſtea ſe cõjunxit: & Marignanus. Ab his quaterna peditũ millia cõſcripta fuerãt. Decem cohortes noth⁹ Bavarus collegerat. Duo millia Hiſpanorũ, & octingẽtos paucis pòſt dieb⁹ Alvarus à Sanda adduxit. Gallia Cæſar milites ſuos convocat.

cisalpina

ciſalpina tria milliaa rmaverat, quibũ præerat Arzius. Conquirebat interim, ut mandatum fuerat, Maximilianus Buranus, vir militaris, quanta poterat celeritate, è Batavis, Sicambris, Menapijs, Iuliacẽſibus & Belgis, equitũ peditumq́; imperatas copias, & aliquantã levis armaturæ equitũ manum, quos ab atro armorũ colore Atratos vulgò appellant. Decreverat Cæſar nõ prius cum hoſte dimicare, quàm cum ſuis Buranus adeſſet. Datum fuerat negotiũ Electori, ad cõparanda duo millia equitum & quingẽtos: Alberto Marchioni, ſexcentos equites: Crucigerorũ Magiſtro, mille. Maximiliano Hungaro, mille: Erico Brunſuicenſi, quingentos.

Confœderatorum ad Venetos literæ.

Confœderati hoc armorum terrore nihil perturbati, literis ad Venetos datis, conqueruntur pontificis injurias, orantq́; ut ejus copias tranſitu per ſuos fines prohiberent. Ad hæc monent, ut ſuperiorum temporũ recordatio ſubiret: ſi vires ille ſuas confirmaret, quantum mali ipſis &

alijs

alijs Italiæ populis expectandũ esset. Præterea pleramque Germaniæ nobilitatem monent, ne militem castra sua petentem ad merendum, transitu intercluderent. Tirolensibus & Rhœteis ad Italicarum cohortium adventũ trepidantibus, animos addere per literas conantur, ut illis transitum negent: ad quod etiam subsidia pollicentur. Petentibus à Norimbergensibus auxilia ad bellũ, responsum fuit, suas vires atq; opes proprijs agris tuendis vix sufficere.

Mandatur interim Schertelo, ut cum ijs quas habebat cohortibus, ad radices Alpium confluentes copias disturbaret: simul mittuntur centuriones in Helvetiorum agrum, ad conquisitionem militum. Confœderatorum ad Venetos literæ.

Agebatur anni tempus, quo segetes maturescerent, cum legatus Tridentinus Ro. missus, auxiliorum causa fœdus inter Cæs. & Pont. sanciret. Fœderis forma hæc erat: Concilium Tridentinum indictum fuisse, ut errores jam multos años in Germania exorti, & indies proserpentes, oppri- Fœdus Cæsaris & Pontif. Romani. Sleidanus lib 7. de statu Relig. & Reipub. N 24. Thuanus lib. 2 hist. pag. 130.

f merentur:

primerentur: & quod illud à confœderatis repudiaretur. Quãobrẽ proreipub. Christ. & Germanorum salute, societatem Pontificem & Cæsarẽ ita coniunxisse, ut Cæsar primo quoque tempore contracto exercitu, paratisq; omnibus ad bellũ necessarijs, arma adversus eos indueret, qui obstinantes animis conciliũ non agnoscerent: ac vi eos ad veterẽ religionẽ, quando aliter revocari non possent, cogeret. Sed omnia prius periclitarẽtur, num obedientes Pont. Rom. vellent agnoscere. Nullam pacem cũ ea gente ecclesiæ Ro. inutilẽ, vel adversam faceret. Pontificem præter centũ aureorũ millia, totidem apud Venetos depositurũ: eaq; pecunia in nullũ aliũ, quàm usum belli verteretur. Hac duodecim peditũ Italicorũ millia alerentur, & quingenti levis armaturæ equites per menses sex. Si interea bellũ conficeretur, Cæsaris id commodo futurum. Fuit hæc in fœdere expressum, Pontificẽ Cæsari permittere, ut dimidium proventuũ ecclesiasticorum in hoc bellum per Hispanias

nias convertat: ac tantum agrorum religionis divendat, unde quingenta aureorum millia redigantur: & quidem in usum necessarium hujus belli ea lege, ut Cæsar de suo pro totidem millibus vicissim oppignoret. Qui alterutri resisteret, in hunc uterque consociatis armis, totis viribus incumberet. In hoc fœdus senatus Cardinalium discederet.

Dum ista Romæ perficiuntur, interea Cæsar quantum frumenti in agris circa Ratisbonam erat, ne equitum peditumq; licentia corrumperetur, in urbẽ convehi jussit, & in usum necessarium condi: tum autẽ, ne si bellum traheretur, aut annus in sequens cœli aliquo vitio sterilior esset, rei frumentariæ inopia laboraret exercitus. Cõducti fabri lignarij, qui quatuordecim continuos dies vasis oblongis conficiendis, in quibus globi ferrei, pulvisq; tormẽtarius conderẽtur, incũberent. Ad hæc inusitata specie instrumẽta bellica apparãtur. Ad novẽ millia sacorũ qui frumẽto quod in usũ militi satis esset, onusti, cũ trecẽtis pisto-

Cæsar rẽ frumentariam diligenter ꝑcurat, aliaque ad bellũ necessaria perparat.

pistoribus castra sequerentur. Sed in contrahenda ex agris rusticorũ quater millium multitudine, quorum opera cum instrumentis fossoriis uteretur Cæsar, nonnihil laboratũ fuit.

Norimbergenses in hoc belli apparatu, quoniã in fœdere non erant, ut Cæsari benevolentiam suã probarent, ad arma telaq;, & bellica instrumenta comparanda, patentibus semper portis eum invitarunt.

Pontifex Rom, ad Helvetios literas dat. Sleidanus lib. 17. N. 25.

Cogebat interim Pontifex copias, ut dictum est, in Italia, quas Cæsari erat statuto tempore transmissurus: cùm literas ille ad Helvetios daret, quibus fanatissimum quorundã, qui à religione Romana defecissent, conquestus fuit. Laudare se in Helvetiis adhuc quosdam esse, qui veterem religioné pertinaces vindicarent: quorum exemplo alios ad sanam menté reversuros aliquando, bonam expectationem esse. Ex eo religionis dissidio quàm graves motus exorti fuissent, ipsos scire: & se ad eos componendos ab initio statim pontificatu nullum non remedium quæsivisse.

Tan-

Tandem ad extremam ancoram confugisse: Tridentum indixisse concilium, quò sine periculo venire liceret, ut ibi suã doctrinam, quo ad possent, tuerentur. Existimasse, neminẽ esse tam improbum, nefarium & barbarum, qui senatum illum amplissimum Episcoporum, quem Imperatores & Reges revererentur, ut spiritu divino afflatum impie luderet, ejus quê authoritati non parêret, & fanaticâ doctrinâ positâ, illius judicio non acquiesceret. Sed hanc se de Helvetijs existimationem cepisse, ut hi qui in fide permansissent, concilij authoritatem sequerentur. Reliquos verò, qui speciosis aliorum rebellantiũ illecebris creduli nimiũ in errorem pellecti fuissent, monere, ut in conciliũ prodeant. Super hæc, ægerrimè se habere, in Germania Principes esse, qui concilium superbè repudiarent, ac tantum non convicijs insectarentur, negarentq́, ejus decretis obediẽtes se futuros. Quanobrẽ armis velle eos, quoniam aliter fieri non posset brevi experiri. Ac fortè ita accidisse,

ut Cæsar idem cogitaret: statueretque, expectata temporis maturitate, armis religionem defendere. Se propterea ejus voluntatem piam & justam, pro opibus ecclesiæ Romæ adiuvare statuisse. Sin ille secus ageret, jacturam tot mortalium, perfidiâ hæreticorum in dies pereuntium, Deum ab eo exacturum. Helvetiorum multa memorabilia & laudata facinora extare: sed nullum laudatius forè, quàm si societatem & amicitiam secum colere pergant: ut id facerent, se obtestari.

Legati confœderatorum ad Helvetios mittuntur.

Super has literas Pontificis, legati Fœderis venêre ad Helvetios. Hi postulabant, ne externo militi iter per fines suos aperirent. Ad se verò, & sua castra transire volentibus, potestatem permitterent, cùm necessitas postularet.

Inter hæc principia belli, Wolfebutelum arx à Brunsuicensibus & alijs civitatibus, à quibus tenebatur, deductis præsidijs, solo æquata fuit.

Palati-

Palatinus apud Cæsarem se interponit mediatorem Sleid. l. 17. N. 26. Thua. l. 2. hist. p. 131.

Palatinus hunc tantum belli apparatum à Cæsare fieri miratus, eum per Wolffium Abstemium interrogat, in quos id pararetur, & quæ esset ejus causa. Si quid ipse posset, velle reconciliationi incumbere, Cæsar ei per Granvellanũ & Navium responderi jussit, quæ suprà à nobis ab eo prætexta fuisse mẽorata sunt Rebelles Imperio, & motuum authores nullâ aliâ viâ ad officium trahi posse, armis compellendos eos esse.

Palatinus & confœderatos principes, ut bellum devitent monet.

Palatinus re deprehensâ, extemplò Hessum, Saxonem, & Wirtembergensem certiores facit: simulq; quantum vastitatis ab externo milite Germaniæ instaret. Quamobrem potius quàm ut in apertum res Martem erumperet, si non in totum parêrent, aliquid donarent, monet. Nec dubiam habere spem, quin si in parte Cęsari morigerentur, non parùm ad reconciliationẽ profuturum. Cæsarem placabilem esse, & quantum intellexisset, si ignosci sibi peterẽt, quod admissum esset eum placatũ, quicquid esset offensionis depositurum. Super

hæc, si quid ab alijs insuper peccatū esset, id clementer corrigeretur. Si quid per injuriam alijs esset ademptum, id Cæsari, vel æquis viris disceptandum permitteretur.

Saxo ingentes copias cō trahit, easque cum reliquis coniungit. Sleid. lib. 17. N. 28. Thua. lib. 2. hist. pag 133 Avila lib. 1 de bello Germ.

Saxo his acceptis, & ipse ingentes copias contrahit, easque cum aliorum copijs coniungit: hortaturque ad perseverādū in fœdere semel icto, ac subinde postea renovato. Conveniunt & ipsi celeriter, ac re in deliberationē proposita, literas ad Cæsarē dant Saxo & Hessus. Earū hic erat tenor. E nostris legatis Ratisbonâ domū reversis, Cæsar clementissime cognovimus, te bellū nobis & fœderis socijs magno apparatu facere: cùm ab ipsis rogatus esses, id ut operā dares, ne quid detrimenti Germania acciperet, Tū ita abs te responsum fuit, ut inde nihil suspicionis subesset, nos bello abs te peti: quod ad ea comitia legatos misimus quibū permisimus deliberationē earū rerū quas proponeres maturā. Consiliū suū liberè, nō advertentes ne tantulum quidē in te offensionis, aperverunt. Vnū hoc de rebus

Confœderatorū principū literæ ad Cæsarem.

rebus futuris addebas, velle te rēpub: constituere: eósque, qui imperio non parērent ut æquum jusq; esset, mulcta re. Quis interim nostrûm cogitasset, te bellum in nos moliri, priusquam imperata proposuisses? Postquā verò ex aliorum Principum literis, præcipuè ex Granuellani & Navij respōso certiores facti sumus, rebelles te mulctare velle, rumor invaluit, nos bello abs te peti. Quam rē, quā acerbè tulerimus, superi norūt. Quare his literis apud te nos expurgare placuit. Id verò ne ipse quidem inficiaberis, nos & fœderis socios onera tulisse Imperij, im̄unibus alijs, quæ imponi potuerint. Auxilia, proximo cōventu Spirēsi postulata libentes misimus, plusque adeò quam impositum erat contulimus, ne quid fraudi ab inimicis nobis verteretur. Cū igitur post ista amplissima in te merita nos rebellionis rei agimur, profectò non solum dolet, verumetiam triste est & acerbum auditu. Illud autem jus ratumque potius fuisset, prius nos accusatos, ad causam dicendam admitti:

quam hoc pacto, bello nondum indicto peti, atque ita apud omnes mortales immeritò traduci. Hac ratione & nostram innocentiam tueri, & sycophantias inimicorum, qui te in nos concitarunt. refutare licuisset. Ipse Cæsar nosti, quam benignè, & amicè nobiscum ante quintum annum, & nuper Spiræ egeris: ut non esset, cur quis nobis vel obstinatiam, vel ullum crimen obijceret. Omittimus, nos tibi petenti agrum Brunsuicensem lubentes sequestro permisisse. Et ob ista nos in periculum omnium bonorum incidimus. Iam illud te non fugit, Francfurti Cæsarem te factum, nihil nisi è consuetudine & legibus Imperij incœptaturum, religiosè jurasse. Superis igitur hoc relinquimus, quod indicta causa bellum nobis facias: ac de quibus criminibus nos traducis, edito scripto publicè respondebimus, ut qua injuria opprimimur, omnes mortales intelligant, teque Romæ Pon-
tificis

tificis classico, ob Tridentinum à nobis reiectum concilium, ad suscipienda in nos arma excitatum.

Cæsaris ad Archiepiscopum Coloniensem literæ Sleidanus lib. 17. N. 29.

Cæsar lectis his confœderatorum literis, ad Archiepiscopum Coloniensem quoque scribit: cui, reddita eadem belli causâ, imperat, ut edicto promulgato caveat, ne quis in ditione Coloniensi, nisi sub se stipendium faciat milies: eosque qui in hostium castra jam transiissent, publicè gravi proposita mulcta, domum revocet. Facit Archiepiscopus mandatum illicò, & promulgat edictum.

Saxo & Hessus publico se scripto purgant.

Saxo & Hessus scripto emisso paucis pòst diebus in hanc fermè sententiam, contra sparsam à Cæsare famam, quam ob causam ad arma concitatus fuisset, luculenter se expurgant. Cæsarem propter negocium religionis bellum movere, ut fœdus disturbet, & quidem falsâ specie rebellionis adumbratâ, ac postea alios post alios deleat. Quæ verbis Ferdinandi, Granuellani, Navij, &

quam hoc pacto, bello nondum indicto peti, atque ita apud omnes mortales immeritò traduci. Hac ratione & nostram innocentiam tueri, & sycophantias inimicorum, qui te in nos concitarunt. refutare licuisset. Ipse Cæsar nosti, quam benignè, & amicè nobiscum ante quintum annum, & nuper Spiræ egeris: ut non esset, cur quis nobis vel obstinatiam, vel ullum crimen obijceret. Omittimus, nos tibi petenti agrum Brunsuicensem lubentes sequestro permisisse. Et ob ista nos in periculum omnium bonorum incidimus. Iam illud te non fugit, Francfurti Cæsarem te factum, nihil nisi è consuetudine & legibus Imperij incœpturum, religiosè jurasse. Superis igitur hoc relinquimus, quod indicta causa bellum nobis facias: ac de quibus criminibus nos traducis, edito scripto publicè respondebimus, ut qua injuria opprimimur, omnes mortales intelligant, teque Romæ Pontificis

tificis classico, ob Tridentinum à nobis reiectum concilium, ad suscipienda in nos arma excitatum.

Cæsar lectis his confœderatorum literis, ad Archiepiscopum Coloniensem quoque scribi t: cui, reddita eadem belli causâ, imperat, ut edicto promulgato caveat, ne quis in ditione Coloniensi, nisi sub se stipendium faciat milies: eosque qui in hostium castra jam transiissent, publicè gravi proposita mulcta, domum revocet. Facit Archiepiscopus mandatum illicò, & promulgat edictum.

Cæsaris ad Archiepiscopum Coloniensem literæ Sleidanus lib. 17, N, 29.

Saxo & Hessus scripto emisso paucis pòst diebus in hanc fermè sententiam, contra sparsam à Cæsare famam, quam ob causam ad arma concitatus fuisset, luculenter se expurgant. Cæsarem propter negocium religionis bellum movere, ut fœdus disturbet, & quidem falsâ specie rebellionis adumbratâ, ac postea alios post alios deleat. Quæ verbis Ferdinandi, Granuellani, Navij, & alio-

Saxo & Hessus publico se scripto purgant.

aliorum privatis colloquiis Ratisbonæ temerè effusis, confirmarunt Belli causam nullam aliam fuisse quàm, quod concordes concilium Tridentinum recusassent. Cæsarem Ravesburgensibus nuper misso cum literis nuncio, nisi ab instituta religione descisc erent, vastationem agri & urbis excidium denunciasse. Pontificem ob eandem religionem Archiepiscopo Colonienli episcopatum abrogasse. Atque hæc eaden cùm Cæsar minetur, satis causā belli apparere. Iam rumoribus, jactari Cardinalem Augustanum, choarg hujus tragediæ, huc incumbere, u illi successor in Archiepiscopatur detur: simulque occultè agitari, u per militem tota Germania distr butum decreta concilij de religion Cæsar exequatur. Accipere præte rea, Toletanum, & plerosque Hispa niarum purpuratos huc grande vim pecuniarum conferre: quò haudquaquam esset futurum, si bel causa actio civilis foret. Cæsarem p làm olim Augustæ dixisse, hanc do

ctrina

ctrinam atque hæresim se ferre non posse: & ad eam delendam, animisq; omnium mortalium eximendam, nõ solum opes cum suis, sed vires etiam cum vita & sanguine se aliquando impensurum. Si victi armis ipsi nunc exuantur, tum demum palàm fore, utrum religioni essent parsuri, ac monasticum ordinem, violatis suis uxoribus, trucidatisque liberis, ac ministris, religionis suæ occisis, in integrum essent restituturi. Cætera hujus apologetici scripti, vel quia prolixiora sunt quam ut persequi libeat, vel quòd ab alijs perscripta sint, studiò prætermitto.

Mittuntur simul & ad Ioannem Brandeburgensem literæ, ut fœderis icti memor, in ipsos nihil moliatur. Ille Cæsarem sequi se respondit, à quo sibi religiosè arma contra religionem non moveri, cautum esset. Fœderi Smalcaldico se illigatum quidem, verùm Augustanæ confessionis esse. In privato verò fœdere Cæsarem exceptum fuisse. Hinc liquidò constare, nihil à se contra fidem

Confœderati Ioannem Brandeburgicum rogant, ut nihil in ipsos moliatur: sed frustrá.

dem & fœderis leges perpetrari. Cótrà illi scripto emisso refutare, quod de Augustana confessione is adduxerat: adferre ipsius in medium literas, quibus ipsum ad auxilia ferenda sibi ac suis devinctum convicêre. Hinc per literas centuriones ac tribunos monent, ne homini perfido in hoc bellum suam operam præstent.

Hessus filium suũ Argentinam mittit.

Collegerat jam Hessus omnes suas copias, quas priusquã in Cæs. duceret Gulielmũ maximũ natu filiũ, nondũ decimumsextum ætatis añum egressum, Argentoratum, tutã ac egregiè munitam urbẽ, abs se ablegavit. Henricus Brunsuicensis, quẽ Lantgravius in custodiam condiderat, abiturum ad bellum ad se vocari jussit, velle illi detegere occulta Cæsaris consilia, & quando per quos homines consuta fuissent, ad faciendum bellum. Sed ille fraudem subesse ratus, vel ad leniendũ ferocem animũ, & offensam: vel ut expeditionem moraretur, vel ut tali beneficio inpacatũ dimitteretur, ejus colloquium recusavit, hostium infida esse cõsilia reputans

tans. Nondum Cæsarianæ cohortes convenerant, nondum Madrucius aderat, nec Georgius à Regensburgo: Hispani & Hussari, per longas viarum ambages sparsi, ab hostibus medijs interclusi impediebantur. Augustani, Vlmenses, & Wirtenbergenses, accepto Pontificiarum copiarum adventu (ne sedentes debellarentur, tum ut transitu in Germaniam eas prohiberent) octo & viginti æneis machinis instructi ad Fiessam (oppidum id ditionis episcopi Augustani est ad, Læchum amnem) castra ponunt, contra castra Marquani & Madrucij. Hi viribus suis diffisi, quòd hostibus neque equitum neque peditum numero dimidia parte pares essent, retrò Tirolam concesserunt. Capta per deditionem Fiessa, ac valido præsidio imposito munita, ad Alpium fauces ad Clusam occupandam contendit Schertelus, jussu legatorum Fœderis, qui paulo antè Vlmam venerant. Ex Italia petentibus Germaniam iter est per Tridentum, Oenoponté. Hinc duobus itineribus in Bavariam

Sleidanus lib. 17. Num. 34. Thuanus lib. 2. hist. pag. 139. Avila lib. 1. de bello Ger. pag.

Bavariam pervijs descenditur: aut secundo Oeno amne per oppidum Copstænum, quod Schertelus tenebat, nisi quis lævorsum iter per Alpes medias avertere malit. In extrema ora Alpium, quâ ad earum radices decurritur, arx Erebergum loco & excelso & præcipiti occurrit. Has angustias qui occupat, parva manu ingentes copias descensu prohibere potest. Præsidia Clusina hostium inopinato adventu perculsa, trepidè arcē pro tēpore, ac raptim vallo cingunt. Sed quoniam in recenti opere nihil firmi validiq; moliri poterant, quin levi momentò machinis disijceretur: & longam obsidionem posse sustinere diffidebant: deditione facta, in potestatem venerunt. Per eos dies duo duo Hispanorum millia, cum aliquot levis armaturæ Hungaris, qui à pace Suessionensi ex hybernis, è Lotharingia in Pannoniā transierant, per longinquos itinerū circuitus, Ingolstadium pervenerunt. Sumæ rerum præfectus fuit à Cæsare Dux Albanus. Is cū his copijs, & alijs cohortibus, quæ ad Ra-

adRatisbonam in castris erant,Tiro-
lam ducit, & cum Madrucianis, Ma-
rignaniq; copijs se cōjungit, ut Clu-
sam amissam reciperet. Sed loci natu-
ra perspecta,in apertū discrimen suos
adducere nō ausus fuit. Cæsar serva-
rat Ratisbonæ ad corporis custodiā
partē peditatus Madruciani, ad quē
& ipse Madrucius hostiū insidias ve-
ritus se recepit. Erat Georgius à Re-
gensburgo tum circa Vlmam,is ne te
merè cunctando & ipse circumveni-
retur, cum suis copijs Ratisbonam
quoq; contendit.Supervenerunt his
ijsdem diebus è Neapoli mille quin-
quaginta Itali,&novem millia Hispa
norum.Per eosdem dies Cæsar è Ra-
tisbona pulveris tormentarij magnū
numerum, & cōmeatus Ingolstadiū
præmisit:ubi exercitum,simulatq; o-
mnes undiq; copiæ convenissent,re-
censere statuit. Distat Ingolstadium à
Ratisbona novem millia intervallo,
ut dictum est. Ad hos accessit Alber-
tusMarchio cū quadringentis equiti
bus. Capta Clusa Schertelus ad Oe-
nopontē proficiscitur:quam si in po-
testatem

ut Cæsar idem cogitaret: statueret que, expectata temporis maturitate armis religionem defendere. S propterea ejus voluntatem piam & justam, pro opibus ecclesiæ Roma adiuvare statuisse. Sin ille secu ageret, jacturam tot mortalium, pe fidiâ hæreticorum in dies pereun tium, Deum ab eo exacturum. Hel vetiorum multa memorabilia & lau data facinora extare: sed nullur laudatius forè, quàm si societater & amicitiam secum colere pergant ut id facerent, se obtestari.

Legati confœderatorum ad Helvetios mittuntur.

Super has literas Pontificis, lega ti Fœderis venêre ad Helvetios. H postulabant, ne externo militi ite per fines suos aperirent. Ad se ve rò, & sua castra transire volentibu potestatem permitterent, cùm ne cessitas postularet.

Inter hæc principia belli, Wolfe butelum arx à Brunsuicensibus & alijs civitatibus, à quibus teneba tur, deductis præsidijs, solo æqua ta fuit.

Palat

Palatinus hunc tantum belli apparatum à Cæsare fieri miratus, eum per Wolffium Abstemium interrogat, in quos id pararetur, & quæ esset ejus causa. Si quid ipse posset, velle reconciliationi incumbere, Cæsar ei per Granvellanũ & Navium responderi jussit, quæ suprà à nobis ab eo prætexta fuisse mẽorata sur Rebelles Imperio, & montuum authores nullâ aliâ viâ ad officium trahi posse, armis compellendos eos esse.

Palatinus aput Cæsarem se interponit mediatorem Sleid. l 17. N. 26. Thua. l. 2. hist. p. 131.

Palatinus re deprehensâ, extemplò Hessum, Saxonem, & Wirtembergensem certiores facit: simulq; quantum vastitatis ab externo milite Germaniæ instaret. Quamobrem potius quàm ut in apertum res Martem erumperet, si non in totum parêrent, aliquid donarent, monet. Nec dubiam habere sPem, qnin si in parte Cęsari morigerentur, non parùm ad reconciliationẽ pro futurum, Cæsarem placabilem esse, & quantum intellexisset, si ignosci sibi peterẽt, quod admissum esset eum placatũ, quicquid esset offensionis depositurum. Super

Palatinus & confæderatos principes, ut bellum devitent monet.

 hæc,

hæc, si quid ab alijs insuper peccatũ esset, id clementer corrigeretur. Si quid per injuriam alijs esset ademptum, id Cæsari, vel æquis viris disceptandum permitteretur.

Saxo ingentes copias cõtrahit, easque cum reliquis coniungit. Sleid. lib. 17. N. 28. Thua. lib. 2. hist. pag 133 Avila lib. 1 de bello Germ.

Saxo his acceptis, & ipse ingentes copias contrahit, easque cum aliorum copijs coniungit: hortaturque ad perseverãdũ in fœdere semel icto, ac subinde postea renovato. Conveniunt & ipsi celeriter, ac re in deliberationẽ proposita, literas ad Cæsarẽ dant Saxo & Hessus. Earũ hic erat tenor. E nostris legatis Ratisbonâ domũ reversis, Cæsar clementissime cognovimus, te bellũ nobis & fœderis socijs magno apparatu facere: cùm ab ipsis rogatus esses, id ut operã dares, ne quid detrimenti Germania acciperet, Tũ ita abs te responsum fuit, ut inde nihil suspicionis subesset, nos bello abs te peti: quod ad ea comitia legatos misimus quibũ permisimus deliberationẽ earũ rerũ quas proponeres maturã. Consiliũ suũ liberè, nõ advertentes ne tantulum quidẽ in te offensionis, aperverunt. Vnũ hoc de rebus

Confœderatorũ principũ literæ ad Cæsarem.

rebus futuris addebas, velle te rẽpub: constituere: eósque, qui imperio non parêrent ut æquum jusq; esset, multare. Quis interim nostrûm cogitasset, te bellum in nos moliri, priusquam imperata proposuisses? Postquã verò ex aliorum Principum literis, præcipuè ex Granuellani & Navij respõso certiores facti sumus, rebelles te multare velle, rumor invaluit, nos bello abs te peti. Quam rẽ, quã acerbè tulerimus, superi norũt. Quare his literis apud te nos expurgare placuit. Id verò ne ipse quidem inficiaberis, nos & fœderis socios onera tulisse Imperij, ĩmunibus alijs, quæ imponi potuerint. Auxilia, proximo cõventu Spirési postulata libentes misimus, plusque adeò quam impositum erat contulimus, ne quid fraudi ab inimicis nobis verteretur. Cũ igitur post ista amplissima in te merita nos rebellionis rei agimur, profectò non solum dolet, verumetiam triste est & acerbum auditu. Illud autem jus ratumque potius fuisset, prius nos accusatos, ad causam dicendam admitti:

 quam

quam hoc pacto, bello nondum indicto peti, atque ita apud omnes mortales immeritò traduci. Hac ratione & nostram innocentiam tueri, & sycophantias inimicorum, qui te in nos concitarunt. refutare licuisset. Ipse Cæsar nosti, quam benignè, & amicè nobiscum ante quintum annum, & nuper Spiræ egeris: ut non esset, cur quis nobis vel obstinatiam, vel ullum crimen obijceret. Omittimus, nos tibi petenti agrum Brunsuicensem lubentes sequestro permisisse. Et ob ista nos in periculum omnium bonorum incidimus. Iam illud te non fugit, Francfurti Cæsarem te factum, nihil nisi è consuetudine & legibus Imperij incœptaturum, religiosè jurasse. Superis igitur hoc relinquimus, quod indicta causa bellum nobis facias: ac de quibus criminibus nos traducis, edito scripto publicè respondebimus, ut qua injuria opprimimur, omnes mortales intelligant, teque Romæ Pontificis

tificis classico, ob Tridentinum à nobis reiectum concilium, ad suscipienda in nos arma excitatum.

Cæsar lectis his confœderatorum literis, ad Archiepiscopum Coloniensem quoque scribi t: cui, reddita eadem belli causa, imperat, ut edicto promulgato caveat, ne quis in ditione Coloniensi, nisi sub se stipendium faciat milies: eosque qui in hostium castra jam transissent, publicè gravi proposita mulcta, domum revocet. Facit Archiepiscopus mandatum illicò, & promulgat edictum.

Cæsaris ad Archiepiscopum Coloniensem literæ
Sleidanus lib. 17. N. 29.

Saxo & Hessus scripto emisso paucis pòst diebus in hanc fermè sententiam, contra sparsam à Cæsare famam, quam ob causam ad arma concitatus fuisset, luculenter se expurgant. Cæsarem propter negocium religionis bellum movere, ut fœdus disturbet, & quidem falsâ specie rebellionis adumbratâ, ac postea alios post alios deleat. Quæ verbis Ferdinandi, Granuellani, Navij, &

Saxo & Hessus publico se scripto purgant.

aliorum privatis colloquiis Ratisbonæ temerè effusis, confirmarunt. Belli causam nullam aliam fuisse, quàm, quod concordes concilium Tridentinum recusassent. Cæsarem Ravesburgensibus nuper misso cum literis nuncio, nisi ab instituta religione desciscerent, vastationem agri & urbis excidium denunciasse. Pontificem ob eandem religionem Archiepiscopo Coloniensi episcopatum abrogasse. Atque hæc eadem cùm Cæsar minetur, satis causā belli apparere. Iam rumoribus, jactari Cardinalem Augustanum, choargi hujus tragediæ, huc incumbere, u illi successor in Archiepiscopatun detur: simulque occultè agitari, u per militem tota Germania distri butum decreta concilij de religion Cæsar exequatur. Accipere præte rea, Toletanum, & plerosque Hispa niarum purpuratos huc granden vim pecuniarum conferre: quo haudquaquam esset futurum, si bell causa actio civilis foret. Cæsarem pa làm olim Augustæ dixisse, hanc do ctrinar

ctrinam atque hæresim se ferre non posse: & ad eam delendam, animisq; omnium mortalium eximendam, nõ solum opes cum suis, sed vires etiam cum vita & sanguine se aliquando impensurum. Si victi armis ipsi nunc exuantur, tum demum palàm fore, utrum religioni essent parsuri, ac monasticum ordinem, violatis suis uxoribus, trucidatisque liberis, ac ministris, religionis suæ occisis, in integrum essent restituturi. Cætera hujus apologetici scripti, vel quia prolixiora sunt quam ut persequi libeat, vel quòd ab alijs perscripta sint, studiò prætermitto.

Mittuntur simul & ad Ioannem Brandeburgensem literæ, ut fœderis icti memor, in ipsos nihil moliatur. Ille Cæsarem sequi se respondit, à quo sibi religiosè arma contra religionem non moveri, cautum esset. Fœderi Smalcaldico se illigatum quidem, verùm Augustanæ confessionis esse. In privato verò fœdere Cæsarem exceptum fuisse. Hinc liquidò constare, nihil à se contra fidem

Confœderati Ioannem Brandeburgicum rogant, ut nihil in ipsos moliatur: sed frustrà.

dem & fœderis leges perpetrari. Cõtrà illi scripto emisso refutare, quod de Augustana confessione is adduxerat: adferre ipsius in medium literas, quibus ipsum ad auxilia ferenda sibi ac suis devinctum convicêre. Hinc per literas centuriones ac tribunos monent, ne homini perfido in hoc bellum suam operam præstent.

Hessus filium suũ Argentinam mittit.

Collegerat jam Hessus omnes suas copias, quas priusquã in Cæs. duceret Gulielmũ maximũ natu filiũ, nondũ decimum sextum ætatis añum egressum, Argentoratum, tutã ac egregiè munitam urbẽ, abs se ablegavit. Henricus Brunsuicensis, quẽ Lantgravius in custodiam condiderat, abiturum ad bellum ad se vocari jussit, velle illi detegere occulta Cæsaris consilia, & quando per quos homines consuta fuissent, ad faciendum bellum. Sed ille fraudem subesse ratus, vel ad leniendũ ferocem animũ, & offensam: vel ut expeditionem moraretur, vel ut tali beneficio inpacatũ dimitteretur, ejus colloquium recusavit, hostium infida esse cõsilia reputans

tans. Nondum Cæsarianæ cohortes convenerant, nondum Madrucius aderat, nec Georgius à Regensburgo: Hispani & Hussari, per longas viarum ambages sparsi, ab hostibus medijs interclusi impediebantur. Augustani, Vlmenses, & Wirtenbergenses, accepto Pontificiarum copiarum adventu (ne sedentes debellarentur, tum ut transitu in Germaniam eas prohiberent) octo & viginti æneis machinis instructi ad Fiessam (oppidum id ditionis episcopi Augustani est ad, Læchum amnem) castra ponunt, contra castra Marquani & Madrucij. Hi viribus suis diffisi, quòd hostibus neque equitum neque peditum numero dimidia parte pares essent, retrò Tirolam concesserunt. Capta per deditionem Fiessa, ac valido præsidio imposito munita, ad Alpium fauces ad Clusam occupandam contendit Schertelus, jussu legatorum Fœderis, qui paulo antè Vlmam venerant. Ex Italia petentibus Germaniam iter est per Tridentum, Oenoponté. Hinc duobus itineribus in Bavariam

Sleidanus lib. 17. Num. 34. Thuanus lib. 2. hist. pag. 139. Avila lib. 1. de bello Ger. pag.

Bavariam pervijs descenditur: aut secundo Oeno amne per oppidum Copstænum, quod Schertelus tenebat, nisi quis lævorsum iter per Alpes medias avertere malit. In extrema ora Alpium, quâ ad earum radices decurritur, arx Erebergum loco & excelso & præcipiti occurrit. Has angustias qui occupat, parva manu ingentes copias descensu prohibere potest. Præsidia Clusina hostium inopinato adventu perculsa, trepidè arcé pro tépore, ac raptim vallo cingunt. Sed quoniam in recenti opere nihil fi m i validiq; moliri poterant, quin levi momentò machinis disijceretur: & longam obsidionem posse sustinere diffidebant: deditione facta, in potestatem venerunt. Per eos dies duo duo Hispanorum millia, cum aliquot levis armaturæ Hungaris, qui à pace Suessionensi ex hybernis, è Lotharingia in Panno niã transierant, per longinquos itinerũ circuitus, Ingolstadium pervenerunt. Sumæ rerum præfectus fuit à Cæsare Dux Albanus. Is cũ his copijs, & alijs cohortibus, quæ ad Ra-

adRatisbonam in caſtris erant, Tiro⸗lam ducit, & cum Madrucianis, Marignaniq; copijs ſe cōjungit, ut Cluſam amiſſam reciperet. Sed loci natura perſpecta, in apertū diſcrimen ſuos adducere nō auſus fuit. Cæſar ſervarat Ratisbonæ ad corporis cuſtodiā partē peditatus Madruciani, ad quē & ipſe Madrucius hoſtiū inſidias veritus ſe recepit. Erat Georgius à Regensburgo tum circa Vlmam, is ne temerè cunctando & ipſe circumveniretur, cum ſuis copijs Ratisbonam quoq; contendit. Supervenerunt his ijsdem diebus è Neapoli mille quinquaginta Itali, & novem millia Hiſpanorum. Per eosdem dies Cæſar è Ratisbona pulveris tormentarij magnū numerum, & comeatus Ingolſtadiū præmiſit: ubi exercitum, ſimulatq; omnes undiq; copiæ convenissent, recenſere ſtatuit. Diſtat Ingolſtadium à Ratisbona novem millia intervallo, ut dictum eſt. Ad hos acceſſit Albertus Marchio cū quadringentis equitibus. Capta Cluſa Schertelus ad Oenopontē proficiſcitur: quam ſi in po-
teſtatem

testaté redigere potuisset, valido prę-sidio imposito, per bivium illud, per quod in Germaniam ex Italia expeditis iter est, transitum claudere potuisset.

At Ferdinandus captæ Clusæ nuncio accepto, per agrũ Tridentinũ & fines Tirolenses duodecim millia peditum contraxit, quorũ parté oppido præsidio imposuit, parté duce Castelalto aditus maturè occupare jussit. Schertelus spe potiundæ Oenopontis delapsus, ad Clusinã arcé retrocessit. Inde Erebergũ ad Fiesã, ubi præsidijs validioribus munivisset, morã ibi parũ tutã ob diminutas copias arbitratus, cum reliquis cohortibus ad exercitũ, qui stativa circa Danubiũ habebat, redijt, direptis passim in itinere cœnobijs obvijs. Schertelo ex Alpibus digresso, Hispani Copstænum cum insigni clade opidanorum recipiunt. Heddecus, qui Wirtenbergensibus copijs præerat, Dillingam oppidum & arcem, ditionis episcopi Augustani, deditione capit. Hoc terrore perturbatus episcopus Eistetensis, per le-

per legatos duces belli orat, ut se pacatum relinquant, suis parcant: polliceturque simul commeatum, & liberum transitum per agros suos. Schertelus copias ad Danovertum simul admovet. Oppidani sustinuerunt per aliquot dies, sed paucos, obsidionem: sed cùm tardius auxilia adessent, pacti ab hoste deliberandi spacium, occultè de submittendis auxilijs ad Cæsarem mittunt: velle se in illius potestatem permittere. Hostis animadverso, fraude ad consultandum pactos dies, oppugnationem paravit: admotisque ad muros scalis, cum segnius ab oppidanis defenderentur, invadunt. Parsum hic civibus fuit, direptis cœnobijs. Distat à Ratisbona quatuordecim passuum millibus. Ludovicus ab Avila scribit, oppidum initio Smalcaldico fœderi illigatum fuisse: & Schertelum haudquaquam infestè intromissum, statuisse Saxonem & Hessum illic operiri, ut se cum illis conjungeret. Oppidum commodum,

quô

quò per Danubium & Lycum amnes ſecundo agmine commeatus deuehe retur. Danubius, qui & Iſter, è monte Abnoba, ſiue Abnobo oritur: ita ſuo exortu propinquus Rheno, qui è Rheticis Alpibus labitur, ut inter hujus ripas, & ſuam ſcaturiginem, vix agros duorum milliarium habeat: ac per innumeras gentes immenſo aquarum actu longè in ortum euagatus, & ſexaginta amnibus in ipſo curſu ampliatus: ſex vaſtis fluminib9 in Pontū effunditur. Quo in loco primū erumpit, Rhetiæ primæ finem, atque Germaniæ initium facit. Oſtiorum nomina ſunt ad mare Ponticum Peuces, Narcuſtoma, Caloſtoma, Pſeudoſtoma, Boreoſtoma, & Spireoſtoma, Lycus verò amnis, qui Sueviam à Bauaria dividit, Auguſtam præterlapſus, quatuor inde milliaribus ad Danovertum Danubio miſcetur. Sex inde à Danoverto ad ortum milliaribus Ingolſtadium in ripa Danubij ſitū eſt. Schertelus oppido potitus, caſtra ibi metatur. Saxo interim & Heſſus jam tū ſuis, tum imperatis

Orien-

Orientalibus copijs instructi, & jam per Franconiam profecti, ubi Wirciburgensis episcopus locupletē commeatū omniū rerum ultrò obtulisset ut agri sui in pacatis haberentur, socia castra petiverunt. Sequebantur ducū castrà, Electoris Brandeburgensis & Mauritij legati, solicitantes, ut ipsis negociū conciliandi pacem permitteretur. Verùm cùm Saxo & Hessus id ad sociorū arbitriū reijcerent, infecta re è castris domos discesserūt, E Bohemia aliquāta nobilitatis pars cū equestribus auxilijs, & duob. millibus peditū, ad Cæsaris copias tū accesserunt Maturauerant jam segetes, quas, priusquā ab hoste infesta populatione dissiparētur, septimo Kalend. Augusti Cæsar omnes puellas, fœminasq; iñuptas edicto demetere jussit Ratisbonæ: his merces diurna persoluta ab ijs fuit, quorū agri privati illi erant. Pari cura frumentū molendū, & molitū penes sodalitiū Franciscanorū cōdendū curavit, in Belli usū necessariū. Et quia undiq; copiosa añona, ob grandiora rerū precia in castra

ex

aliorum privatis colloquiis Ratisbonæ temerè effusis, confirmarunt. Belli causam nullam aliam fuisse, quàm, quod concordes concilium Tridentinum recusassent. Cæsarem Ravesburgensibus nuper misso cum literis nuncio, nisi ab instituta religione desciscerent, vastationem agri & urbis excidium denunciasse. Pontificem ob eandem religionem Archiepiscopo Coloniensi episcopatum abrogasse. Atque hæc eadem cùm Cæsar minetur, satis causā belli apparere. Iam rumoribus, jactari, Cardinalem Augustanum, choargũ hujus tragediæ, huc incumbere, ut illi successor in Archiepiscopatum detur: simulque occultè agitari, ut per militem tota Germania distributum decreta concilij de religione Cæsar exequatur. Accipere præterea, Toletanum, & plerosque Hispaniarum purpuratos huc grandem vim pecuniarum conferre: quòd haudquaquam esset futurum, si belli causa actio civilis foret. Cæsarem palàm olim Augustæ dixisse, hanc do-

ctrinam

ctrinam atque hæresim se ferre non posse: & ad eam delendam, animisq; omnium mortalium eximendam, nō solum opes cum suis, sed vires etiam cum vita & sanguine se aliquando impensurum. Si victi armis ipsi nunc exuantur, tum demum palàm fore, utrum religioni essent parsuri, ac monasticum ordinem, violatis suis uxoribus, trucidatisque liberis, ac ministris, religionis suæ occisis, in integrum essent restituturi. Cætera hujus apologetici scripti, vel quia prolixiora sunt quam ut persequi libeat, vel quòd ab alijs perscripta sint, studiò prætermitto.

Mittuntur simul & ad Ioannem Brandeburgensem literæ, ut fœderis icti memor, in ipsos nihil moliatur. Ille Cæsarem sequi se respondit, à quo sibi religiosè arma contra religionem non moveri, cautum esset. Fœderi Smalcaldico se illigatum quidem, verùm Augustanæ confessionis esse. In privato verò fœdere Cæsarem exceptum fuisse. Hinc liquidò constare, nihil à se contra fidem

Confœderati Iohannem Brandeburgicum rogant, ut nihil in ipsos moliatur: sed frustrà.

dem & fœderis leges perpetrari. Cōtrà illi scripto emisso refutare, quod de Augustana confessione is adduxerat: adferre ipsius in medium literas, quibus ipsum ad auxilia ferenda sibi ac suis devinctum convicêre. Hinc per literas centuriones ac tribunos monent, ne homini perfido in hoc bellum suam operam præstent.

Hessus filium suū Argentinam mittit.

Collegerat jam Hessus omnes suas copias, quas priusquā in Cæs. duceret Gulielmū maximū natu filiū, nondū decimumsextum ætatis añum egressum, Argentoratum, tutā ac egregiè munitam urbē, abs se ablegavit. Henricus Brunsuicensis, quē Lantgravius in custodiam condiderat, abiturum ad bellum ad se vocari jussit, velle illi detegere occulta Cæsaris consilia, & quando per quos homines consuta fuissent, ad faciendum bellum. Sed ille fraudem subesse ratus, vel ad leniendū ferocem animū, & offensam: vel ut expeditionem moraretur, vel ut tali beneficio inpacatū dimitteretur, ejus colloquium recusavit, hostium infida esse cōsilia reputans

tans. Nondum Cæſarianæ cohortes convenerant, nondum Madrucius aderat, nec Georgius à Regensburgo: Hiſpani & Huſſari, per longas viarum ambages ſparſi, ab hoſtibus medijs intercluſi impediebantur. Augustani, Vlmenſes, & Wirtenbergenſes, accepto Pontificiarum copiarum adventu (ne ſedentes debellarentur, tum ut tranſitu in Germaniam eas prohiberent) octo & viginti æneis machinis inſtructi ad Fieſſam (oppidum id ditionis epiſcopi Auguſtani eſt ad, Læchum amnem) caſtra ponunt, contra caſtra Marquani & Madrucij. Hi viribus ſuis diffiſi, quòd hoſtibus neque equitum neque peditum numero dimidia parte pares eſſent, retrò Tirolam conceſſerunt. Capta per deditionem Fieſſa, ac valido præſidio impoſito munita, ad Alpium fauces ad Cluſam occupandam contendit Schertelus, juſſu legatorum Fœderis, qui paulo antè Vlmam venerant. Ex Italia petentibus Germaniam iter eſt per Tridentum, Oenoponte. Hinc duobus itineribus in Bavariam

Sleidanus lib. 17. Num. 34. Thuanus lib. 2. hiſt. pag. 139. Avila lib. 1. de bello Ger. pag.

adRatisbonam in castris erant, Tirolam ducit, & cum Madrucianis, Marignaniq; copijs se cōjungit, ut Clusam amissam reciperet. Sed loci natura perspecta, in apertū discrimen suos adducere nō ausus fuit. Cæsar servarat Ratisbonæ ad corporis custodiā partē peditatus Madruciani, ad quē & ipse Madrucius hostiū insidias veritus se recepit. Erat Georgius à Regensburgo tum circa Vlmam, is ne temerè cunctando & ipse circumveniretur, cum suis copijs Ratisbonam quoq; contendit. Supervenerunt his ijsdem diebus è Neapoli mille quinquaginta Itali, & novem millia Hispanorum. Per eosdem dies Cæsar è Ratisbona pulveris tormentarij magnū numerum, & comeatus Ingolstadiū præmisit: ubi exercitum, simulatq; omnes undiq; copiæ convenissent, recensere statuit. Distat Ingolstadium à Ratisbona novem millia intervallo, ut dictum est. Ad hos accessit Albertus Marchio cū quadringentis equitibus. Capta Clusa Schertelus ad Oenopontē proficiscitur: quam si in potestatem

testaté redigere potuisset, valido pręsidio imposito, per bivium illud, per quod in Germaniam ex Italia expeditis iter est, transitum claudere potuisset.
At Ferdinandus captæ Clusæ nuncio accepto, per agrũ Tridentinũ & fines Tirolenses duodecim millia peditum contraxit, quorũ parté oppido præsidio imposuit, parté duce Castelalto aditus maturè occupare jussit. Schertelus spe potiundæ Oenopontis delapsus, ad Clusinã arcé retrocessit. Inde Erebergũ ad Fiessã, ubi præsidijs validioribus munivisset, morã ibi parũ tutã ob diminutas copias arbitratus, cum reliquis cohortibus ad exercitũ, qui stativa circa Danubiũ habebat, redijt, direptis passim in itinere cœnobijs obvijs. Schertelo ex Alpibus digresso, Hispani Copstænum cum insigni clade opidanorum recipiunt. Heddecus, qui Wirtenbergensibus copijs præerat, Dillingam oppidum & arcem, ditionis episcopi Augustani, deditione capit. Hoc terrore perturbatus episcopus Eistetensis, per le-

per legatos duces belli orat, ut se pacatum relinquant, suis parcant: polliceturque simul commeatum, & liberum transitum per agros suos. Schertelus copias ad Danovertum simul admovet. Oppidani sustinuerunt per aliquot dies, sed paucos, obsidionem: sed cùm tardius auxilia adessent, pacti ab hoste deliberandi spacium, occultè de submittendis auxilijs ad Cæsarem mittunt: velle se in illius potestatem permittere. Hostis animadverso, fraude ad consultandum pactos dies, oppugnationem paravit: admotisque ad muros scalis, cum segnius ab oppidanis defenderentur, invadunt, Parsum hic civibus fuit, direptis cœnobijs. Distat à Ratisbona quatuordecim passuum millibus. Ludovicus ab Avila scribit, oppidum initio Smalcaldico fœderi illigatum fuisse: & Schertelum haudquaquam infestè intromissum, statuisse Saxonem & Hessum illic operiri, ut se cum illis conjungeret. Oppidum commodum, quô

quò per Danubium & Lycum amnes secundo agmine commeatus deueheretur. Danubius, qui & Ister, è monte Abnoba, siue Abnobo oritur: ita suo exortu propinquus Rheno, qui è Rheticis Alpibus labitur, ut inter hujus ripas, & suam scaturiginem, vix agros duorum milliarium habeat: ac per innumeras gentes immenso aquarum actu longè in ortum euagatus, & sexaginta amnibus in ipso cursu ampliatus: sex vastis fluminib9 in Pontũ effunditur. Quo in loco primũ erumpit, Rhetiæ primæ finem, atque Germaniæ initium facit. Ostiorum nomina sunt ad mare Ponticum Peuces, Narcustoma, Calostoma, Pseudostoma, Boreostoma, & Spireostoma, Lycus verò amnis, qui Sueviam à Bauaria dividit, Augustam præterlapsus, quatuor inde milliaribus ad Danovertum Danubio miscetur. Sex inde à Danoverto ad ortum milliaribus Ingolstadium in ripa Danubij situ est. Schertelus oppido potitus, castra ibi metatur. Saxo interim & Hessus jam tũ suis, tum imperatis

Orien-

Orientalibus copijs instructi, & jam per Franconiam profecti, ubi Wirciburgensis episcopus locupletẽ commeatũ omniũ rerum ultrò obtulisset ut agri sui in pacatis haberentur, socia castra petiverunt. Sequebantur ducũ castrà, Electoris Brandeburgensis & Mauritij legati, solicitantes, ut ipsis negociũ conciliandi pacem permitteretur. Verùm cùm Saxo & Hessus id ad sociorũ arbitriũ reijcerent, infecta re è castris domos discesserũt, E Bohemia aliquãta nobilitatis pars cũ equestribus auxilijs, & duob. millibus peditũ, ad Cæsaris copias tũ accesserunt. Maturauerant jam segetes, quas, priusquã ab hoste infesta populatione dissiparẽtur, septimo Kalend. Augusti Cæsar omnes puellas, fœminasq; iñuptas edicto demetere jussit Ratisbonæ: his merces diurna persoluta ab ijs fuit, quorũ agri privati illi erant. Pari cura frumentũ molendũ, & molitũ penes sodalitiũ Franciscanorũ cõdendũ curavit, in Belli usũ necessariũ. Et quia undiq; copiosa añona, ob grandiora rerũ precia in castra

ex

ex urbibus & agris coovehebatur, cariora omnia Ratisbonæ esse cœperunt. Pistores noctibus dies pinsendis panibus nauticis æquarunt: quorũ famuli, qui continui laboris tædio in militiã ab heris fugerant, exauthoritati capitis supplicio redire, & operam suam locare coacti sunt. Fabris perpetuus labor in bellicis machinis fabricantis auctus fuit. Dum ista Ratisbonæ à Cæsare præparantur, Augustæ aliquantum turbæ oritur. Erant ibi quidã insigniter homines locupletes, (vulgò Germanica lingua Fuccheros vocat) qui paulò antè ad primam belli famam urbe, omnibus rebus collectis, & in quadrigas conjectis, cesserant. Rumor eo-fugam statim sequutus, quia pecuniarũ affatim divites erãt, quasi Cæsari, quantũ auri & argẽti esset, facti infectiq;, mutuò in fœnus tradidisset, Legati, qui tum forte Vlmæ adhuc hærebant, eam rẽ indignè, quod hic Cæsaris potentiam confirmassent, non taciti tulêre. Mittunt cum literis ad Senatũ nunciũ, docẽtq; id haudquaquam

Sleidanus lib. 17. N. 36.

quam

quam ferendum his temporibus. Monent *juxtà*, ut id deinceps prohibeatur. Responsũ invicẽ à Senatu: sub initium belli, cùm ne levis quidẽ *ejus* adhuc esset suspicio, pecuniã, ne otiosa ac sine fœnore *jaceret*, datã fuisse. Neminẽ autẽ nunc esse, cui id in mentẽ veniret. Sin fieret, non impunè eũ habiturum, si palàm foret. Diripiuntur per eos dies â Wirtenbergensis cohortibus delubra passim divorum in agris.

Dum Schertelus ad Danovertum moratur, Saxo & Hessus quarto Kalendas Augusti, *ijs* copi*js*, quas ducebant, illi se *conjunxerunt*. Quorum exercitus accessione militum Germanorum, qui in Gallia nuper militarãt, ducibus Bichlingo Comite, & Georgio Recrodo Lantgravi*j* cliente, auctus erat.

Saxo & Hessus cũ exercitu suo Schertelo se cõjungunt.

His Cæsar acceptis, Saxonem & Hessum extemplò proscripsit. Proscriptionis forma erat fermè hujusmodi. In exordio altius magnos suos conatus, quos ad Germaniam pacandam ad ea usque tempora hauserat, graviter narrat. Comme-

Cæsar cõfœderatos proscribit. Sleidanus lib. 17. N. 37. Thuanus lib. 2. hist. p. 143.

morat inde varia decreta, quibus, ne cuivis ullo prætextu inferretur, cautum esset : sed jure ac legibus arbitrandum esse, si quid controversiæ nasceretur. Sub hæc, quibus de causis ipsi obnoxij essent, quamque fidem & obedientiam præstare suæ majestati tenerentur Ordines Imperij. Et cùm his pacis artibus semper quieti incubuisset, Electorem tamen Saxonem, & Philippum Lantgravium Hassiæ, pro se quemque temerè nunquam non suis conatibus ac decretis obstrepuisse, & rebelles imperium abnuisse. Et istis, inquit, non sat fuit se mihi reluctatos fuisse, nisi conjuratione initâ reliquos Ordines in rebellionis societatem in me solicitassent. Lantgravius ante aliquot annos bellum quibusdam sumi loci Principibus, quæsitâ causâ facere conatus, in eorum agros populabundus irrupit & pecuniam, quantam voluit, expressit. Inde alium quendam à Principibus Imperij bello lacessitum, ambo consociatis

conſociatis viribus, regnoque pulſum, omnibus fortunis exuerunt. Accedit ad hæc, quòd Epiſcopatus, ditionesque quaſdam tam religioſi quàm civilis iuris, quarum poſſeſſores è veteri conſuetudine ſunt Imperii, & eius onera cum aliis ex æquo ferunt, & in ampliſſimo ſenatu honeſtum locum ſimul tenent, invaſerint. Et illos quidem, qui iam toties fidem meam in comitiis implorarunt, ut ab eâ tyrannide ipſos liberaré, miſerâ illâ ſervitute premunt. Nonnullos ſuis annuis proventibus per vim privarunt: alios, ditionis alterius, in ſuam clientelam attraxerunt. Neque verò diu eſt, quòd apud quoſdam huius Imperii Ordines inſtiterint, ne vocati ad comitis convenirent: hoc conſilio, ut actionibus intercederent, & in contemptum mei illis ſtimulos adderent. Eoque iſta liberius deſignant, quo minus ſummum magiſtratum faſtu tumétes metuunt. Nam quod ſummum Imperii iudicium ſit extinctum, horum culpâ id factum eſt, his debetur. Iuſtitium perpetuum per hos eſt, dormiunt leges: jam diu eſt quod nullum jus ſit

dictum, non solum cum memorabili multorum mortalium iacturâ & malo, sed etiam detestabili & turpi exemplo. Palliunt ista specioso religionis titulo, si superis placet, libertatis & pacis. His verbis pro palliis & velamentis, quibus sua facinora involvant, artifices utuntur: cum quidvis potius quàm Germaniæ tranquillitatem, pacem religionis, & libertatem Imperii venentur. Nullo scripturæ testimonio certè demonstrare possunt, ius fasq; esse summo magistratui resistere: cùm contra, ex historiarum monumentis, tum sacris tū prophanis, illustria & exempla & testimonia reperiantur. Etenim veteres Christianæ doctrinæ assertores, qui suam professionem non inani verborum strepitu, sed factis, sed sanguine confirmarunt, ethnicis Imperatoribus obedientes se præstiterunt. Multò ergo minus his concessum est, mihi officium recusare suum, & quidem religionis prætextu. Id autem cùm abnuant, quid aliud præ se ferunt, quàm quod, ut de Imperii fastigio me deiiciāt solum moliantur: & ipsi suscipiant sce-

ptrum,

ptrum, quò sacris omnibus ac prophanis commixtis religionem, leges, iura, & publicam libertatẽ opprimant: utq; summis honoribus cumulatè aucti, amplissimisq; opibus locupletati, omnes sub suam ipsorum tyrannidem consertâ trahant manu. Id non obscurè eorum dicta ferocitatis & spirituum plena, id libelli tot famosi, id picturæ infames ac detestabiles nusquam non distractæ ludibrio maiestatis Cæsareæ, & odio in me coarguunt. Iam non tantum fœdus iniverunt variis conventibus contrà me, verùm etiam reges per legationes & literas in me irritare conati sunt: eosque subsidiis occultè, ac consiliis adiuvare. Et extant arbitri earum rerum, quas incœptare conati sunt: qui affirment Turcam eos in Germaniam evocare studuisse. Quod vel hinc verisimile est, quòd ea res ipsorum consiliis vehementer esset opportuna. Itaq; his rebus, quas memoravi, fidem, qua mihi sunt obnoxii, violant, & maiestatem nostram imminuunt, & omnia decreta evertunt: quæ quidem perindè habent, ac si aliis

jus repellendi vim sit ademptum, ipsis vicissim faciendi sit concessum. Quare in crimen maiestatis, & pœnam, qua id punitur legibus, lapsi sunt. Proindè nihil est, quamobrem eorum delicta cõmemorentur, quòd omnibus comperta sint. Iam verò, etsi pro meo iure licuisset antè multò in eos, ut meriti sunt animadvertere, non modica illis donavi, ad prohibendos motus, & conservandam pacem. Et plura etiam nonnunquam tribui, quàm fas æquumque fuit, repugnante conscientiâ: cur factum, quod mea authoritas sic imminuta viluerit, & aliis obfuerim. Hoc pacto ante annos quinque cum Lantgravio Ratisbonæ egi, & Spiræ cum Saxone Electore summâ clementiâ multa tractavi, eo consilio ac spe, quòd hac mea mansuetudine superatos tandem aliquando à pravè consultis eos discessuros rebar: nec opus fore unquam, acerbius remedium quærere. Verùm ubi hac via necquicquam esset desudatũ, & à me prorsus nihil perficeretur, sed verbis in speciem aliquid pollentibus me ludibrio insuper haberi ac decipi adver-

adverterim, (contempſerunt tum mea, tum Imperii decreta, & fœdera violarunt) eosq; adhuc animis obſtinare, & imperandi libidine ad alienas opes diripiendas pertinaciter graſſari, neq; legibus coërceri poſſe, aut velle: verũ huc tantum ſpectare, ut, ni refrenentur, Imperii ſtatum evertant (non enim tãtum religio non rectè conſtitui, ſed ne Imperii membra quidem ullo curari remedio poſſunt) contra eos meo iure uti compellor. Quoniàm autem ex his abundè liquet eos rebellionis convictos, ut ne ipſi quidem iverint, ſi maximè velint, inficias: adhæc, vi grãſſari, neque legibus, neque iudiciis velle teneri ullis, eos ut duces rebellionis, majeſtatis& perfidię reos, ſimul &ut quietis publicæ perturbatores, condemno, & proſcribo. In hos, ut digni ſunt, graviter animadvertere ſtat ſentẽtia: quò liberum mihi ſit, pro meo arbitrio rempublicam conſtituere, & quod mihi incumbit perficere. Proinde, ne quis illis ullâ ratione auxilia mittat, intermi-nor: neve conſilia cum eorum cauſis communicanda conferat, iuxta edico.

Qui contra iverit, pari lege & fortunis multabitur, & in ultimum humanorum supplicium trahetur. Tum autem illi, qui eorum iam sunt castra secuti, primo quoque tempore ab illis desciscant: & mihi auxilia suppeditent. Nemo fœdere aut pactione ullâ illigari se sinat. Ista enim ego rescindo. Quin & eorum nobilitatem, & populum, ea, qua ipsis tenentur parêre, fide ac iureiurādo libero. Qui si paruerint, publicam do fidē. Qui verò meum imperiū abnuerint, pari cum suis principibus pœnâ multabuntur. Huius præscriptonis exemplar in Saxoniam ad nobilitatem, & Saxones missum fuit.

Cæsar dispersas copias colligere & Ratisponam recipere summo studio conatur.

Erat interim Cæsar vehementer sollicitus, quo pacto dispersas copias sine dimicatione Ratisbonam per hostium agros reciperet. Per literas alias indies super alias certior erat factus, in itinere quidem esse, sed transitum diversis locis per obstantia castra impediri. Nōdum ex Austria vastiora tormenta, quæ solicitè expectabat, subvecta erant. Raina oppidum ad Lycum amnem est, ditionis Buvaricæ, duobus à Danoverto mi-

to militaribus. Huic unam cohortem Germanorum militum nuper præsidio imposuerat Cæsar. Hessus & Saxo hanc obsidione cingunt primum, deinde oppugnare parant. Sed oppidani cũ vim experiri nollent, conditiones pacti voluntate in deditionem venerunt. Hic una cohorte relicta præsidio, ad Neoburgum processerunt, tribus à Raina fermè milliaribus, haud procul ab Ingolstadio interluente Danubio, qui eo loco ponte iungitur. Paret Othoni Henrico è Batrarorum familia, qui & ipse fœderi nomen dederat. Hic si hostes transito ponte Ratisbonam ire perrexissent, positis ad muros & portas castris, Cæsarem numero armatorum freti opprimere potuissent. Sed iacent consilia humana, omnesque eæ res irritæ sunt, quas in duce exercitus inesse opportere volunt, rei militaris peritia, virtus, authoritas, & fœlicitas, si adversante numine fatũ dominetur.

Protestãtes Rainam occupant.

Cæsar in magno periculo Ratisponæ erat.

Cæsar inter hæc Bohemis militibus, in castris ad urbem licentius vivẽtibus militares leges dedit. Et quia equitum numerus indies augebatur, pabuli

Cæsar Bohemis militares præscribit leges.

inopiâ nonnihil laborari cœptum fuit. Intra muros aliquot ædificia è cœlo tacta iam tertiùm, conflagrarunt. Suspicione de proditione urbis ortâ, portæ clausæ sunt, & diligentius custoditæ.

Ferdinãdus Rex Mauritium Pragam evocat Sleidan. lib. 17. Nu 4. Avila li 1. de bel. Germ.

Ferdinandus Rex Romanorum è Ratisbona paulo antè in Bohemiam digressus, postquam Pragam venit, Mauritium, ad quem Cæsar nuper proscriptionis exemplum mitti iusserat, ad se datis literis evocat. Vbi cum rege in colloquium venit, ab eo, ut nuper Ratisbonæ à Cæsare, secretò monitus fuit, ut à societate coniuratorum abstineret: fratris fidem ac amicitiam sequeretur. Ab aliis nihil bonæ rei, utcunque caderet belli alea, sperandum. A Cæsare opima stipendia, & omnia amplissima expectanda: ditia præmia, & ea quidem maiora quàm auderet optare, proposita. Primùm, Septemviralem dignitatẽ illi paratam: deindè, iuxta proscriptionis tenorem & additam tabulam, illi imperatum à Cæsare esse, (licet agnationis iure sibi patruelis & soceri agros & urbes vindicare posset) ut sibi auxilium

lium in invadendis eorum possessionibus ferat: hucq; omnibus copiis nitatur, ut statim utriusque provinciam invadat, & in suam potestatem redigat. Quod ni faceret, fore ut omnia illorum bona prædæ in medio exposita eius essent, qui bello occuparet. Neque ipsi ius agnationis aut affinitatis postea profuturum, si vellet iudicio contendere. Postremò, ut ad eum scripserat Cæsar, ni hac in re parêret: eodem loco cum aliis eum habitum iri, parque manere supplicium. Contrà, si hic fidelem operam navaret, omnem splendorem illi ultrò venturum. Non surdis auribus ista dicta fuerunt: id quod cōfecto bello paucis post annis adversus Cæsarem declaravit. Sed harum rerum præsens exordium, & calamitosus eius postea interitus, iuxtà fuerūt. Vtut est, is postposità societate patruelis ac soceri, in Cæsaris amicitiam, ut ad firmiorem parietem, & validiores opes declinavit. Perpulit hominem præterea ad deserēdum fœdus, veteris iniuriæ ac doloris recrudescentis iam recordatio: ratum nunc adesse tempus, quo se ulcíscere-

morat inde varia decreta, quibus, ne cuivis ullo prætextu inferretur, cautum esset : sed jure ac legibus arbitrandum esse, si quid controversiæ nasceretur. Sub hæc, quibus de causis ipsi obnoxij essent, quamque fidem & obedientiam præstare suæ majestati tenerentur Ordines Imperij. Et cùm his pacis artibus semper quieti incubuisset, Electorem tamen Saxonem, & Philippum Lantgravium Hassiæ, pro se quemque temerè nunquam non suis conatibus ac decretis obstrepuisse, & rebelles imperium abnuisse. Et istis, inquit, non sat fuit se mihi reluctatos fuisse, nisi conjuratione initâ reliquos Ordines in rebellionis societatem in me solicitassent. Lantgravius ante aliquot annos bellum quibusdam summi loci Principibus, quæsitâ causâ facere conatus, in eorum agros populabundus irrupit & pecuniam, quantam voluit, expressit. Inde alium quendam à Principibus Imperij bello lacessitum, ambo consociatis

consociatis viribus, regnoque pulsum, omnibus fortunis exuerunt. Accedit ad hæc, quòd Episcopatus, ditionesque quasdam tam religiosi quàm civilis iuris, quarum possessores è veteri consuetudine sunt Imperii, & eius onera cum aliis ex æquo ferunt, & in amplissimo senatu honestum locum simul tenent, invaserint. Et illos quidem, qui iam toties fidem meam in comitiis implorarunt, ut ab eâ tyrannide ipsos liberaré, miserâ illâ servitute premunt. Nonnullos suis annuis proventibus per vim privarunt: alios, ditionis alterius, in suam clientelam attraxerunt. Neque verò diu est, quòd apud quosdam huius Imperii Ordines institerint, ne vocati ad comitis convenirent: hoc consilio, ut actionibus intercederent, & in contemptum mei illis stimulos adderent. Eoque ista liberius designant, quo minus summum magistratum fastu tumétes metuunt. Nam quod summum Imperii iudicium sit extinctum, horum culpâ id factum est, his debetur. Iustitium perpetuum per hos est, dormiunt leges: jam diu est quod nullum jus sit

dictum, non solum cum memorabili multorum mortalium iacturâ & malo, sed etiam detestabili & turpi exemplo. Palliunt ista specioso religionis titulo, si superis placet, libertatis & pacis. His verbis pro palliis & velamentis, quibus sua facinora involvant, artifices utuntur: cum quidvis potius quàm Germaniæ tranquillitatem, pacem religionis, & libertatem Imperii venentur. Nullo scripturæ testimonio certè demonstrare possunt, ius fasq; esse summo magistratui resistere: cùm contra, ex historiarum monumentis, tum sacris tũ prophanis, illustria & exempla & testimonia reperiantur. Etenim veteres Christianæ doctrinæ assertores, qui suam professionem non inani verborum strepitu, sed factis, sed sanguine confirmarunt, ethnicis Imperatoribus obedientes se præstiterunt. Multò ergo minus his concessum est, mihi officium recusare suum, & quidem religionis prætextu. Id autem cùm abnuant, quid aliud præ se ferunt, quàm quod, ut de Imperii fastigio me deiiciãt solum moliantur: & ipsi suscipiant sce-
ptrum,

ptrum, quò sacris omnibus ac prophanis commixtis religionem, leges, iura, & publicam libertaté opprimant: utq; summis honoribus cumulatè aucti, amplissimisq; opibus locupletati, omnes sub suam ipsorum tyrannidem confertâ trahant manu. Id non obscurè eorum dicta ferocitatis & spirituum plena, id libelli tot famosi, id picturæ infames ac detestabiles nusquam non distractæ ludibrio maiestatis Cæsareæ, & odio in me coarguunt. Iam non tantum fœdus iniverunt variis conventibus contrà me, verùm etiam reges per legationes & literas in me irritare conati sunt: eosque subsidiis occultè, ac consiliis adiuvare. Et extant arbitri earum rerum, quas incœptare conati sunt: qui affirment Turcam eos in Germaniam evocare studuisse. Quod vel hinc verisimile est, quòd ea res ipsorum consiliis vehementer esset opportuna. Itaq; his rebus, quas memoravi, fidem, qua mihi sunt obnoxii, violant, & maiestatem nostram imminuunt, & omnia decreta evertunt: quæ quidem perindè habent, ac si aliis

jus repellendi vim sit ademptum, ipsis vicissim faciendi sit concessium. Quare in crimen maiestatis, & pœnam, qua id punitur legibus, lapsi sunt. Proindè nihil est, quamobrem eorum delicta cõmemorentur, quòd omnibus comperta sint. Iam verò, etsi pro meo iure licuisset antè multò in eos, ut meriti sunt animadvertere, non modica illis donavi, ad prohibendos motus, & conservandam pacem. Et plura etiam nonnunquam tribui, quàm fas æquumque fuit, repugnante conscientiâ: cur factum, quod mea authoritas sic imminuta viluerit, & aliis obsuerim. Hoc pacto ante annos quinque cum Lantgravio Ratisbonæ egi, & Spiræ cum Saxone Electore summâ clementiâ multa tractavi, eo consilio ac spe, quòd hac mea mansuetudine superatos tandem aliquando à pravè consultis eos discessuros rebar: nec opus fore unquam, acerbius remedium quærere. Verùm ubi hac via necquicquam esset desudatũ, & à me prorsus nihil perficeretur, sed verbis in speciem aliquid pollentibus me ludibrio insuper haberi ac decipi

adver-

adverterim, (contempſerunt tum mea, tum Imperii decreta, & fœdera violarunt) eosq; adhuc animis obſtinare, & imperandi libidine ad alienas opes diripiendas pertinaciter graſſari, neq; legibus coërceri poſſe, aut velle: verũ huc tantum ſpectare, ut, ni refrenentur, Imperii ſtatum evertant (non enim tãtum religio non rectè conſtitui, ſed ne Imperii membra quidem ullo curari remedio poſſunt) contra eos meo iure uti compellor. Quoniàm autem ex his abundè liquet eos rebellionis convictos, ut ne ipſi quidem iverint, ſi maximè velint, inficias: adhæc, vi graſſari, neque legibus, neque iudiciis velle teneri ullis, eos ut duces rebellionis, majeſtatis& perfidię reos, ſimul &ut quietis publicæ perturbatores, condemno, & proſcribo. In hos, ut digni ſunt, graviter animadvertere ſtat ſentẽtia: quò liberum mihi ſit, pro meo arbitrio rempublicam conſtituere, & quod mihi incumbit perficere. Proinde, ne quis illis ullâ ratione auxilia mittat, intermi-nor: neve conſilia cum eorum cauſis communicanda conferat, iuxta edico.

Qui contra iverit, pari lege & fortun multabitur, & in ultimum humano rum supplicium trahetur. Tum auten illi, qui eorum iam sunt castra secut primo quoque tempore ab illis desci scant: & mihi auxilia suppeditent. No mo fœdere aut pactione ullâ illigari sinat. Ista enim ego rescindo. Quin eorum nobilitatem, & populum, e qua ipsis tenentur parêre, fide ac iur iurãdo libero. Qui si paruerint, publ cam do fidẽ. Qui vero meum imper abnuerint, pari cum suis principibu pœnâ multabuntur. Huius præscripto nis exemplar in Saxoniam ad nobilit tem, & Saxones missum fuit.

Cæsar dispersas copias colligere & Ratisponam recipere summo studio conatur.

Erat interim Cæsar vehementer s licitus, quo pacto dispersas copias sin dimicatione Ratisbonam per hostiu agros reciperet. Per literas alias indi super alias certior erat factus, in itin re quidem esse, sed transitum diver locis per obstantia castra impediri. N dum ex Austria vastiora tormenta, qu solicitè expectabat, subvecta erant. Ra na oppidum ad Lycum amnem e ditionis Buvaricæ, duobus à Danove

to m

to militaribus. Huic unam cohortem Germanorum militum nuper præsidio imposuerat Cæsar. Hessus & Saxo hanc obsidione cingunt primum, deinde oppugnare parant. Sed oppidani cũ vim experiri nollent, conditiones pacti voluntate in deditionem venerunt. Hic una cohorte relicta præsidio, ad Neoburgum processerunt, tribus à Raina fermè milliaribus, haud procul ab Ingolstadio interluente Danubio, qui eo loco ponte iungitur. Paret Othoni Henrico è Batrarorum familia, qui & ipse fœderi nomen dederat. Hic si hostes transito ponte Ratisbonam ire perrexissent, positis ad muros & portas castris, Cæsarem numero armatorum freti opprimere potuissent. Sed iacent consilia humana, omnesque eæ res irritæ sunt, quas in duce exercitus inesse opportere volunt, rei militaris peritia, virtus, authoritas, & fœlicitas, si adversante numine fatũ dominetur.

Protestãtes Rainam occupant.

Cæsar in magno periculo Ratisponæ erat.

Cæsar inter hæc Bohemis militibus, in castris ad urbem licentius vivẽtibus militares leges dedit. Et quia equitum numerus indies augebatur, pabuli

Cæsar Bohemis militares præscribit leges.

lium in invadendis eorum possessionibus ferat: hucq; omnibus copiis nitatur, ut statim utriusque provinciam invadat, & in suam potestatem redigat. Quod ni faceret, fore ut omnia illorum bona prædæ in medio exposita eius essent, qui bello occuparet. Neque ipsi ius agnationis aut affinitatis postea profuturum, si vellet iudicio contendere. Postremò, ut ad eum scripserat Cæsar, ni hac in re parêret: eodem loco cum aliis eum habitum iri, parque manere supplicium. Contrà, si hic fidelem operam navaret, omnem splendorem illi ultrò venturum. Non surdis auribus ista dicta fuerunt: id quod cõfecto bello paucis post annis adversus Cæsarem declaravit. Sed harum rerum præsens exordium, & calamitosus eius postea interitus, iuxtà fuerũt. Vtut est, is postposità societate patruelis ac soceri, in Cæsaris amicitiam, ut ad firmiorem parietem, & validiores opes declinavit. Perpulit hominem præterea ad deferẽdum fœdus, veteris iniuriæ ac doloris recrudescentis iam recordatio: ratum nunc adesse tempus, quo se ulciscere-

tur, & Saxoniam in medio prædæ datam regno ſuo adiiceret.

Literas, quas Cæſar ad Mauritium dederat, Auguſto fratri communicare quoq; iuſſerat, ut cui eadẽ imperarẽtur.

Tumultus exoritur in caſtris Ratisponenſibus inter Hiſpanos.

In caſtris Ratisbonenſibus circa hos dies inter Hiſpanos orta ſeditione tumultuatum fuit. Cæſar ad primum rumorem motus caſtrenſis excitus, cum Ioanne & Alberto Marchionibus, ad coërcendam ſeditionem (ſtabant enim equites pediteſq; in acie, ad concurrẽdum infeſtis ſignis) celeriter advolavit, & utrunq; ab armis diſcedere iuſſit.

Noribergenſes à Proteſtãtibus in belli ſocietatem ſolicitantur.

Solicitabantur per hos dies Nurenbergenſes rurſus ab Heſſo & Saxone in belli ſocietatem, ſed eorum irrita fuit ſolicitatio. Tulere eam rem indignè duces: quare ſi res cœpta fœliciter caderet, agrorum vaſtitatem minabantur.

Sleidan. lib. 17. Nu. 43.

Habebant ſua caſtra confœderati ad Danubium, ut modò dictum eſt: cùm Cæſar per exploratores Landishutum ab hoſte tentatum cognoſceret, quod relictâ Ratisbonâ petere ipſe ſtatuerat. Medium ad Iſaram amnem Lantishu-

tum

tum est, inter Oenopontem & Ratisbonam, quà unum tantum iter ex Italia & sylva Martiana ad Cæsarem patebat. Hoc oppidum si hostes cepissent, iam illi castra Ratisbonæ munienda, & obsidio manenda erat: & transitus Italis Hispanisq; cohortibus interclusus fuisset. Atque ita futurum erat, ut in angustiis, quas sua negligentia dedisset, concluderetur. Itaque hostium consilium occupandum ratus, relicto Ratisbonæ Pyrrho Columna, ut si quid moverent hostes, is cum quatuor Germanorum millibus, ac trecentis Hispanis, & inermi multitudine in præsidio esset: celeriter cum reliquis copiis, tormentis, impedimentis, & omni commeatu secundis castris Landishutum venit. Egressus portam Ratisbonensem, circumegit æquum: & reiecto in dorsum pallio, contra urbem primùm, inde ad vadentem exercitum designatâ cruce dextrâ: Quod fœlix, inquit, & auspicatum sit. Castris ad Landishuti muros positis, etsi nondum satis omnibus, quas expectabat, copiis instructus esset, belli aleam, & hostium

Cæsar Ratisponā relictā Landishutū tendit.

adventum, & Italicas cohortes tamen operiri ibi constituit.

Confœderati principes Cæsari bellum indicunt.

Abest Landishutum à Ratisbona sex fermè millium intervallo, decem ab Ingolstadio: quod firmo præsidio tenebatur à Petro Guzmanno, docto ac nobili homine, & è familia regulorū Hispaniæ orto, qui postea à Rege Ferdinando claris honoribus ornatus fuit.

Sleidan. lib. 17. Nu. 44. Thuan. lib. 2. hist. pag. 146. Avila libro 1. de bello Germ.

Saxo & Hessus maturum tempus ad res gerendas arbitrati, tertio Idus Augusti è Danoverto bellum Cæsari per fœcialem, adolescentem nobilem, & tubicinem missis literis more maiorū indicunt. Directa eius denunciatio fuit huiusmodi: Mense Iulio, Carole Cæsar, per literas nos apud te satis expurgavimus, de omnibus his criminibus, de quibus accusamur. Et quamvis rectum videri posset, ut vel hunc armorum strepitum omitteres, vel causam suscepti belli redderes: & causâ nostrâ vicissim auditâ, è consuetudine Imperii, tum demum è fide, abs te interposito iureiurando datâ, quod è revisum esset, egisses. Veruntamen quia in incœpto negotio constanter perseveras, necessitas

cessitas & nos ad arma induenda compulit, & quidem iusta, ut hanc vim tuã, te indignam, à nobis legitimè propulsemus, non ut priores tibi bellum faciamus. Cæterum quod hoc tuo conatu & doctrinam Evangelicam, & libertatem Imperii invadere studes, id ex multis superiorum annorum tuis actis liquidò constat, & probari potest. Etenim ipse nosti, qualia consilia, & quàm multa continentibus aliquot annis cũ Pontifice Max. cum Regibus & Principibus exteris contuleris: quod colloquium, quæq; harum rerum communicatio fuit, quo vel cum illis societatem coniungeres, vel adversus nos eos concitares. Præterea absq; Ordinum consilio inducias cũ Turca pepigisti: quod contra tua illa promissa perpetratum fuit. Iam cum ante biennium Ordines Imperii, & principes tibi adversus Gallorum regem auxilia non decernerent solum, sed liberaliter etiam submitterent: affirmabas, eo bello confecto, velle te cum exercitu in Turcam movere. Nunc verò cum eo inducias fecisti, ut nobis bellum inferres: quod multo

antè constitutum, & hucusque extractum quæsitâ tẽporis morâ fuit. Hanc rem nuper comitiis Ratisbonensibus novo quodã fuco tegere conatus, cùm multa de tuo animo erga Germaniam, ut communem patriam disseruisses, in contumaciam quorundam acerbè invehebaris: idque eo consilio, ut nos religionis causa fœdere coniunctos distraheres: Non potes ullam notam neglecti officii nobis impingere, aut etiam probare. Atque ob id, cùm causæ tuæ non bonæ parum fidederes, non vocasti nos ad dicendam causam, ut ij quos reos ageres, illius cognitionem ad ordines Imperii referrent: quod maius est, ne nominatim quidem eos coràm perstrinxisti. Et tamen callidè prætexebas, literis sparsim ad Principes & civitates missis, bellum abs te non religioni, sed rebellibus quibusdam coercendis comparari. Religionem te invadere velle, vel hinc liquet, quòd Pontifici Max. ad eiusmodi cõcilium author fueris, in quo nemo præter iuratos illos, sententiæ dictionem haberet. Extiterunt, ut rumor haudquaquam vanus

nus erat, in eo concilio nonnulli, quorum orationes liberiores erant. Illicò via excogitata fuit, qua illis ſubmotis alii ſufficerentur, improbiores paulò. Et quid à ſenatu Tridétino illo patrum decretum ſit, nemo ferè eſt qui ignoret. Proindè hæc non eſt ea ſynodus tam ſæpè nobis in comitiis oſtentata, quemadmodum ſuperiori anno Vuormaciæ tibi ſatis declaravimus. Tum quæ à nobis demonſtrata fuerunt, eadem nunc iterare placuit. Quòd verò nos ad iſtud concilium approbandum armis cogere decreveris, id literis Pontificis ad Helvetios haud ita pridem datis convincere licet. In his ille obſtinatiam Germanorum quorundam, qui ſynodi dignitatem repudiant, graviter conqueritur eamque unam eſſe rationem, quamobrem bello rem periclitari velit. Hanc eandem ob cauſam, quia & tu quoque arma ſumere decreviſſes, opportunè vehementer ſibi eam occaſionem nunc datam. Velle ob id ſe huc ſuas privatas opes, omnesque eccleſiæ Romanæ theſauros cōferre. Poſtquàm igitur ille tuum conſilium, quod alio

ſuco clàm habere ſtudueras, detexit
nulli dubium eſt, arma abs te religion
moveri. Quod verò ad nos, nihil nobi
conſcii ſumus, ut palàm etiam, quic
quid ſit, vel agnoſcere non erubeamu
vel excuſare. At tuum fuerat, nos ſi qu
iniuria fuiſſet, veterum exemplo Sena
tui & Ordinibus ſiſtere ad dicendun
cauſam, non autem apertâ vi debellare
Nonne omiſſo Turcâ, omnem bell
molem in nos ducere, perindè eſt, ac ſ
nos Turcis longè nequiores exiſtimes
Spes interim eſt futurũ, ut factum ho
indignum Deus prohibeat, & iniect
morâ extrahát. Verum enimvero, con
troverſia omnis, & iniuria, ſi qua fuit
inter te, Ferdinandum, & nos, Cada
mi, Viennæ, Ratisbonæ, & Spiræ com
poſita eſt. Proinde, pinge & adorna u
lubet: hoc tamen compertum habe
mus, id te moliri, ut doctrinâ noſtr
extinctâ, Germania in dubium de li
bertate ſua veniat. Ad alios atque a
lios literas das, quibus te Evangelii do
ctrinam velle propagari teſtaris: eiusq
rei fidem facere niteris. Sed Lovanien
ſium Theologorũ decreta abs te com
proba

probata, tot mortalium cædes per tua regna, & istud cum Pontifice Romano fœdus, abundè coargunt tuum consilium: nimirum ut Pontificiam dignitatẽ, oppressâ nostrâ doctrinâ Augustanâ, stabilias. Hæc cum ita se habeant, eóq; nos fœdus iniuimus, ut religionem nostram tuamur, & consociatis animis mordicus teneamus: hanc ob causam ad defendendum nos arma induimus necessaria, quæ lex naturæ & ius divinum nobis permittunt. Iam, quamvis nulla in re, ob hoc tuum consilium, tibi devincti sumus: neque opus esset, ut tibi nostrorum consiliorum rationes denunciaremus: tamen ut abundè tibi fiat satis, officium nostrum, & fidem, quibus tibi sumus obnoxii, renunciamus. Non ob id quidem, quasi augusta Imperii iura labefactare consilium sit, sed ut conservemus. Id verò omnes gẽtes humanas scire volumus, hoc consilio à cervicibus nostris bellum avertere, stare sententiam. Nam in causâ tam iustâ, nullum non periculum forti animo subeundum duximus. Hæc fuit denũciatio, acerbior paulò quàm par fuit.

Hanc

Cæsar epistolam qua ipsi bellum à protestãtibus indictum fuit accipere & legere recusat. Sleidan. lib. 17. Nu. 44. Thuan. lib. 2. hist. pag. 147.

Hanc epistolam summæ sagittæ cuspidi filo præligatam ferentes, ubi in castra venerunt, in tabernaculum Ducis Albani deducuntur: eique exponunt, quid à Principibus suis in mandatis haberent. Albanus rem ad Cæsarem defert. Is non solum epistolam non resignavit, verum etiam insuper capitali supplicio ipsis imperavit, ut eam suis Principibus redderent. Præterea, quicunque postea ab illis ad se missi venirent, pro torque aureo, laqueum, & arborem infœlicem eos dono habituros.

Priusquam hæc epistola à ducibus ad Cæsarem adferretur, in castris aliquandiu disputatum erat, quo nomine & titulo ille appellaretur. Saxo, Cæsareâ appellatione non esse utendum cẽsebat, quòd in Cæsarem arma sumere non liceret. Indè Hessius interrogatus sententiam, secus censuit. Vterq; habebat suos suffragatores. Tandem in hanc ab omnibus itum fuit sententiam, & ut hic titulus ei tribueretur placuit: Carolo, qui se Cæsarem iactet.

Voluit Cæsar oppido Landishuto maiora

iora præsidia imponere, ad eas quæ in præsidio erant cohortes: quòd oppidanorum fidem suspectam haberet. Nam cùm in fide Cæsaris essent, & pro munimento ducentos sclopetarios imponi permisissent, hostibus tamen per agrũ suum sine vi transeundi potestatem fecerant. Inter duces ad Danubium interim deliberatio tenebat, quò moverẽt. Aliqui purpuratorum Landishutum, ubi Cæsar castra habebat, ductandum censebant. Sed cùm quidam earum regionum haud ignari dicerent, medias paludes esse longas, & invias, prætérquam quod per unum callem angustum singulis peditum & equitum periculosè perviæ essent, irritum id consilium fuit. Placuit igitur, Ratisbonam, ubi Cæsar impedimenta, & in præsidio cohortes reliquerat, contendendum esse. Locum enim castris circa muros deligendum, ut si Cæsar obsidione pressis auxilio adesse vellet, fieri posse ut tum de summa rei prælio decerneretur. Cæsar hostes castra promovere, per veredarios postquam accepit, per nuncios Italicas copias,

Cæsar Landishutum maiori præsidio munit.

Sleidan. lib. 17. Nu. 45. Thuan. lib. 2. hist. pag. 145. & 148.

copias; ad maturandum iter, quod possent, hortatur. Ipse interea loco æquissimo castra munit.

Confœderati Ratisbonam petunt.

Confœderati duces lentius Ratisbonam petunt. Tentatũ eo tempore Ratisbonæ ad id cœnobiũ, ubi Cæsar frumentum, aliamq; annonam condiderat, incendium. Indicium fuit stramentorum fœtor, in quibus nondum conceptâ flammâ ignis fumum fundẽs nutriebatur, qui à vigilibus nocte oppressus fuit: incendium nullo dato damno restinctum. Alius eàdem nocte deprehenditur in summo sacello, in quo ingens pulveris tormentarii vis condita fuerat: penes hunc ignis artificiosè factus, dum exploratur, inventus fuit: qui arreptus in carcerẽ ducitur. Quæstionibus aliquot de incendiario habitis, res ipsa expressa fuit. Vlmensem se esse dixit. Cætera, quanti, & à quibus conductus esset, & quid perpetrare statuisset, in occulto esse placuit. Biduò pòst rursum circa sodalium Fransiscanorum cœnobium ignis ad incendium paratus reperitur. Explorantur à magistratu domus, de quibus læua erat suspicio,

Incendiarius quidam Ratisbonæ deprehenditur.

ſpicio, ac totâ urbe ſecretiora loca, & ſcortorum luſtra. Arrepti non nulli, è quibus tormentis multa expreſſa ſunt. Factum inde ſenatusconſultum, edictumque eſt, ut cives adverſus incendiariorum inſidias domos ſuas ſcalis, aquâ, & aquariis inſtruerent. Eodem die militibus edictum, ut ad conclamatum incendium cum telo armati in muros ad ſuas quisque ſtationes addeſſent.

Landishutum his diebus Italicæ cohortes venerunt: quæ tanto celerius progreſſæ fuerant, quanto in maiore diſcrimine Cæſaris res eſſe, ex literis miſſis acceperant. Decem millia peditum erant, equites levis armaturæ quingenti. Quidam ducentos addunt, & inſigni armorum ſpecie eos fuiſſe. His Octavium Farneſium Pontifex, avus nepotem ex filio, ducem dederat. Sub eo militabant clari viri, Alexander Vitellius, Ioannes Baptiſta Sabellus, Sfortia Palavicinus, Ioannes Maria Paduanus, Nicolaus Plumbinus, Hieronymus Piſanus, Nicolaus Petilianus, Fredericus Sabellus, Paulus Vitelius, Alexius

Italicæ cohortes Landishutum veniunt. Sleidan. loco citato. Thuan. lib. 2. hiſt. pag. 145. & 149. Avila lib. 1. de bello Germ.

Lascaris, Iulius Vrsinus. Præter hos Dux Florentinus Cosmas Medices ducentos equites auxilio misit: & Hercules Ferrariensium Dux centum: quibus fratrem suum nothum Alfonsum præfecerat. Pontfex priusquam abs se copias dimitteret, Octavio fratrem Alexandrum Farnesium Cardinalem simul Comitem dederat, non tam ut parem in eas copias potestatem haberet, quàm ut præsens consiliorum Cæsaris arbiter & instigator, ac classicum ei ad perficiendum bellum esset. Farnesius cũ ex Italia discederet, fertur iactitasse tantam cladem in Germania hoc bello se editurum, uti in Lutheranorum sãguine equus suus nataret. Supervenerunt his pontificiis copiis è Neapoli & Insubria Hispanorum ad sex millia, veterani roboris, & qui sub armis iam penè consenuerant. Hos ductabant Philippus Lanoius, princeps Sulmonensis, Alvarus Sandæus, Iacobus Arzius, & Alfonsus Vives. Cæsar legatum suum fecerat Ferdinandum Toletanum, & Albanum copiarum ducem. Primus ab Albano erat Baptista Castaldus Præfectum

Farnesii minæ, & iactãtia.

ctum annonæ dixerat Cæsar paulo antè Cardinalem Augustanum.

Castra Cæsaris sequebant Maximilianus Austriacus, Emanuel Philibertus, Allobrogum Ducis filius, filius Henrici Brunsuicensis, captivi, Ericus Brunsuicensis, Georgius Megelburgensis, Georgius Brunsuicensis, Henrici Brunsuicensis frater, Federicus Furstembergus, Rainardus Solmensis:

Apud confœderatos militabant, Iohannes Fridericus Electoris filius, Ioannes Ernestus frater Electoris: Philippus dux Brunsuicensis cum quatuor filiis, Ernesto, Alberto, Ioanne Vuolfango: Franciscus dux Luneburgensis, Vuolfgangus Anhaldus, Christophorus Hennebergius, Georgius Vuirtébergensis, Albertus Mansfeltius cum duobus filiis Volrato & Ioanne, Ludovicus Oetingensis cum filio, Gulielmus Furstenbergensis, Christophorus Oldenburgensis, Hubertus Bichlingus, Recrodus, Hedecus, Rippenburgus: ac præter hos, magnus regu-

lorum

rum totâ Germaniâ numerus: & Helvetiorum octo cohortes ad hos accesserunt.

Cæsar aucto exercitu Ratisbonam p.opensat. Sleidan. lib. 17. Nu. 46. Thuan. lib. 2. hist. pag. 151. Avila libro 1. de bello Germ.

His copiis, quas memoravi, Cæsar confirmatus, Ratisbonam acceleravit, ut hostes lentius procedentes occuparet. Eo accepto duces illicò arbitrati, Cæsarem in Saxoniam irrupturum, pōtibus aliquot iunctum Danubium omnes copias traduxerunt. Progressis iam plus mille passus, cum haud procul à Norgovia abessent, Cæsarem relictâ Ratisbonâ Ingolstadium iter avertere nunciatum fuit. Cæsar Ratisbonæ ex armamentario viginti muralibus, & trinta sex sumptis campestribus machinis tribus cohortibus præsidio urbi relictis, Ingolstadium petebat. Postridie ad Neostadium in ripa Danubii castra locavit. Ibi flumen duobus pontibus admirabili celeritate iungit. Ex navibus enim & ratibus consertis, quarum magnum numerum plaustris & vehiculis inter alia impedimenta secum trahebat, pontes faciebat: nam alter, quo semper amnis iunctus fuerat, ab hostibus tenebatur. Dum Cæ-

sar

ſar huc incumbit, ut opera cæpta abſolvantur, per exploratores fit certior, hoſtium duces conſilio mutato Ratisbonam iter per æqua & iniqua vertere, ne ipſe Neoburgum & Danouertum caperet: & inde in agrum Vuirtembergenſem valdè opportunum tranſito Danubio populabundus excurreret. Impoſuerat iam Cæſar Ingolſtadio præmiſſam partem exercitus Duces Naſſefelſum progreſſi, pauliſper ſubſtiterunt.

Heſſus indè cum modicis copiis, ad Ingolſtadium, & ſitum regionis explorandum proficiſcitur, Cæſarem ibi valida præſidia impoſuiſſe ignarus. Nam de cohortibus aliquot Hiſpanorum peditum, & exiguo tantum equitatu cognoverat, quos ad dimicandum ſimul provocare ſtatuerat. Aberat haud procul ab urbe, cum principis Sulmonenſis turmæ aliquot Heſſo occurrũt. Confligitur acrius, quam pro numero. Cecidêre utrinque pauci: vulnerati plures, capti nonnulli ſunt: è quibus Heſſus Cæſaré eo die ad urbem caſtra locaturum, didicit. Ferunt Saxonem

Heſſus ſitum regionis explorare volens ex improviſo in præ'iũ cum Cæſarianis incidit.

hanc temeritatem cōfligendi cum hoste acerbè accepisse: atque affirmasse, si deinceps extra ordinem sine suo cōsilio pugnaret, cum suis copiis in Saxoniam se discessurum. Ad primum nūncium huius dimicationis omnes in aciem, quasi de summa rei dimicaturi, eduxerant, sed cùm utrinque ancipiti pugna discederetur, milites in castra reduxerunt.

Cæsar Ratisbonā præsidium mittit. Sleidan. loco citato. Thuan. lib. 2. hist. pag. 154. Avila libro 1. de bello Germ.

Nocte, quæ hanc dimicationem sequuta fuit, duas Germanorum cohortes, Hispanosque equites levis armaturæ quadringentos sclopis instructos ad Ratisbonam occupandam mittit Cæsar, ut adversus vim quæ urbi immineret, maturato itinere auxilio adessent. Hispani, dum silenti nocte iter accelerant, primâ vigiliâ castra Hedecci, quibus Saxo præerat, perrumpunt: ac centum circiter cæsis, cum aliquantâ suorum iacturâ sub lucem Ratisbonam venerunt. Cohortes, quas ibi præsidii causa reliquerat Cæsar, quoniam civium fidem parum integram experti fuerant, tum propter sæpe tentatum incendium, tum quòd nocte illi vigiliarum

liarum ſtationibus in muris, & ad portas temerè ſe permiſcerent, motusque indies periculoſos in foros & mœnibus conciviſſent. Cautum indè à ſenatu edicto fuit, ut cives, & qui non facerent ſtipendium, à nocturnis ſtationibus ſe continerent: ne repens tumultus civitatem in diſcrimen adduceret: ne quis nocte in publicum è domo prodiret, ne ſi ad arma quidem conclamaretur, aut exortus tumultus aliquis inter præſidiarios fuiſſet: niſi tubæ cantu ad incendium reſtinguendum exciren-tur.

Per eos dies Schertelus Rainam facta deditione in poteſtatem accepit. Poſtridie quàm Hiſpani emiſſi eſſent, hoſtium duces centuriones aliquot cũ expeditis ad ſpeculanda caſtra Cæſarianorum mittunt. Itali illorum itinere per exploratores cognito, venientibus occurrunt. Cæſiſque utrinque multis, & re imperfectâ in caſtra compulſi fuêre. Heſſus ſequenti die cum modico equitatu, ſed delecto, ut de ratione caſtrorum hoſtilium aliquid comperti haberet, caſtris egreſſus, per præmiſſos

Prælium invicem commiſſum.

qui pertentabant vadum, quod nullũ esse quidam affirmabant, tandem invenit.

Hessus tumulũ quendã propè Ingolstadium occupare nititur.

Regressus ad Saxonem, ei exercitũ traduci sine ponte posse nunciat, vadosum repertum esse locum: ac progrediendum iam censere prima luce, atque eum occupandum castris locum esse in conspectu maximè tumulo, ubi quondam Ingolstadienses speculũ habuissent. Indè machinis in subiecta castra hostium fulminandum, ut hac ratione Cæsar ad pugnam traheretur. Saxo, qui multos ignes multa iam nocte in Cæsarianis castris quasi relictos procul fumare conspexerat, semel atque iterum Lantgravio nunciari iussit, videri Cæsarem ex eo loco movisse Lantgravius non persuasus, quinque cohortes, quas ductabat Schachtus, præmittit, ut factis pontibus tormenta traduceret. Ipse paulo pòst reliquo sequutus agmine, & cum machinis relictis ad amnem, quod potuit, maturavit. Sed ubi ad vadum pervenit, ex Schachto cognoscit Cæsarem castra non movisse. Id simulatque Saxo præter spem

ſpem accepit; ex templò cũ ſuis copiis præcedentes ſecutus fuit. Heſſus tumulum, de quo memoravimus, occupat: ibique partem machinarum, hinc illinc partitus ſuas copias, diſponit. Saxo & ipſe, ubi eò perventum fuit, ſuos eodem loco ad eundem modum collocavit. Ludovicus ab Avila tradit, confœderatos, ubi nunciatum eſſet, Ratisbonam validioribus præſidiis, acceſſione novarum copiarum firmatã, rationem itineris & belli in diverſum mutaviſſe: ſi eò ductare perrexiſſent, à Cæſare, qui iter medium inſederat, omnẽ commeatum, qui à confœderatis à tergo ſuppeditaretur, intercipi potuiſſe. Super hæc per locorum imperitiam eos in regionem iniquam ſe coactos vidiſſe: è qua Cæſare quieto, ac nõ obſiſtente, per vepreta & uliginoſas valles, quibus impedirentur, ægrè evaſiſſent. Quamobrem caſtra Ingolſtadiana repetere per ſylvas & viarum anfractus ſtatuiſſe. Nondum his regreſſis, in caſtra deſerta Cæſarem, per regionis illius exactè peritos, eius intellecta natura ſerius Hiſpanorum co-

Sleidanus lib. 17. Num. 46 Avila lib. 1. de bello Germ.

pias, & levis armaturæ equites ad fauces interſepiendas miſiſſe. Sed quia iam in paſſam planiciem evaſerant, & ſylvarum implicatarumque vallium vias evicerant, cum Hiſpanorum copiæ cœptum iter impedire nequirent, abeuntium terga carpta ab his tantum fuiſſe. Reverſos in caſtra Hiſpanos Cæſari renunciaſſe, hoſtem Ingolſtadium reflectere iter. Biduò ſtatim transportando exercitu laboratum à Cæſare fuiſſe, atque duobus ab Ingolſtadio milliaribus in colle excelſo, unde terminare ſubiectos campos oculis poterant, humili aggere caſtra eum muniviſſe. Refecto hic milite bidui quiete, cùm Cæſar ſuorùm animos tentare vellet, rumore per caſtra de hoſtium adventu fictè ſparſo, ad arma conclamare iuſſiſſe. Concurſum totis caſtris in aciem, haud ſecus quàm ſi hoſtis in propinquo ad dimicandum in acie paratus ſtetiſſet. Popoſciſſe magno clamore pugnæ copiam milites: velle hoſti ire obviam, ubicunque eſſet. Dum iſta geruntur, poſtquam Cæſar hoſtes præter ſpem in excelſo in conſpectu loco ſupra Ingolſtadium

dium consedisse cognovit, ne urbs prædæ staret, sublatis castris, ad eā omnes copias traduxit, atque ibi usque ad Danubium fermè explicatis castris consedit. Inter hostium & Cæsaris castra modicus admodum rivulus, qui in Danubium haud procul ab urbe influit, medius interluebat.

LAMBERTI
HORTENSII MONTFOR-
TII HISTORICI DE BELLO Germanico.

LIBER TERTIVS.

Buranus cum exercitu suo Aquisgrano ad Cæsarē proficiscitur. Sleidan. lib. 18. Num. 1.

CÆsar sub initium belli equitum & peditum præsidia Ingolstadio in posuerat, ut superioribus libris di- ctum est. Accersuntur è Ratisbonâ fru- mentatores in castra Cæsaris, propter annonæ inopiam. Inter hæc, Maximi- lianus Buranus Comes omnes copias quas in Belgis diversis locis conscripta habebat, Aquisgranum convenire ius- sit. Hic sacramento in authoratos mi- lites iter magnum, & periculorum ple- num docet: hortaturque ad toleran- dos secum forti animo labores: futur ut Cæsar fortimissimū quenq; amplis- simis stipendiis decoraret. Partitus in d

de munera militaria, corpora reficere præcipiti die mandavit, & noctem interquiescere. Postridiè copias omnes recensuit: peditum decem millia, & quatuor equitum millia, hastatorum fermè omnium. Pabulo equis, & frumento viris prospecto, ab Aquisgrano movit: & continenti agmine Andernacum venit, in ripa Rheni situm. Hic exercitus accessione Hispanorum, Italorumque, qui sub Anglorum rege contra Gallũ militaverant, auctus fuit. Sex millia fuisse accepi. Nihil hic morati, quòd Cæsaris res angustæ ad Ingolstadium celeritaté poscerent, Confluentiam contenderunt. Hic Rheno omisso, ne per hostis agros euntes in insidias inciderent, Mosellam transeunt: & ad Tubingiam itinere faciendo defatigati, sub exortum solis Rhenum, frustrà obstante hoste, transeunt: & circa proximum oppidum, ad reficienda quiete & cibo corpora castra locant.

In traiectu Rheni nonnihil laboratum fuit. Perterrebat eum fama, hostes, quorum duces erant Ripenbur-

gus, & Christophorus Oldenburgus, ulteriorem ripam tenere. Quos ut declinaret Buranus, prima noctis vigilia decē cohortes duodecim circiter millia passuum supra eam stationem præmittit, ut transeuntes ibi Rhenum, hostem fallerent. Ipse silenti agmine cum reliquo robore exercitus paulo pòst illos sequutus, lintribus & pontonibus ad id paratis, aptatisque, omnes impetuosum amnem traduxit. Hic per literas à Cæsare monetur, ne hosti pugnandi copiam faceret: sed per reliquum itineris ductaret circumspectè. Nunciatur ibi Burano, Ripenburgum, accepto eum Rhenum superasse, processisse, ut vias insideret, & transitum ad Cæsarem intercluderet. Fama erat, hostium numerum viginti millia peditum excessisse. Alii tradunt, octodecim millia, equites mille ducentos.

Buranus Rhenum transit, non sine labore & periculo.

Cæsar Buranũ literis monet, ut circumspectè agat.

Buranus hac fama nihil perterritus, composito agmine Moguntiam petit; ubi Comes Schamburgius, & Comes Suartzeburgius, cum suis quas habebant copiis illi coniunguntur.

Buranus Moguntiam tédit.

Ripen-

Ripenburgus accepto, vadum Rheni Buranum superasse, cedendo paulatim Francfortum iter avertit, & inter ramenta ac fruticeta terminalia suos in insidiis locat, ut Buranum sequentem, ut parum cautum, vel interciperet, vel iter ei præpediret. Aberat à Francfurto ad mille passus, cùm nunciatur per speculatores sparsim missos, Ripenburgum ad eius loci cardines in insidiis, vectibus & arbustis humilibus septos latere. Disponi imperavit extemplò campestria tormenta in fronte aciei, ac equitatu peditatuq; subsistere iusso extra missilium iactum, eminus utrinq; dimicatur acriter.

Prælium inter Ripenburgum & Buranū.

Prælio dirempto, reliquum iter etsi infestum, quòd civitates in fœdere essent, nullis tamen hostilibus acceptis, ire perrexit: & ad Miltemburgum prono in occasum sole locatis castris, corpora suis curare mandavit. Oppidani portis patentibus omnia pacata præ se ferentes, benignè cibaria & poculenta vendiderunt. Hic Buranus annonæ suæ præfectum, quòd cibaria militibus pluris quàm imperatum fuisset, ven-

deret, ſtrangulaſſet, niſi magnis clamoribus militum veniam obtinuiſſet. Vna tantum nocte ad reficiendos animos militibus conceſſâ, caſtra poſtridie moverunt: & Linxam progreſſis, portæ ab oppidanis clauſæ fuerunt: à quibus tamen nulla hoſtilia ſunt illata.

Burani exercitus fame ferè enectus à Norimbergenſibus reficitur.

Fame continenti propè enecti, Norimbergam ire pergunt. Caſtra hic in proxima ſylva locant. Neceſſaria omnia à Norimbergenſibus ære venalia extruduntur obedienter. Vici populationis metu eſculenta non negare audebant: quamobrem viciſſim nulla hoſtilia in vinetis & ſegetibus corrumpendis illata ſunt. Prætergreſſi Novum inde forum, unum milliare, caſtra rurſum figunt. Interea variè Cæſaris res circa Danubium & Ratisbonam erat.

Confœderati per hos dies Bauarorum ducem in belli ſocietatem ſollicitare: minari per literas populationes agrorum, ſi Cæſarem commeatu iuvaret.

Cives Ratisponenſes à Cæſare exarmātur.

Deducuntur cohortes è Ratisbona, quæ in præſidio erāt: & caſtra extra muros

ros, ad hostem inde arcendum, prohibendamque populationem, vallo circumducto cingunt. Imperatum civibus, ut thoraces suos ferreos in curiam conferrent: Cæsarem velle eos in usum necessariam iusto precio redimere, & inermibus militibus tradere utendos. Civibus hac arte exarmatis (quia eorum fides suspecta Cæsari erat) quinque Germanorum cohortes diversa porta intromissæ sunt in urbem. Horū singuli singulis thoracibus donati. Vis ingens tormentorum inde in castra Ingolstadiana deducta est, ut armamentarium eius propè spoliatū omninus armis ac telis rerum dubiarum obtentu relinqueretur. Et ex ante cōvecto, qui frumenti copia non magna erat, è Ratisbona in castra convehi maiorem numerum iussit, ut si hostes per tumultum frustrà obtinente magistratu urbem cepissent, eam frumenti & armorum vacuam offendissent. Hispani Italique iam inde Ingolstadium moturi, fœni frumentique reliquias, ut paulo antè ad Landishutum fecerant, iniecto igne corruperunt, oppidanis

propter confeſſionem infeſti. Neque ita tamen urbem nudaverat, ut quantum farinæ ipſis ſatis eſſet, & pulveris tormentarii, in omnem hoſtium aſſultum reliquerit: præterea duodecim ingentis molis tormenta muralia regis Ferdinandi, quibus poſteà in obſidionibus uti ſtatuerat.

Pontifex Cæſarē, ne pugnæ ſe immiſceat, monet.

Monitus Cæſar à Pontifice per literas fuit, ut, ſi ad pugnam res perveniret, in tutum aliquò ipſe ſe reciperet, dum appareret, utrò victoria inclinaret. Secus Cæſar conſtituit: & è re ſua eſſe duxit, pugnæ intereſſe. Duces cõfœderatos, à Venetis, rege Gallorum, & Norimbergenſibus pecuniam mutuò ad alendum bellum per eos dies petiviſſe, urbibus pignori oppoſitis, & eam negatam fuiſſe, haudquaquam vanus rumor erat.

Crebræ velitationes ad Ingolſtadium.

Ad Ingolſtadium interim crebrę indies velitationes, ſed parùm memorabiles fuêre. Per hos fermè dies Pontificius legatus Cardinalis Farneſius, de quo ſuprâ memoravimus, venit in caſtra. Et ab Hiſpanis è caſtris hoſtium ingens præda pecorum abacta fuit.

Crevit

Crevit indies hostium exercitus, inermium hominum ex agris colluvie, & lixarum: quibus freti, ut Cæsarem ad pugnam elicerent, è loco, quem memoravi, excelso missilibus grandinare cœperunt.

Cùm autem Cæsar tormentorum fulminibus lacessitus in castris se contineret, Lantgravius in Saxonis tentorio belli ducum concilium habuit. Ibi ad hunc modum eum locutum fuisse, sententiam de expugnatione castrorum rogatum, accepi. Si mihi summum Imperium huius belli gerendi, sine superiore aut æquatâ potestate esset, ut tum erat, cùm ducem Vuirtembergensem in regnum suum reducerem (memoria recens eius rei est) non esset cur diu Cæsar in conspectu nostro castra haberet. Quid agerem? roget quis. Equidem cum legionibus duabus in castra, obiectis fossoribus ad evertendos aggeres, obruendasque fossas, irrumperem. Deindè cum omnibus copiis statim insequens, summâ vi irruerem, sternerem, funderem, quantum equestrium pedestriumq;

Cæsar ob crebra tormentorum fulminain castris se continet. Hessi cõsilium de oppugnatione castrorũ. Sleidan. lib. 18. Num. 1. Thuan. lib. 2. hist. pag. 159.

ſtriumq; copiarum obvium eſſet: aut in Danubium præcipites agerem, nec ſine effectu tempus hic traherem.

Conſiliũ Heſsi rejicitur ab aliis.

Erant qui in eam ſententiam diſcederent: ſed quia ab Ingolſtadio, quod omni genere tormentorum abundabat, quibus Cæſarem è muris & turribus oppidani tutari poterant, magnum periculum immineret, ea reiecta fuit. Vbi aliquandiu ea conſultatio tenuiſſet, aliis aliud cenſentibus, utiliq; conſilio ſpreto, nihil decretum fuit. Si ſententia ea Lantgravii viciſſet in concilio, victoria in manu fuiſſet. Superiores erāt ipſi duces equitum numero: & Cæſaris caſtra foſsâ haud admodum altâ & aggere humillimo circundata erāt. Itaque ea diſſenſio Cęſari fuit prima ad inſequutam victoriam feneſtra.

Diſſenſio principum confœderatorum ad Ingolſtadiũ Cæſari primam feneſtram ad inſecutam victoriã aperuit.

Expectabantur indies Belgicæ ductore Burano copiæ, ſine quibus prælio cum hoſtibus decernere nolebat: & nullo momento parvâ foſſorum manu agger dirui, & foſſa obrui potuiſſet.

Prælium commit-

Hac occaſione fretus Cæſar, aliquot ſecundis ſed levibus dimicationibus

per

per Italos & Hispanos sæpe superior fuit: in quibus capti multi, & in castra ducti fuêre. In velitationibus cecidit Christophorus à Steenberga: quem Cæsar vivum in potestatem venisse, si ex armorum insigniis dinosci potuisset, optabat. Credebatur à nonnullis, quum equus viri cruore conspersus captus esset, eum multis acceptis vulneribus, abiectisque armis, ab equo dilapsum, & fugâ in castra ablatum fuisse. Captus ex Italis vicissim fuit quidam purpuratorum, germanus illius qui per id tempus Pontifici à cubiculis erat.

titur & quidam trucidãtur, inter quos Christophorus à Steenberg.

Rumor ad Cæsarem permanarat, Italos, Hispanosque captivos ab Hesso strangulari: de ea re aliquot quæstiones à Cæsare ex captivis habitæ sunt. Quod ubi vanum deprehensum fuit, citra ignominiam militari more quoq; multati, dissimiq; fuêre. Sparsum indè eum fuisse rumorem credebant, quòd cùm belli initio Germanus quidam à Cæsare capitis anquisitus ferretur, vicissim à Saxone in Hispanum captum pari pœna animadversum fuisse. In

hoc

Cæsar ad Helvetiorũ literas è castris respondet. Sleidadanus libro 18. num. 3.

hoc statu bellum erat ad Ingolstadiũ

Cæsar ubi accepit, Basilienses, Tigurinos, Bernates, & Schafhusiano legato suo respondisse, (nam Cæsari atque Pontificis literæ in causa suscepti belli variabant) rem in concilium referri opportere: ac certiores prius esse velle, religió ne, quam Pontifex extirpare se conati scripserat, bello peteretur: & integram promitteret se relicturum, an non: ad eos literas dedit è castris, quarum hæc fermè sententia fuit. Mirari se vehementer, quã obrem in eandem cum aliis Helvetii sententiam non responderint: sed suspicari se, id hostium suorum fraude & consilio factum. Eos in concilio quod Badenæ nuper habitum fuit ipsi persuadere agressos, bellum hoc à se non cõtra principes turbatores cõcordiæ, ac rebelles, sed civitates quasdam lacessitum fuisse, ut Pontificis auxilio adiutus & libertatem ipsorum & doctrinam oppimeret. Accipere se præterea, illos non solum auxilia adversus se, sed etiam fœdus ab ipsis & amicitiam petivisse: & earum rerum spem

etiam

etiam affulgere. Causam verò belli, & publicè editis scriptis, & privatim ad ipsos literis suis satis apparere, ut nihil necesse esset eandem identidem repetere. Illud verò probari non posse, se propter religionem ulli mortalium gravem fuisse, aut ad rebellionem fenestram patefecisse. Sub belli initium se cum quibusdam benignius, quàm vel suæ personæ decorum esset, vel ipsi digni fuissent, egisse. Eos verò non posse de obiecto crimine se expurgare, quod obedienter officium fecissent: neque se defendere, propterea quòd auxilia à Pontifice sibi transmissa essēt: cum multi principum illustrium Germanorum, etiam confessionis Augustanæ, sub se militarent: haud quaquā id facturi, si verum id, quod obtenderent, foret, constare omnibus palàm ipsorum studia & conatus huc semper spectavisse, ut religionis prætextu, oppressâ libertate Germanorum, eversâque religione omnes ordines Imperii sub suam tyrannidem cogant, & ex liberis, mancipia faciant. Id liquere satis ex multis eorum actis, ut

non ſit cur id vel exemplis, vel argumentis oſtendatur. Eos ſpecioſo religionis nomine, & lenocinio, clariſſimas Germaniæ civitates in fœdus ſuũ attraxiſſe: quarum opibus freti, alienas poſſeſſiones invaſiſſent, bona diripuiſſent, poſſeſſores ipſos fundis agrisque expuliſſent. Et nunc rem ipſam eoarguere, qui alieni regni ac ditionis mortales vi in ſuas partes volentes nolentes trahant, ſuam religionem reſtitantes ſuſcipere cogant, alios in vincula duci iubeant, qui minitentur humanorum omnium extrema, fana divorum diripiant. Atque has videlicet ob tam pias cauſas eos Heluetiios in ſocietatem & fœdus ſuum invitare, ut id quod parturiunt, hac via aliquando pariant. Ipſos iſta, ſe opinari, ſatis perſpicere, quo ſpectent: & quid emolumenti aut damni ex illorum fœdere ſit expectandum. Quare bonam ſpem ſe concipere (nam eos nunc tum conſilium, ſtudiũ & voluntatem, tum cauſas belli ſatis cognoſcere) quin illorum fœdus & ſocietatem ſuæ amicitiæ eſſet poſthabituri: militem nullum ſub illis ſtipendium

dium facere paterentur. illorum stipẽdiis inauthoratos revocarent, denunciatâ mulctâ nõ parẽtibus imperio. Secum fœdus vetus & amicitiam servarent: id quod ipsorum commodo ac bono futurum esset. In hanc sententiam Cæsar è castris Ingolstadianis ad memoratas Helvetiorum civitates.

Civitates Helvetiorũ Cæsari respondent.

Ab his in eadem verba quibus antea legato, Cæsari responsum fuit. Orantque simul, ne spacium ad deliberandũ sumptum ab ipsis fuisse, ægrè accipiat. Gratum esse Helvetiorum genti, quòd bellum neque religioni, neque libertati Germaniæ fieri affirmaret, vicissim se id quod deceret facturos. Porrò si qui voluntarii è sua gente ad bellum essent profecti, publico id consilio nõ fuisse factum, sed privato, & quidem clam magistratu: id quòd sæpe antea aliis bellis factum esset Iam patrium geutis morem non esse, militem ad bellum se insciis suoque iniussu, contrâve imperium profectũ, velut signo dato in patriam revocare: sed è militia domum reversos multandi ius magistratui esse.

Tenta-

Saxo & Hessus Bohêos ad belli societaté tentant.

Tentati ab Hesso & Saxone ad eundé modũ & Bohemi sunt in belli societaté Hi perinde responderunt, ut satis constaret, iam dudum eorum animos à Rege alienatos fuisse. Intellectâ igitur eorum voluntate, è castris literas ad eos dederunt, quibus bellum hoc ex comcomposito â Cæsare contra religionem susceptum demonstrarunt. Id quò proclivius persuaderent, libellos, quos ipsi paucis antè diebus in lucem emiserant, de ea re, unà mittunt: orantque simul ne adversus se vel arma induant, ut auxilia Cæsari summittant.

Confœderati ad proscriptionis tabulas publico scripto respõdét.

Ex iisdem castris Cæsari ad proscriptionis tabulas postridie Kalend. Septemb. prolixo scripto responderunt: quod qùia apud alios scriptores extat, sive quod longius sit quam ut hic referatur, omittendum esse duxi.

Descriptio situs regionis circa Ingolstadium: ut & castrorum Cæsaris.

Sedebat Cæsar ad Ingolstadiũ nullò propè munimento vallorum tectus, & quidem an mo constanti ac forti. Ingolstadium campestri planicie situm est ad amnem Danubium. Hic latus læuum castrorum, & cum eo loca palustria, quæ ab amne inundante persũduntur

duntur, claudebant. Oppidum à tergo tanquam munimentum omnia tuebatur. A fronte dextraque panditur planicies, quæ paulatim assurgit in mediocriter excelsum collem acclivis. In hac usque ad urbis propè muros ita locaverat castra Cæsar, ut ea oculis circũlustrare potuerit. Hostes editiora hæc à fronte iuga super caput occupabat. Castra humilis agger cum fossa, & modicus riuus, qui non procul ab Ingolstadio Danubio miscetur, (ut superiori libro dictum est) dividebat. Erat ita quamvis Cæsar hostium missilibus in subiectâ collibus planicie expositus, intrepido animo, impetum tamẽ, eorum sustinuit, ut suos ipse magis ad virtutẽ animaret, quàm à suis animaretur.

Quamvis Hessus & Saxo numero copiarum longè superiores erant, cur promissis ingentibus socias civitates onerarent, fore ut tertio mense bellum confectum darent, perficerentque ut Cæsar vel è Germania eijceretur vel in potestate esset: fefellit tamen consilium Fatũ & numen, quod in omni re domi-

Confœderatorũ principũ promissio civitatibus facta, inanis.

dominatur. Perfecit tamen Hessus ea feroci iactatione, & promissis inanibus ut stipendium liberalius à sociis mitteretur: commeatusque, & quæ ad bellum necessaria erant, copiosius suppeditarentur. Recensa ferunt equitum decem millia, & octuaginta millia peditum, extra lixas & inermem multitudinem, imbellemque turbam quæ castra sequebatur.

Summa exercitus protestantiũ confœderatorũ

Fluctuatus Cæsar aliquandiu animo fuit, utrùm castrorum locum mutaret, an in iisdem permaneret: quòd Italorum communis querela & indignatio esset, loco uliginoso ac palustri propè se locatos. Inclinavit sententia propter opportuna multa, ac commoda, ibi hærendum esse. Aliquot inde diebus continuis Italicæ aliquot cohortes, & Hispanorum, cum levis armaturæ equitibus è castris evagati, cum hostibus excitis multa levia prælia fecêre. Quibus insidias, dum incautius callidè fugientes cedentesque sequuntur, tractis, multi cæsi sunt pauci evaserunt. Cẽturio Asculanus, & ex Comitibus Italis quidam capti sunt Landtgravius spolia-

Cæsaris deliberatio de mutãdis castris.

Prœlia aliquot leviora cõmissa.

ſpoliatis cæſis, corpora in caſtra auferri & ſepeliri permiſit.

Itali, Hiſpaniq́ue, propter loci incommoditatem quingẽtos paſſus propius hoſtem caſtra ſua promoverunt. Allatum famâ fuit ad Cæſarem, Kalẽd. Septemb. hoſtium exercitum acceſſione ſeptem millium Helvetiorum, & equitibus trecentis auctum fuiſſe. His viribus Heſſus nixus, paulò propius caſtra Cæſaris acceſſit, quaſi ea expugnare voluiſſet: conſeditq́ue in ſummo iugo, unde per ſubiectam acclivem planiciem, in qua caſtra in conſpectu erãt, proſpectus ſparſim lateq́ue mitteretur. Rivus ille de quo dictum eſt, caſtra utrinque dividebat. In huius ripa caſtellum erat, quod ab ea parte ipſos modico impoſito præſidio, munimenti loco tutari paterat. A tergo pleraq; veſtiebat frequens ſylva, denſis arbuſtis præpedita. Ad lævam collis placidè acclivis, in ſubiectam planiciem uſque ad rivulum decurrebat. In ſummo vertice omnes machinas in caſtra Cæſaris diſponunt, extra campeſtres, centum & triginta vaſtæ molis. Hunc locum ini-

Caſtra utrinque viciniora redduntur.

tio Cæsar castris occupare statuerat: verùm disuasum id fuit cùm ab aliis, tum ab Albano, qui eò usque hostem haudquaquam ausum fuisse appropinquare rati fuerant: simul quòd clausi à tergo Danubio, omnia opportuna ad hostes mora & diuturnitate belli frangendo, habituri essent. Cæsar id ubi accepit, gregarios & levis armaturæ equites Italicos exploratum situm castrorum, & ad lacessendum prælium emisit. Hi rursum ab hoste excepti velitando aliquandiu, inde cedendo, mox fugiendo sine respectu, retrò in castra compelluntur.

Dimicatio acris. Cæsar accepto hostem fugientibus magno agmine instare, conclamari ad arma, & raptim in aciem suos educi iussit. Dimicatur eminus missilibus magna vi totum fermè diem, maiore tamen clade Cęsarianorum quàm hostiũ. Hi enim receptu in castra habito, intra vallum substitêre. Cæsariani verò dum in patenti nudâq; planicie in acie nullo munimento protecti hostes operiuntur, ab imminenti iugo missilibus obruuntur. Id Cæsar advertens, ut minus

jactibus

jactibus globorum expositi essent, suos pronos in solum se sternere, dispositis iuxtà paratisque armis, edicit. Attulit ea res haud leve momentum adversus globorum vim & impetum. In hac totius diei grandine, præter cæsos, saucii multi, mutilis truncisque corporibus in urbem portati perierunt.

Prono in occasum die, Italorum & Hispanorum expeditæ aliquot cohortes in tumulum, in quo impedimenta tormentaque sine stationibus ad custodiendum relicta animadvertebantur, ire pergunt. Ab his novem serpentarii intercipi potuerunt, si equitatus pars subsequuta fuisset. Horum auxilio nudati, cum hostium levis armaturæ equites subsistentibus in tumulo circa tormenta infestè supervenirent, effusè in fugam acti, in castra receptum habuerunt.

Cæsar in ea castrorum suorum pertinaci oppugnatione, cùm extra missilium iactum propè inter equites consisteret, eius tabernaculũ globis, aliis super alios traiectũ, divulsũq; fuit. Circa

Cæsar ob creberrimas tormentorũ eiaculationes in maximo

periculo fuit, maximo tamen quoque animo.

Cæsarem in acie eques globo traiectus cecidit. In hac missilium grandine tam densâ usque adeò obfirmatus erat animo, ut nullis lacrymis suorum principum, obtestantium ut ex acie in urbem se subduceret, induci valuerit: Ec quem Cæsarem, inquit, unquam in acie periisse audistis? Fredericus Comes à Furstenburgo ponè haud procul à Cæsare insidebat equo. Huius equus globo leviter tactus fuit. Et ante Cæsaris pedes globi lapsus, sine effectu, in facta scrobe fractis viribus se condidit. Inter Cæsaris æneas machinas una æquo iustius onerata dissiliit: pulvis tormentarius casu igne tactus, multos circà milites absumpsit, & ambussit.

Hessus castellū quoddā propè Ingolstadium occupat.

Hessus pulsis Italis & Hispanis, extemplò castellum in interlabétis amnis ripa (alii villam fuisse scribunt) positū, impetu occupat, & ex tempore vallo fossáq; munit. In huius summum subvectis tormentis, castra Cæsaris acrius oppugnare constituit. Haud procul à Danubio vicum incendio crepusculo diei vastat. Ea nocte in utrisque castris intentius excubiæ actæ sunt, & dispositæ stationes.

Cæsar

Cæsar maiori aggere castra munit.

Cæsar periculi superioris diei memor, castra extendi raptim aliquantum imperat, vallumq; tumultuariò, & munitiones adversus hostium super caput imminentium vim excitari leviter: neu multitudine freti, rupto aggere in castra impetum facerent, fossâ latiori circumduci. Ad præcipitandum ea nocte opus, non solum fossores & lixæ admoti, sed milites etiam, qui ab ea parte proximè hostibus obiecti erãt, operam navare coacti fuerunt: ibi maximè ad campestris tormenti coniectum castra extenderunt. Intra hoc spacium tumulum, undè hostem pellere & se defendere poterant, complexi sunt.

Cæsari omnia secunda fiunt.

Hoc opere nocte eâ mirabili celeritate perfecto, additis etiam propugnaculis, postridie Cæsari omnia secunda fuêre, ventus item & imber in hostes obversi. Sæviri rursum missilibus cœptum è tumulo, sed minus infestè quàm pridiè. Vbi lentius omnia agi sensit Cæsar, tabernaculum suum sarciri, & militibus tentoria communire iussit: ipse subinde locum tabernaculo, ad

fallendam hostium industriam, muta
Sed aquila, in quam diligenter not
tam missilia frequentia conjiciebar
tur, eos non fefellit. Neque explor
tores desiderabantur, per quos,
quam partem transferretur, cognosc
rent.

Vt miles quietius, ac sine pericu
communiẽdis raptim tentoriis incur
beret, & hostem à cura & studio opp
gnandi castra everteret, Hispanos It
losque, quorum castra vergebant
meridiem in Danubium, inter hum
liora arbusta, continuis excursionib
& levibus præliis ad eos lacessendos e
trusit. His additæ fuerunt turmæ a
quot equitum. Occurrit Hessus C
sarianis: dimicaturque eminus mag
missilibus, quàm cominus collatis p
dibus, sed sine clade memorabili. N
superveniens, certamen diremit.

Missilibus acriter utrinque dimicatur.

Muniverat Hessus continuis ope
bus imminens castellum, ut Cæsari
nos ab ea parte premeret. Id Cæsar
nimadvertens (quia spes nulla pro
expugnandi castra hosti relicta videb
tur) omnia consilia huc contulit i

tentiu

tentius, ut eum vel vi vel repentino terrore inde proturbaret. Subduxerat Hessus in summum castelli, quod trabibus in omnes partes mobilibus instratum erat, machinas serpentarios, quibus infestius propiusque Cæsaris castra oppugnaret. Quibus obiecit Cæsar viginti gravis molis tormenta, quibus infestius opera hostium, quam sua castra pridie adorti fuissent, discutiebat. Dimicatum missilibus multum temporis utrinque fuit, sed perexiguâ Cæsarianorum clade: quod omnis globorum grando, vel in Cæsaris tabernaculum, vel in muros Ingolstadienses verteretur, sed sine ulla urbis memorabili clade. Turris erat alta in urbe: in hanc serpentarium, ad disturbandum simul è munitione hostē, iussu Cæsaris subvexerant oppidani.

Immittit in hoc ardore, Italorū Hispanorumq; cohortes ad invadendum castellū per aggeres fossasq; summa vi unà cum scalis, quas loco ad capiendū opportuno erigerent. Qui in præsidio erant, primò magna vi restiterunt, quātum aggerem vallosq; tueri poterant. Cæsar castellū ab Hesso munitū oppugnat.

Partiuntur Itali Hiſpanique bifariam copias, adiunctis poſt principia equitibus, qui laborantibus, ſi qua procella maior è caſtris ingrueret, adeſſent, cùm vim non ſuſtinerent. Intra vallum interim Cæſar ſuos in aciem collocat, ut ſi quis impetus maior totis caſtris ſuperveniret repentinus, ad confligendū defendendaq; caſtra paratus foret. Ipſe rubra holoſericâ amictus tunicâ, modò eques, modò pedes in prima acie conſiſtere, interdum poſt principia obequitare, nunc inter medios verſari, ſuis addere animum, ne hoſtium multitudine & inani ſine effectu impetu conſternarentur. Ibi diſſonus fremitus omnium confuſusq; tot diverſarū nationum clamor exoriri, extra vallum in prælium educi poſtulare, eo die victoriam in manu ſe habituros. Interea cōtinua oppugnatio non remiſſa pertinaciam hoſtium, qui in præſidio erant, vicit. Capiunt caſtellum, & trucidantur oppreſſi. Capti caſtelli irâ hoſtes accenſi, cum pluribus cohortibus caſtrorum vallum & munitiones invadunt, oppugnantq; incredibili tormentorum vi: ſed

Cæſar ſtrenuè agit.

ſed impetus eorũ incaſſum fuit, & defendentium pertinacia munitiones hoſtes cum aliquantâ clade retrò in caſtra compulit. Pars valli circa munitiones disiecta fuerat: hanc raptim ſarciri iuſſit Cæſar, donariq; foſſores vicenos ſeſtertios nummos.

Heſſus & ipſe aggerem refici mandat, ratus Cæſarem erupturum. Ille ſpe deſtitutus, quod eum in ſummam dimicationem elicere nullâ arte poſſet, cùm eius animum in eo verti crederet, ſi ex eo loco diſcederet, ut abeũtem ſequeretur, incendio tentoriis iniecto caſtra movit pridie nonas Septembris. Clarus ignis diluculo primo in cœlum aſſurgens inter atrum fumum, diſceſſum prodidit. Tria fermè millia inde, colle edito caſtra communivit.

Heſſus Cæſaré ad pugnam elicere conatur; ſed fruſtrà.

Ingolſtadio diſcedens fugienti ſimilis, ita quadrato agmine proceſſit, ut equitatus latera & terga cum tormentis campeſtribus clauderet. Hoſtium fugâ nunciatâ, Cæſar partem equitatus ad carpenda terga, laceſſendumq. ſubmiſit: ſed agmen, ut iuſſum fuerat, quo cœperat, immotum ire perrexit. Caſtel-

Heſſus Ingolſtadio diſcedit.

lum, undè hostes proturbati erant, imposito Hispanorum præsidio, fossis, aggeribus validius Cæsar circumduci mandavit: & pontem supra Danubium sterni, non solum ad præsidia per occasiones submittenda, si ab hoste rursum tentaretur, sed etiam ad pabulum ac commeatus terra è ditione Palatini transvehendum in castra. Ipse cum Albano præmissos hostium iter exploratum equites subsequutus fuit. Illi accepto Burani adventu, ut transitu eum prohiberent, aliquantum processere.

Cæsar castra protestantiura occupat.

Castra Cæsar, unde hostes discesserant, propter opportuna multa, subsecutus occupavit. Inde Alvarum à Sanda & Arzium, tribunos militum, viros impigros, cum duabus Hispanorum cohortibus, additis locorum gnaris ducibus, nocte mittit, qui quanto maximè possent silentio, maturatè hostem subsequantur: & iter, consiliaq;, quòd possent, explorent. Hi per sylvas compendiò noctis silentio freti, primas stationes excipiunt. His cæsis, & secundas intercipiunt. Repens terror è fremitu

per

per silentium noctis accepto, in castra pervasit, ac pavorem trepidationemque fecit: ratis, Cæsarem cum universo exercitu subsequutum adesse, raptim totis castris ad arma, signis canere jussis, concurritur. Superveniente hostium multitudine, Hispani in castra retrò cessere.

Cæsariani hostem noctu adoriuntur.

Hac securitate hostium motus Octavius Farnesius, suorumq; Italorum alacritate animatus, similem occasionem benè gerendę rei sibi dari optabat. Permittente Cæsare cum parte peditum & equitum, quos Sabellus & Vitellius ductabant, & ipse ea loca quæ ab hostibus insidebantur, speculatum proficiscitur. Vbi sensit omnem eam regionem sylvosam, esse & insidiis opportunam, partem copiarum in sylva abdit, ut hostes inordinatè effuseq; pabulatum frumentatumq; egressos, & per subiectam planiciem decurrentes, de improviso adoriretur. Non latuerunt Hessium insidiæ, per exploratores cognitæ. Italos quosdam pabulandi gratia in proximos pagos incautius effusos, undique coorti invadunt. Itali intrepidè arma

Octavius Farnesius permittente Cæsare cum suis hostes quoque infestat.

expediunt, & hostibus occurrunt: sed in fugam inclinarant, nisi velites in cãpum emersissent. Cæsis utrinque ad postremum multis, lassitudo utrosque in castra compulit. Et quia Hessus in hac dimicatione superior esse videbatur, literis ad civitates socias datis sparsit, Cæsarem duplici clade à se affectum fuisse: unâ ad Ingolstadium, circa oppugnationem castrorum: alterâ, propè hanc sylvam, ubi Octavius Farnesius fusus, fugatusq; fuisset.

Cæsar castra Lantgravij validius cõmuniri curat.

Sub Lantgravii discessum paulò antè fossores transire Danubium iusserat Cæsar: ibiq; propter castrorum angustias dum revocarentur ad labores castrenses, hærere. Eos tum revocavit, ut castra, undè Hessus cesserat, validius communirent. Ad ea tutanda Bohemos, & Germanorum peditum cohortes relinquit: & aliam circa pontem ad prohibendum transitu Italicas copias, quas diuturniori militiâ gravari senserat, spe optimæ prædæ, ex direptione urbis alicuius opulentæ, vi capiendæ, in Germaniam excitas.

Inter ista ad Cæsarem adfertur, dissidium

dium inter duces de belli ratione ortū: Hessum, exercitum divelli non pati: Saxonem contendere contrà, bipartitò copias distribuendas: quando Cæsar ad pugnam evocari non posset, ut cum earum parte in Saxoniam ad sua tutanda adversus Ferdinandi Regis incursionem rediret. Id enim præstare, quàm diutius procul à Saxonia abesse: & militem in castris ociosum ignaviâ corrumpi. Tempus iam propediem postulare, ut exercitus in hyberna deduceretur. Impedimenta per autumnalem pluviam salebrosis viis neque in Saxoniam, neque in Hassiam traduci posse.

Dissidiū inter cōfœderatos principes esse Cæsari nunciatur.

Cæterum vicit Hessi consilium: & transito rivo, atque universo exercitu in duodecim turmas diviso, secundis castris Neoburgum, quod nuper firmo præsidio imposito muniverant, pervenerunt. Reliquerant in huius suburbio tria Helvetiorum millia, missis aliquot cohortibus Rainam, & Danovertum præsidiis vacuum.

Protestātes exercitum suum dividunt.

Per hos dies Ingolstadiū famâ perlatum fuit, Bohemos à Rege in Saxonum

agros populatum missos, vicos incendio opimâ prædâ armentorum abactâ vastasse, ac proscriptionis iure oppida aliquot ignobilia cepisse:&Mauritium Misniæ Ducem sua quoque, quæ ab Electore Saxonæ sibi adempta fuissent, summâ vi recuperare connixum.

Saxo & Hessus Donavertū repetunt. Sleidan. lib.18. Num.6. Thuan. lib. 2. hist.pag. 162. Avila libro 1. de bello Germ.

Saxo & Hessus biduò non plus ad Neoburgum morati,transmisso Danubio,relictisque tribus tantum cohortibus,Donauertū repetiverunt, & castra ad Vendingam locarunt. Iam mille passuum à Novo Foro Buranus castra posuerat,ut in principio huius libri dixi, cùm per literas à Cæsare fieret certior, hostem Vendingam iter avertisse, ut ei cū omnibus armatis copiis occurreret:caveret,ne faciendo itinere defatigato exercitu,in certamen cum tantâ hostium multitudine descenderet. Septem milliaria ab Ingolstadio aberat.

Schamburgi oratio ad milites.

Triduo hic militibus ad curāda corpora & animos dato, priusquam ad reliquum iter accingerentur,Schamburgius concione advocatâ talem orationem habuit:Locus postulat, milites, ut de reliquo itinere verba apud nos nūc faciam,

faciam, & vos periculorum securos moneam: quo alacriores, cautioresque ad eos ipsos labores, qui pauci adhuc supersunt, tolerandos sitis. Quanquam ita vos promptos, paratosque ad gravia viarum tædia perferenda hactenus expertus sum, ut nullo vocis meæ classico nunc opus esset: duo tamen monuisse vos velim, quorum unum licet spem, alterum metum sit facturum, utrunq; tamen calcar vobis ad cætera pericula devoranda addet. Dies unus insequens, & nox una diei continuata nos ad Ingolstadium sistent. Nulli amnes aut montes obstabunt, qui lassitudinem aliquam sint allaturi. Quanquã montes vel in cœlum assurgentes, sponte currentibus, & viam vorantibus, verrucæ videri possunt: contra ignavis, loca etiam campestria gravia: cuiusmodi tamen inter vos nullos esse arbitror: aut, si sint, sanè perpaucos. Deinde, quoniam Lantgravius cum triplice agmine nobis occurrere per speculatores, & Cæsaris literas (Vendingã enim auertit iter) nunciatur, ut animos periculis imminẽtibus æquatos habeatis, edico.

Arma

Arma in expedito habete, animis ſtrenui, manibusque ad pugnandum prõpti. Nullum vobis terrorem, nullam trepidationem faciat, quod multitudine illi vos ſuperent. Reputate apud animos veſtros, quo genere hominum exercitus eorum ſit conflatus: ex incõditâ hominum colluuie, & imbelli inermique turbâ ex agris raptim contractâ. Contra, veſtrnm exercitum militibus ſpectatæ virtutis, & veteranis, qui variis & magnis iuxta bellis exercitati ſunt, conſtare: raros admodum eſſe. qui nulla ſtipendia ante hac fecerint, novos milites. Si hoſtes verò ſenſerit, vos intrepidos, refectis corporibus, & ad confligendum paratos procedere: ipſi illis eritis, magis quam illi vobis, terribiles milites. Hac exiſtimatione cum trepidatione repulſi, retrocedent, refugientque: nos ferratas equorum in fugam inclinantium ſoleas legemus. Quamobrem in omnem gerendæ rei caſum animos parate, memores vos veſtrâ virtute vobis gloriam, Cæſari verò ſalutem in rebus anguſtis parturos, Et iter cũ fugæ præciſum ſit a

tergo

tergo, via per hostes, si nos operiantur, armis patefacienda est. Quoniam igitur hinc necessitas, indè gloria proposita est, arma parate: ut ubi tertium signum datum fuerit, bonis auspiciis castra moveamus. Postquã in hæc verba Schamburgius peroravit, iterari sacramentum iussit, ac sumpto cibo paulisper interquiescere. Inde conticinio noctis silentio ad colligenda uasa conclamato, iter ingressi sunt.

Sequenti die bis hostium pecuniam in stipendium missam, à Burano interceptam fuisse ferebatur. Nocte quæ diem illum insequuta fuit, composito agmine procedentes, cum haud longè ab Ingolstadio abessent, in ea sylva quæ urbi in conspectu obiacet, quia faciendo itinere non solum lassi erant, verũ etiam fame ac siti propè conficiebantur, nusquã hoste viso, castra posuerũt.

Burano ad tertium milliare pleraque nobilitas gratulabundi, cognitio eius adventu, occurrerat. Manè omnẽ exercitum composito agmine è sylva eductum, trifariam partitus fuit: ut seorsim Hispanos in aciẽ cogeret reliquas

tur Cæsari, huc Christophorum Oldeburgium, Fredericumque Ripenburgium cum duabus legionibus, & Comitem à Bichlia cum quinque peditũ cohortibus, cum Hesso se coniunxisse.

Cæsar Neoburgum cõtendit.

Cæsar sublatis castris, Neoburgum, ubi tres cohortes præsidio ab Hesso relictæ fuerant, contendit. Non diu hic cunctatus, cum videret oppidanos animis obstinantes, nec ad deditionem inclinari omnis generis tormenta & machinas ad sternendos muros expediri iussit. Oppidani posteaquam Hessum, quem in tempore adfuturum crediderant, si sustinerent vel unum diem obsidionem, segnius ad ferenda auxilia adesse senserunt: & ipsi, & qui in præsidio erant milites, oratores ad Cæsarem veniam, fidemque eius petitum miserunt. Factâ deditione, hac lege præsidiariis ignovit, ne postea in se arma induerent. Recensuit Cæsar Germanorum equitum, peditumque copias: quibus soluto stipendio, præsidia ex Ingolstadio deduxit.

Diem non amplius ad Neoburgum moratus, circa serum diei in castra revertitur

vertitur. Duobus pontibus iunctus Danubius erat: tertium tanto exercitui traiiciendo, ab ea parte ubi insulam facit, raptim ita facit, ut partem eius ex hostium ratibus coniunctis ab insula ulteriori ripæ pluribus retinaculis religatam, ita pontis in modum sterneret, ut adactæ fistucis in flumen trabes adversi impetum amnis superiorem sustinerent, ne rates fluitando loco moverentur. Sic eques pedesque velut per solidam terram, Danubium transibant. Alteram verò partem pontis, quæ à citeriori alveo in insulam porrigebatur, de suis scaphis, ac lintribus coriaceis leviter vinculis pontonum in modum annexis ita pararat, ut transeuntibus agminibus continentem velut põtem immobilem præberent.

Sed priusquam captum à Cæsare Neoburgum esset, Lantgravius Lauingam frumentatum (Bavaricæ ditionis oppidum est) profectus à Danoverto fuerat, ut quidam produnt. Oppidani ubi aliquandiu deditionem detrectassent, ad ultimum magnificis libertatis patriæ servandæ promissis illecti, in deditio-

Lãdgravius Laugingam occupat.

lum, undè hostes proturbati erant, imposito Hispanorum præsidio, fossis, aggeribus validius Cæsar circumduci mandavit: & pontem supra Danubium sterni, non solum ad præsidia per occasiones submittenda, si ab hoste rursum tentaretur, sed etiam ad pabulum ac commeatus terra è ditione Palatini transvehendum in castra. Ipse cum Albano præmissos hostium iter exploratum equites subsequutus fuit. Illi accepto Burani adventu, ut transitu eum prohiberent, aliquantum processere.

Cæsar castra protestãtiura occupat.

Castra Cæsar, unde hostes discesserant, propter opportuna multa, subsecutus occupavit. Inde Alvarum à Sanda & Arzium, tribunos militum, viros impigros, cum duabus Hispanorum cohortibus, additis locorum gnaris ducibus, nocte mittit, qui quanto maximè possent silentio, maturatè hostem subsequantur: & iter, consiliaq;, quòd possent, explorent. Hi per sylvas compendiò noctis silentio freti, primas stationes excipiunt. His cæsis, & secundas intercipiunt. Repens terror è fremitu

per

per silentium noctis accepto, in castra pervasit, ac pavorem trepidationemque fecit: ratis, Cæsarem cum universo exercitu subsequutum adesse, raptim totis castris ad arma, signis canere jussis, concurritur. Superveniente hostium multitudine, Hispani in castra retrò cessere.

Cæsariani hostem noctu adoriuntur.

Hac securitate hostium motus Octavius Farnesius, suorumq; Italorum alacritate animatus, similem occasionem benè gerendę rei sibi dari optabat. Permittente Cæsare cum parte peditum & equitum, quos Sabellus & Vitellius ductabant, & ipse ea loca quæ ab hostibus insidebantur, speculatum proficiscitur. Vbi sensit omnem eam regionem sylvosam, esse & insidiis opportunam, partem copiarum in sylva abdit, ut hostes inordinatè effuseq; pabulatum frumentatumq; egressos, & per subiectam planiciem decurrentes, de improviso adoriretur. Non latuerunt Hessum insidiæ, per exploratores cognitæ. Italos quosdam pabulandi gratia in proximos pagos incautius effusos, undique coorti invadunt. Itali intrepidè arma

Octavius Farnesius permittente Cæsare cum suis hostes quoque infestat.

expediunt, & hostibus occurrunt: sed in fugam inclinarant, nisi velites in cãpum emersissent. Cæsis utrinque ad postremùm multis, lassitudo utrosque in castra compulit. Et quia Hessus in hac dimicatione superior esse videbatur, literis ad civitates socias datis spar-sit, Cæsarem duplici clade à se affectum fuisse: unâ ad Ingolstadium, circa oppugnationem castrorum: alterâ, propè hanc sylvam, ubi Octavius Farnesius, fusus, fugatusq; fuisset.

Cæsar castra Lantg avij v lidius cõmuniuit.

Sub Lantgravii discessum paulò antè fossores transire Danubium iusserat Cæsar: ibiq; propter castrorum angustias dum revocarentur ad labores castrenses, hærere. Eos tum revocavit, ut castra, undè Hessus cesserat, validius communirent. Ad ea tutanda Bohemos, & Germanorum peditum cohortes relinquit: & aliam circa pontem ad prohibendum transitu Italicas copias, quas diuturniori militiâ gravari senserat, spe optimæ prædæ, ex direptione urbis alicuius opulentæ, vi capiendæ, in Germaniam excitas.

Inter ista ad Cæsarem adfertur, diffidium

dium inter duces de belli ratione ortũ: Hessum, exercitum divelli non pati: Saxonem contendere contrà, bipartitò copias distribuendas: quando Cæsar ad pugnam evocari non posset, ut cum earum parte in Saxoniam ad sua tutanda adversus Ferdinandi Regis incursionem rediret. Id enim præstare, quàm diutius procul à Saxonia abesse: & militem in castris ociosum ignaviâ corrumpi. Tempus iam propediem postulare, ut exercitus in hyberna deduceretur. Impedimenta per autumnalem pluviam salebrosis viis neque in Saxoniam, neque in Hassiam traduci posse.

Dissidiũ inter cõfœderatos principes esse Cæsari nunciatur.

Cæterum vicit Hessi consilium: & transito rivo, atque universo exercitu in duodecim turmas diviso, secundis castris Neoburgum, quod nuper firmo præsidio imposito muniverant, pervenerunt. Reliquerant in huius suburbio tria Helvetiorum millia, missis aliquot cohortibus Rainam, & Danovertum præsidiis vacuum.

Protestãtes exercitum suum dividunt.

Per hos dies Ingolstadiũ famâ perlatum fuit, Bohemos à Rege in Saxonum

agros populatum missos, vicos incendio opimâ prædâ armentorum abactâ vastasse, ac proscriptionis iure oppida aliquot ignobilia cepisse:&Mauritium Misniæ Ducem sua quoque, quæ ab Electore Saxonæ sibi adempta fuissent, summâ vi recuperare connixum.

Saxo & Hessus Donavertũ repetunt. Sleidan. lib.18. Num.6. Thuan. lib. 2. hist.pag. 162. Avila libro 1. de bello Germ.

Saxo & Hessus biduò non plus ad Neoburgum morati, transmisso Danubio, relictisque tribus tantum cohortibus, Donauertũ repetiverunt, & castra ad Vendingam locarunt. Iam mille passuum à Novo Foro Buranus castra posuerat, ut in principio huius libri dixi, cùm per literas à Cæsare fieret certior, hostem Vendingam iter avertisse, ut ei cũ omnibus armatis copiis occurreret: caveret, ne faciendo itinere defatigato exercitu, in certamen cum tantâ hostium multitudine descenderet. Septem milliaria ab Ingolstadio aberat.

Schamburgi oratio ad milites.

Triduo hic militibus ad curãda corpora & animos dato, priusquam ad reliquum iter accingerentur, Schamburgius concione advocatâ talem orationem habuit: Locus postulat, milites, ut de reliquo itinere verba apud nos nũc

faciam,

faciam, & vos periculorum securos moneam: quo alacriores, cautioresque ad eos ipsos labores, qui pauci adhuc supersunt, tolerandos sitis. Quanquam ita vos promptos, paratosque ad gravia viarum tædia perferenda hactenus expertus sum, ut nullo vocis meæ classico nunc opus esset: duo tamen monuisse vos velim, quorum unum licet spem, alterum metum sit facturum, utrunq; tamen calcar vobis ad cætera pericula devoranda addet. Dies unus insequens, & nox una diei continuata nos ad Ingolstadium sistent. Nulli amnes aut montes obstabunt, qui lassitudinem aliquam sint allaturi. Quanquã montes vel in cœlum assurgentes, sponte currentibus, & viam vorantibus, verrucæ videri possunt: contra ignavis, loca etiam campestria gravia: cuiusmodi tamen inter vos nullos esse arbitror: aut, si sint, sanè perpaucos. Deinde, quoniam Lantgravius cum triplice agmine nobis occurrere per speculatores, & Cæsaris literas (Vendingã enim auertit iter) nunciatur, ut animos periculis imminẽtibus æquatos habeatis, edico.

Arma

Arma in expedito habete, animis strenui, manibusque ad pugnandum prō-pti. Nullum vobis terrorem, nullam trepidationem faciat, quod multitudine illi vos superent. Reputate apud animos vestros, quo genere hominum exercitus eorum sit conflatus: ex incō-ditâ hominum colluuie, & imbelli inermique turbâ ex agris raptim contractâ. Contra, vestrum exercitum militibus spectatæ virtutis, & veteranis, qui variis & magnis iuxta bellis exercitati sunt, constare: raros admodum esse, qui nulla stipendia ante hac fecerint, novos milites. Si hostes verò senserit, vos intrepidos, refectis corporibus, & ad confligendum paratos procedere: ipsi illis eritis, magis quam illi vobis, terribiles milites. Hac existimatione cum trepidatione repulsi, retrocedent, refugientque: nos ferratas equorum in fugam inclinantium soleas legemus. Quamobrem in omnem gerendæ rei casum animos parate, memores vos vestrâ virtute vobis gloriam, Cæsari verò salutem in rebus angustis parturos, Et iter cū fugæ præcisum sit a

tergo

tergo, via per hostes, si nos operiantur, armis patefacienda est. Quoniam igitur hinc necessitas, indè gloria proposita est, arma parate: ut ubi tertium signum datum fuerit, bonis auspiciis castra moveamus. Postquã in hæc verba Schamburgius peroravit, iterari sacramentum iussit, ac sumpto cibo paulisper interquiescere. Inde conticinio noctis silentio ad colligenda uasa conclamato, iter ingressi sunt.

Sequenti die bis hostium pecuniam in stipendium missam, à Burano interceptam fuisse ferebatur. Nocte quæ diem illum insequuta fuit, composito agmine procedentes, cum haud longè ab Ingolstadio abessent, in ea sylva quæ urbi in conspectu obiacet, quia faciendo itinere non solum lassi erant, verũ etiam fame ac siti propè conficiebantur, nusquã hoste viso, castra posuerũt.

Burano ad tertium milliare pleraque nobilitas gratulabundi, cognitio eius adventu, occurrerat. Manè omnẽ exercitum composito agmine è sylva eductum, trifariam partitus fuit: ut seorsim Hispanos in aciẽ cogeret reliquas

quas verò copias Germanorum militum bifariam divideret. Equitatum omnem ex æquo distributum, pari numero pedestribus copiis adiunxit.

Cæsar Buranū honorificè excipit.

Huc Cæsar cum principibus honorificè ei obviam processit, atque hilari amplexu excepit. Ibi inter gratulandū salutandumque omnia muralia tormenta, & alia opera bellica, ut imperatum fuerat, cum horrendo cœli fragore emittuntur. Contrà, statim è castris simili tonitruo applausum fuit. Ferunt Burano postea Cæsarem percōtato, ex qua gente, si cum hoste acie decertandum foret, velitares, qui pugnā lacesserent, ante robur exercitus præmissos deligi placeret, (hos Germanorum loquendi consuetudine deploratas & perditas copias is appellabat) Nō deploratas Burane, non victas, sed victrices copias, victores velites habere volumus, respondisse. Quod dictum à circumstantibus Principibus in omē arreptum, certissimam victoriæ fiduciam fecit.

Ad hunc modum Buranus Norimberga digressus, à Cæsare de hostiū occursu

curſu & inſidiis factus certior, flexâ viâ Ratisbonam, ne obvius fieret, decimo quinto, Kal. Octobres in caſtra Ingolſtadiana pervenit. Quòd ſegnius, quàm expectaſſet Cæſar, adeſſet, tardius quæſitam pecuniam in ſtipendiũ ſe accepiſſe, in excuſationem adduxit: non autem hoſtium, quos ſemper retrò fugientes eſſet ſequutus, metu retardatum. Ex quo è ſtativis moviſſet, nõ plus quatuordecim diebus tam, impeditos ſaltus, & longos viarum anfractus, invias paludes, & collium difficultates cum exercitu armis gravi, cũ tormentis, machinis, aliisq; operibus ſuperaſſe. Caſtra inde quingentos paſſus à Cæſare, à quo affatim commeatus illi miſſum fuit, locat. Paucis diebus ibi ſtativis habitis, quies militibus ad reficienda ſqualida itineris tanti incõmodis, ac propè efferata corpora, eſt conceſſa. Hoſtes caſtra ad Vendingam oppidum quod Oetingico Comiti paret, poſuerant.

Inde tertio die, dilapſo præter expectationẽ Burano Danovertũ præſidio ſatis firmatum repetiuere. Nunciatur

tur Cæsari, huc Christophorum Oldéburgium, Fredericumque Ripenburgium cum duabus legionibus, & Comitem à Bichlia cum quinque peditũ cohortibus, cum Hesso se coniunxisse.

Cæsar Neoburgum contendit.

Cæsar sublatis castris, Neoburgum, ubi tres cohortes præsidio ab Hesso relictæ fuerant, contendit. Non diu hic cunctatus, cum videret oppidanos animis obstinantes, nec ad deditionem inclinari omnis generis tormenta & machinas ad sternendos muros expediri iussit. Oppidani posteaquam Hessum, quem in tempore adfuturum crediderant, si sustinerent vel unum diem obsidionem, segnius ad ferenda auxilia adesse senserunt: & ipsi, & qui in præsidio erant milites, oratores ad Cæsarem veniam, fidemque eius petitum miserunt. Factâ deditione, hac lege præsidiariis ignovit, ne postea in se arma induerent. Recensuit Cæsar Germanorum equitum, peditumque copias: quibus soluto stipendio, præsidia ex Ingolstadio deduxit.

Diem non amplius ad Neoburgum moratus, circa serum diei in castra revertitur

vertitur. Duobus pontibus iunctus Danubius erat: tertium tanto exercitui traiiciendo, ab ea parte ubi insulam facit, raptim ita facit, ut partem eius ex hostium ratibus coniunctis ab insula ulteriori ripæ pluribus retinaculis religatam, ita pontis in modum sterneret, ut adactæ fistucis in flumen trabes adversi impetum amnis superiorem sustinerent, ne rates fluitando loco moverentur. Sic eques pedesque velut per solidam terram, Danubium transibant. Alteram verò partem pontis, quæ à citeriori alveo in insulam porrigebatur, de suis scaphis, ac lintribus coriaceis leviter vinculis pontonum in modum annexis ita pararat, ut transeuntibus agminibus continentem velut pōtem immobilem præberent.

Sed priusquam captum à Cæsare Neoburgum esset, Lantgravius Lauingam frumentatum (Bavaricæ ditionis oppidum est) profectus à Danoverto fuerat, ut quidam produnt. Oppidani ubi aliquandiu deditionem detrectassent, ad ultimum magnificis libertatis patriæ servandæ promissis illecti, in deditio-

Lādgravius Laugingam occupat.

ditionem venerunt. Haud diu hic moratus, collecto undiq; magno frumenti ex agris numero, castra repetivit.

Landgravij literæ ad confœderatas civitates.

Per eos ipsos dies ab Hesso literæ ad confœderatas civitates datæ sunt: quarum ego hunc tenorem fuisse accepi. Res magnas se gerere, & quidem prosperè: easq; se indies meliores futuras sperare. Sed ad eas prænsandas tempore opus esse. Cæsaris castra in arctum ad Ingolstadium coacta, quatuor oppugnationibus graviter afflicta fuisse, ut plura hostium millia, quam si acie decertatum fuisset, occidissent. Captã à se pleramque Italorum Hispanorũq; nobilitaté, cœsos plures. Superesse Cæsarem cum Albano ac Burano, qui bellum tantum & tempus traherent. Et debellatum iam fuisse: nisi Comes Buranus cum recentibus è Belgis copiis iam supervenisset. Cæterùm, quod promissis eventus non responderet, ut iam vel captus esset, vel è Germania pulsus cum extorri agmine exularet Cæsar, in causa fuisse, quòd ille pugnam detrectaret. Post quatuor oppugnationes castrorum, se Donavertum eo con-

filio movisse castra, ut illum in prælium eliceret fugienti similis. Denique, quo propior belli conficiendi spes esset, hoc magis exercitum omni ope iuvandum esse. Se procul à domo bellum gerere: magnum exercitum, magnam frumenti, pecuniæque vim consumere. Mittendam pecuniam in stipendium, ne in rebus auspicatis militi ad oppugnãdum parato materia ad restitandum, aut ad seditionem præberetur. Huiusmodi iactationibus plenas literas, sparsas ab Hesso ad socias civitates fuisse, fama cõstans tenebat. Implevit nimis luxurianti lætitiâ suorum ante perfectum bellum animos, cùm vivo Cæsare tantum hostiũ superesset, quantum initio suscepti belli. Cumque amnis Danubius suprà infraq; fermè Cæsaris esset, nec transitus prohiberi, nec commeatus intercludi poterat: contrà, Lantgravius cedendo semper, propter tantam hominum multitudinem inopiâ omnium rerum necessariarum, ac penuriâ premebatur.

Cæsaris consiliũ de insequendo hoste.

Tum Cæsarem tradunt consilium de insequendo hoste refugiente, & Neo-

burgo

de inse-queudo hoste.

burgo capiendo, quòd tum obsitun
tum propter omnium rerum exube
rantem copiam sibi opportunissimun
videret, cum Burano cepisse. Abest al
Ingolstadio mille quingentos passus
agro campestri mirè feraci frugum, a
pecorũ abundanti. Postridie quam eiu
oppidi situm(ut paulò ante memoravi
pedes cũ Albano perlustrasset, manè su
exortũ solis ab Ingolstadio movit, & tra
ducẽdo exercitu trans tres põtes in cõ
spectu Ingolstadiensium totus dies cõ
sumptus fuit. Relicto Burano in eo lo
co ubi metârat, quòd nondum satis re
fecti à iactatione milites essent, ipse c
ctingentos passus à Danubio latissim
sua castra, propter diversarum genti
dissonas voces, contra Neoburgun
extentissimâ planicie porrexit. Tra
ductis copiis constituit Cæsar, deincep
triplici agmine ita incedere, ut unun
quodq; duplici acie moveretur: Bur
nus & Albertus Prussus, vices ita inte
se partirẽtur, ut vicissim frõtes & terg
inter vadẽdũ ꝑtegerẽt, clauderẽtq;.
hostis quâ obvius forte esset, Hispan
Itali

lisque in medio tectis, ipsi primum impetum, & vim cum Belgarum robore, quibus maximè fidebat Cæsar, exciperent. Aliquot cohortes in stativis ad urbem Ingolstadium circa impedimenta & opera bellica, quæ nondum transportata erant, custodiæ reliquerat. Vetuerat inde discedẽs, ne subsequuturi castra igne injecto corrumperent. Licentiâ tamen militari factum, quòd ardentibus aliquot tentorijs flamma per tota castra proserpsit.

Postridie Cæsar propius Neoburgum promovit castra, atque urbem undique obsedit. Quæ res speciem præbebat, quasi multis simul locis muros operibus diruturus esset, & per ruinas & semirutas muri partes eam invaderet, si obstinatos vidisset. Tum demum tradunt oppidanos territos, ne aditu armatis in urbem patefacto invaderentur, Coss. ad petendam pacem & veniam misisse: ac defectionem deprecatos, omnia imperata se facturos promisisse. Cæsar oppidanis vitam fortunas, libertatemque

Cæsar Neoburgum obsidet.

Cæsar Neoburgenses in fidem suscipit.

Cæsar Neoburgenses in fidem suscipit.

temque integram concessit. Milites, qui in præsidio erant, in eam insulam, quam Danubius contra arcem facit traijciuntur: ibi considere jussi, donec inde revocarentur. Vrbi aliquot Italorum militum cohortes impositæ præsidio. Et ne quis oppido dilaberetur, equitibus armatis muros cinxit, stationibus ad portas oppositis. Ipse propius paulò urbem castra movit. Huc dediticios ex insula acciri imperat Cæsar, & arma tradere. In quos cum ferro animadvertere suo jure potuisset, quòd in se arma sumpsissent, liberos sine mulcta stipendij menstrui in capita tamen dimisit: infortunium habituros, si cum telo adversus se in posterum deprehenderentur. Simili lenitate in tribunos & centuriones eorum usus fuit, cum quorundam fraude in eum errorem pellectos fuisse se excusarent.

Cæsar præsidiarios liberè dimittit.

Sequutus Cæsarem tum fuit Buranus, ac trajectis copijs cum eo ad Neo-

Neoburgum castra conjunxit. Hispanos, quos secum adduxerat, in castra Hispanorum, quòd neque lingua neque moribus cum Germanis satis convenirent, traduxit. Ibi demum post tam impediti ac difficilis itineris labores, inediâ inter Belgas, propter inopiam coctæ cerevisiæ, cui ea gens assuevit, primùm laboratum fuit. Itali, quos oppido custodiæ dederat Cæsar & ab injuria omni abstinere jusserat, repentè ad vim apertam conversi, omnia hostilia patrare, ædes privatas & divorum delubra diripere, in primis arcem, in quam primores quantum preciosarum rerum erat, sub adventum Cæsaris, tanquam in tutum asylum congesserant. Dejecta vetusta monumenta sunt & regiæ magnificentiæ donaria: signa, aliaque ornamenta eius generis multa vel sublata, vel deiecta, in quæ Otho Henricus princeps omnes

omnes propè ſuas facultates cum me morabili naufragio fortunarum profuderat. Cæſar Italorum ſcelere, ſed ſerius, accepto, Marignano mandavit, ut ſuorum licentiam cohærceret, & ex arce deduceret. Oppidum, ex quo in deditionem venit, non prædæ ipſis, nec arcem rapinæ, ſed tutandam datam. Cætera Duci Albano ita commiſit, ut curaret, ne oppidani militari licentiâ vexarentur. Præſentem rerum ſtatum non hoſtilia in dedititios, ſed pacem & clementiam poſtulare. Pari atrocitate ab Italis in ruſticorum miſerum vulgus ſævitum fuit. Violatæ initiatæ virgines, earumq́ue pene tralia, à quibus hoſtis abſtinverat, fœdè direpta ſunt. Ita qui maximè tutatum religionem veniſſe ſe in Germaniam videri volebant, maximè eam de bellabant. Sed in authores ſcelerum vltimo humanorum ſupplicio animadverſum fuit.

Cæſar exercitum ſuum recenſet.

Sequenti triduo recenſuit Cæſar equeſtres pedeſtresq; omnes copias. Novem millia equitum fuêre, peditum

tum quadraginta quinq; ,prȩter auxilia Belgica. Tradunt scriptores, quos sequimur, aliquanto exercitum maiorem fuisse: sed multos morbis aut calamitate haustos, partim cladibus absumptos interijsse.

Martinus Gutzmannus.

Per hos dies Martinus Gutzmannus, vir primæ nobilitatis inter regulos Hispaniarum, literarum elegantiorum apprimè doctus, & humanus doctorum hominum Mœcenas, à cubiculis Ferdinandi Regis, recensenti exercitum Cæsari supervenit legatus missus: qui nunciavit, Bohemos in Saxoniam populabundos effusos, quantum Saxonici agri sub Electoris ditione esset, vastare: capere arces, & oppida infirmiora nonnulla, & ignobilia, quæ vel haud multum moræ, vel nullam in oppugnando præbuissent: & ante Kalendas Octobris ad Vuirtembergam, caput gentis, castra habituros.

Saxo præsidium in Saxoniam mittit.

Saxo, ubi ex literis suorum & ipse accepit Bohemorum irruptionem,

omnes propè suas facultates cum memorabili naufragio fortunarum profuderat. Cæsar Italorum scelere, sed serius, accepto, Marignano mandavit, ut suorum licentiam coherceret, & ex arce deduceret. Oppidum, ex quo in deditionem venit, non prædæ ipsis, nec arcem rapinæ, sed tutandam datam. Cætera Duci Albano ita commisit, ut curaret, ne oppidani militari licentiâ vexarentur. Præsentem rerum statum non hostilia in dedititios, sed pacem & clementiam postulare. Pari atrocitate ab Italis in rusticorum miserum vulgus sævitum fuit. Violatæ initiatæ virgines, earumq́ue pene tralia, à quibus hostis abstinverat, fœdè direpta sunt. Ita qui maximè tutatum religionem venisse se in Germaniam videri volebant, maximè eam de bellabant. Sed in authores scelerum vltimo humanorum supplicio animadversum fuit.

Cæsar exercitum suum recensct.

Sequenti triduo recensuit Cæsar equestres pedestresq; omnes copias. Novem millia equitum fuêre, peditum

tum quadraginta quinq; ,prçter auxilia Belgica. Tradunt scriptores, quos sequimur, aliquanto exercitum maiorem fuisse : sed multos morbis aut calamitate haustos , partim cladibus absumptos interijsse.

Per hos dies Martinus Gutzmannus , vir primæ nobilitatis inter regulos Hispaniarum , literarum elegantiorum apprimè doctus , & humanus doctorum hominum Mœcenas , à cubiculis Ferdinandi Regis , recensenti exercitum Cæsari supervenit legatus missus : qui nunciavit , Bohemos in Saxoniam populabundos effusos , quantum Saxonici agri sub Electoris ditione esset , vastare : capere arces, & oppida infirmiora nonnulla , & ignobilia , quæ vel haud multum moræ , vel nullam in oppugnando præbuissent : & ante Kalendas Octobris ad Vuirtembergam , caput gentis , castra habituros. Martinus Gutzmannus.

Saxo , ubi ex literis suorum & ipse accepit Bohemorum irruptionem, Saxo præsidium in Saxoniam mittit.

nem, quatuordecim cohortes peditum, ac tria equitum millia præsidium ad Saxoniam tutandam è castris misit. Capto Neoburgo, cùm segnius omnia ab Hesso & Schertelo gererentur, civitates de belli negocio desperare cœperunt: sed neminem magis quàm Schertelum, qui belli initio victorias, cædes, fugamque Cæsaris spirârat, incusare. Hessus deditionis Neoburganæ ignarus, per idem ferè tempus ad decuriones oppidi literas dedit: quæ interceptæ à Cæsarianis, & lectæ, in hanc sententiam fuêre: Se à speculatoribus cognovisse, Cæsarem iter eò vertere. Velle, adeoque ipsis ut fidis sociis mandare, ut venientem, ut dignus esset, exciperent.

Rainenses à Cæsare pacem petunt, eiq; se dedunt.

Rainenses terrore armorum rebus suis diffisi, legationes ad Cæsarem de pace pedenda miserunt, se suaque omnia illius clementiæ permittentes: hostium potentiâ, terroreque magis, quam sponte in potestatem

testatem venisse: Præsidiarios, direpto oppido spolijs onustos excessisse, Cæsar legatorum flebilibus questibus motus, supplicibus pacem dedit, missis aliquot Hispanorum cohortibus adversus impetum hostium præsidio. Recensuit inde ad Neoburgum Belgica auxilia, neque inde nisi persoluto stipendio abscedere statuit. Mox deductis è Neoburgo Italicis præsidiis, duas Germanorum cohortes submisit in oppidum: ac revocatis è Raina in castra Hispanis, de Albani sententia, Bavaricas cohortes imposuit. Hinc fama ad hostes permanavit, Cæsarem Augustam petiturum.

Hessus, ut inde eum prohiberet, omnes copias Danubium traduxit. Sed ubi intellexit, Cæsarem Neoburgo præsidiis firmato, Marxæmum contendere, in Danovertiana castra, unde exierat, exercitum re-

reduxit. Hac re compertâ Cæsar, Neoburganis jurejurando pressis in fide & amicitia obedientes permansuros, consilium cepit ad insequendum hostem, quærendamque occasionem conserendæ pugnæ. Pontibus supra Danubium à se factis, & eò quò amnis ad Neoburgum junctus erat, refractis, atque in vehicula conjectis, Danovertum, quò hostes omnem apparatum belli & opera contulerant, qua potuit celeritate proficiscitur, & ad Marxæmum quatuor millia ab hostibus sua castra ponit. Sylva inter utraque castra virgultis ramorumque dependentium fragminibus vasta, perplexa ac impedita, vixque singulis bigis pervia, media erat. A Cæsarianis castris usque ad Monhaimum ea octo millibus passuum porrigitur.

Cæsar castra apud Marxæmum ponit.

Ne in exploratù longius proficisceretur Cæsar, cohortes aliquot sylvam exploratum præmisit, quàm prope hostem castra sua promovere posset:

Cæsar Al- [illegible] cū [illegible]ot [illegible]ti- [illegible]xplo [illegible] e- [illegible]

possset: num illa composito agmini usquam sine discrimine & impedimento pervia esset. Confert ista cum Burano & Albano: ostenditque optimum esse Danoverto potiri, quòd huc omnem propè commeatum & opera hostes congessissent. Simul his mandat, ut eam regionem quæ inter duas sylvas media est, præsentes attentiori cura explorent: firmine quid ibi esset, ac fidi, an nihil fidi contra hostes, quos tripartitò Lycum amnem transisse acceperat. Exequuntur imperium sine mora. Erat ad eam rem tutissima celeritas. Adscitis aliquot hi levis armaturæ equitibus, & ordinum ductoribus: multisque voluntarijs spectatæ virtutis: sylvæ impeditæ singula loca diligenter perlustratum vadunt. Pervenerant ad ulterioris saltus finem, cùm hostium castra ad conjectum globi machinæ campestris ab ora extremæ sylvæ aggere circundata è virgultis densis procul conspiciunt.

Albanus diligentissimè omnia perlustrat.

Albanus relictis in sylva equis, pedes paululum progressus cum quinque comitibus, cliuum conscendit: & hostium castra, eorumque situm ita oculis perlustrat attentè, ut quæ oportuna Cæsari viderentur, & hostibus contrà essent, diligenter notaret. Hi cùm levi momento ab edito colle operibus emissis summoveri potuissent, neque è stationarijs, neque ab ullo mortalium qui in castris erant, conspecti sunt. Adeò moliendis aggeribus castrorum, & fossis incumbebant. Vallis, quæ inter duos cliuos in planicie extenta quadringentorum passuum media erat, in modum fossæ item castrorum frontem protegebat: Latus dextrum tutabatur Danubius: tergum verò, ipsum oppidum, & flumen quod in Danubium effunditur, claudebant.

Albanus Cæsari quæ lustraverit, renunciat.

Situm castrorum ad hunc modum maximè oculis permenses

Alba-

Albanus, celeriter ad Cæsarem redit, & exponit singula, sed duplicem incommoditatem obstaturam, si contra hostem in eo loco castra locaret: unam, angustiam loci arctiorem, quam pro tantâ hominum multitudine ad concurrendum: alteram, ut planicies extenta satis esset, castra ita communiri non posse, ut globorum missilium jactibus non exponerentur, adeò nudos sine ullo firmo munimento assidere oportere. Adde, ob prærupti aluei altiores moles aquandi difficultatem, & pleraque locorum uliginosa.

His Cæsar difficultatibus anxius, consilia curasque omnes huc convertit, quò præmendo urgendoque Hessum ad dimicandi necessitatem compelleret. Et vastæ sylvæ obstabant, quo minus id quod constitu- *Cæsaris consilium Vendingam petêdi.*

erat, potuit perficere. Nec hostes ab Danoverto abscessuri videbantur, quandiu ibi castra haberet. Itaque, quo eos à Danoverto abduceret, visum fuit optimum, alium locum castris eligere: cepitque consilium, iter inde Vendingam avertendi. Quod quidem ne temerè incœptaret, chorographiam Germaniæ proferri, atque ob oculos in plano explicari jussit. Ibi singula loca quasi in re præsenti perlustrat, non solum urbes, sed flumina etiam saltus, montes, planicies, herbida terrena millium intervallis distincta, paludes, stagna. Tum ut horum locorum quisque vel apertior, vel opportunior ad alendum exercitum, aquandum, frumentandumque cum usus postularet, vicissimq; intercludendum hosti commeatum, esset futurus. Vendingæ situs quatuor millia intervallo à Danubio occurrebat loco campestri, & planicie passa, ac nulli vicinarum regionum fertilitate, frugum copiâ,

piâ, reique pecuariæ abundantiâ inferior. A Vendinga Norlinga vergit in occasum.

Interim priusquam discederet, dum paucis diebus in iisdem castris moratur, indies per sylvam levibus, sed sine momento ullo, certaminibus dimicatum fuit. Nuncio in castra Cæsariana afferebatur, tyrones & lixas uvas carptum in colles proximos effusos, ab his agi rapique. Marignanus celeriter mittitur celocibus adverso flumine, quòd compendio illi hoc pacto circumveniri posse viderentur. Itaque oppressos partim intefecit, partim captivos in castra abduxit.

Sequenti noctæ Cæsar mille levis armaturæ equites cum peditum cohorte una misit, qui maturato itinere, hostium excupias, quanto maximo silentio tentarent. Illarum enim intercipiendarum, quòd oscitantius agi dicerentur, spes affulsit, & fiduciam dedit. Manè statim

tim ab exortu ſolis, ubi pernuncium trepidum cœptum parum proſperè ſucceſſiſſe intellexit, mille equitum Germanorum, quorum dimidia pars levis armaturæ atrati erant, laborantibus ſubſidio ſummiſit, ratus hac arte omnes copias in apertam planiciem perlici poſſe. Ipſe in dimicationis eventum intentus, erectuſque cum robore equitum ad dimidium itineris proceſſit.

Vbi verò accepit hoſtes intra munitiones ſubſiſtere, neque in propatulum caſtrorum prodire audere, de ſpe ſua dejectus, in caſtra copias reduxit.

Poſtridie edixit, ut ad ſecundum ſignum collectis ſarcinis, ad movenda caſtra inſtructi eſſent: cum nunciaretur, hoſtes inſidiis proximâ ſylvâ abditos eſſe. In eos Germanorum equitum, adiunctis quadringentis equitibus Hiſpanis ob levitatem agilitatemque

temque equorum, turmæ mittuntur. Ab his retrò, cæsis hostium paucis, in castra compulsi fuêre.

Datur interea signum ad colligenda vasa totis castris: mittunturque speculatores per avia & devia viarum exploratum, num tuta ab hostium insidiis essent omnia. Coorta nebula & densa & frigida, incedentibus composito agmine prospectum omnem adimebat: cùm nunciatur, hostes ad prohibendum transitu Cæsarem, sylvas ac tumulos passim insidere. Itaque mutato repentè consilio, dato signo milites ad suam quemque stationem rediri imperat: & Buranum cum quatuor Germanorum equitum millibus, partim atratorum levis armaturæ, partim hastatorum Danovertum

Cæsar Buranum emittit ad lacessendos hostes

tum ad hostem in justum prælium evocandum regredi mandat. His adjunguntur è Belgico robore peditum millia octo. His copijs instructus Buranus, postquam Danovertum venit, tantum abfuit ut ab hostibus ei obviam procederetur, ut ne gregarius quidem extra munitiones apparuerit. Petitus tantum, sed incassum, hinc tumulis, inde sylvis protectus, aliquot serpentariorum jactibus fuit. Tandem è latere castrorum equites quingenti sclopis armati erumpunt, qui procusando refugiendoque levem dimicationem lacessunt: quibus Buranus expeditos aliquot, cum parte equitatus atrati objecit. Quinquaginta hostium interfectis, sedecim capiuntur. Ab his jurisiurandi religione, quis castrorum status, quæ consilia agitarentur, quæque consultatio inter principes teneret, expressum est. Cognitum ex his fuit, tertio exacto mense partem equitatus exauthoratam, discessuram, Seditione pedites, quòd stipendium nullum persolveretur,

ſolveretur, miſcere omnia. Helvetios, qui ſpe ditis ſtipendij ex Helvetia ad bellum extracti fuerant, ſingulos daleros, non plus, toto eo tempore accepiſſe.

De ſpe ſua dejectus Cæſar, quia hyems erat, poſtridie cum omnibus copijs caſtra movit: ac Monhaimum, præmiſſis qui cum cura itinera explorarent, petivit. Rurſum caliginoſa nebula, quæ coorientem ſolem obtenebrabat, haud ſanè parum vadentibus infeſta erat. Sed quamvis ſpiſſa, ſub meridiem tamen incaleſcente ſole in totum dilapſa fuit. Tranſportato exercitu, aciem ad iſtum modum latiſſimè exporrectam duxit Cæſar. Lævum cornu primi eqnites levis armaturæ per æqua & iniqua collium procedentes tenebant: quà hoſtium caſtra exiguo inde ſpacio proſpiciebatur. Hos ſubſequebantur haſtatorum magna vis. Pedites, equites, ceu munimento protecti, ſequebantur: Itali primi, & poſt eos Hiſpani. Horum terga

Cæſar Monhaimum cũ exercitu petit.

Forma aciei exercitus Cæſariani.

terga claudebant Belgæ tormentarij de Burani copijs. Dextrum cornu tuebatur peditum haſtatorum robur. Equites haſtati cataphracti eorum tergis hærebant: currus poſt hos bellicis operibus, commeatuque onuſti movebantur. Ad poſtremum ingens vis vehiculorum impedimentorumque, mixta equitum peditumque multitudine, ſequebatur. Inter hæc duo cornua, machinarum bellicarum & operum moles, currus globis & pulvere tormentario onerati trahebantur.

Edicto caverat Cæſar, priuſquam Danubium copias traduceret, ne pedes equesvé, centuriové aut tyro, inter ductandum circa opera media deprehenderetur: deprehenſi ferro percuterentur.

Monhaimum, quod à Marxæmo mille paſſus intervallo diſiunctum eſt, initio belli in deditionem acceptum, clauſum teneri juſſerat Cæſar, ac ſe ita comparare, ne hoſtium

ſtium vel blandimentis, vel pollicitationibus, vel inſidijs circumvenirentur. Hoc cùm pacatè prætergrederetur, neque quiſquam ſuorum, neque ipſe intromiſſus fuit. Caſtra ibi locavit, cœlo jam tum pluvio, non procul ab ejus ſuburbio, raris ædificijs & habitatoribus exculto. Loci ingenium hujusmodi eſt, ut ejus aqua humano uſui ac potui parum ſit apta. Itali Hiſpanique, quibus meracum vel aqua fluviali fontanáve diluere, vel aquam meram bibere mos eſt, potus tantâ laborare penuriâ cœperunt, ut cùm vinum aquâ permutare potabili cuperent, deſideraretur. Huius miſeriæ in tranſitu Danubij multi præmoniti, utres ex amne oneratos ſecum aſportarant. Vivaria ingentia viſa ab equis exhauſta, poſtridie miraculi ſpeciem ſpectantibus

tibus militibus præbuerunt. Cæsar hac inopia, ipse æger pedibus, motus, ad movenda castra, unam tantum noctem ibi moratus, signum dari jussit: ac Vendingam, sed agmine minus composito quàm pridie, lecticâ vectus maturavit iter. Duobus passuum millibus à Monhaimo Vendinga abest.

LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII HISTORICI DE BELLO GERMANICO

LIBER QVARTVS.

Legationes confœderatorum ad exteros Reges irritæ.

Legationes Confœderatorum ad Gallorum Anglorumq; reges nuper de præsidio, quos ipsos tuerentur, missæ, irritæ fuêre. Nam Gallus pacem cum Cæsare nuper factam violare religiosum ducebat. Et quanquam ille religionem ex jurejurando in fœdere expresso injiciebat, arma tamen submissa, ne Cæsaris potentia nimium cresceret, occultè cupiebat. Ne à se præsidia igitur missa viderentur, Petro Strozæ Florentino, homini apprimè pecunioso, hortator fuit, admittendam mutuò illis pecuniam trecen-

trecentorum millium aureorum. Debebat rex Florentino grandem pecuniam, fœnori superiori bello Gallico acceptam. Hanc quò fœdus adjuvaret operâ alienâ, illi ad plenum persolvit.

Stroza pecuniam confœderatis suppeditat.

Stroza id fecit lubens, maximè quòd Argentoratenses, Augustani & Vlmenses pro eo argento sponderent, & cujus animus benevolus inclinaretur in Germanos. Ad eam conquirendam pecuniam in Galliam missus fuerat Ioannes Sturmius: cum quo Stroza in castra Danovertiana profectus, à Ducibus ea qua conveniebat magnificentia honorificè exceptus fuit. Discedens inde, diem præstituit, ad quem pecuniam annumeraret: sed diem is non servavit, Cardinalis Tornonij artibus mutato in diversum animo, ut tum creditum fuit. Oderat is infestè Confœderatos, & eorum religionem: pollebatque apud Regem summa authoritate, cujus animum fingere,

Iohannes Sturmius legatus Argentinensis.

fingere, & ab illis alienare haudquaquam ei fuit ob id difficile.

His ipsis diebus literæ è castris ad Danovertum à Ducibus, ad Helvetiorum civitates, Tigurinos, Basilienses, Bernates, Schafhusianos dantur: quibus indicarunt, quo in statu bellum verteretur, quòd moliretur Cæsar: & quod discrimen ipsis ab eo immineret, si vinceret: simulque monent, ut in commune consulerent, esset ne è rebus ipsorum, Cæsari ac Pontifici Romano se hostes denunciare, an non. Quod si videretur, Cæsar multis simul locis finitimis bellum facerent. Huc si inducerentur, præsidium, quo ab illo eos tuerentur, & omnem fidem bellantibus vicissim pollicentur. Ad ista ad hunc modum fermè responsum fuit: Sibi inprimis, & universæ Helvetiorum genti amicitiam perpetuam, & societatem è fœderere cum Austriacâ Burgundicâque familiâ necessariã esse: neq; jus neq; fas

Confœderati literas dant ad Helvetiorum aliquot civitates.

Responsio Helvetiorum.

fas esse eam violare, quod ex ijs regionibus vini ac frumenti copia in necessarios vitæ usus ipsis esset. Si ipsi jam rupto fœdere arma Cæsari inferrent, quid aliud expectandum, quàm ut reliqui Helvetij diversæ religionis, ne commeatus ipsis intercluderetur, pro Cæsare & Ferdinando arma adversum se prædæ in medio, ac direptioni relictos, vicissim sumerent? Sed & per Alpes viarum angustias & fauces, quas maximis difficultatibus clausissent, illi rursum aperirent. Ad hæc, adesse hyemem, per cujus intemperiem exiguum admodum, aut nullum operæ precium memorabile, si maximè vellent, facerent. Præterire interim, periculum fore, ne si cardines suos transgrederentur, alij in suam ditionem populabundi irruerent. Proinde, & sibi & ipsis utile esse, quod recusare illi non possent, quietos se domi continere: tum enim futurum, ut sociæ civitates à motu ac tumultu se continerent. Benevolum se erga ipsos animum gerere, & prospera omnia

ac læ-

ac læta optare: id quod non obscurè rebus ipsis nuper coarguissent. Sed in præsentem calamitatem se præcipitare, recusandum omnibus modis esse, quod timentibus ignoscere deberent.

Occupaturus erat Cæsar castris locum ad Vendingam, cum nunciatur, Hessum de relinquendis castris cogitare. Id ubi sensit, aliquot cohortes sagittariorum, qui extremum agmen clauderent adversus hostium equitatum, traduxit. E Vendinga magistratus Cæsari obviam processit, se suaque omnia ejus clementiæ permittens. Ignovit Cæsar errorem. mandavitque, quò tuti ab Hispanorum Italorumque libidine ac injuriâ forent, ut portas clauderent. Cùm jam circumduceretur exercitus oppidum, nec in turribus nec in mœnibus quisquam visus fuit. Id ita impetraverat Cæsar, propter militarem in oppidanos licentiam. Profugerant rustici, audito ejus adventu, ex agris in urbes: stabula item, & pascua pecorum vacua reperta

Vendinga Clementiæ Cæsaris se permittit.

 sunt

ſunt. Caſtra in vico Feſſenhæmo, & pagis proximis valle extentiſſima po nit: Tumulus medius erat, in hoc tormenta, & omnia opera bellica, diſpoſuit, circùm Hiſpanos: imas radices, & proximos radicibus pagos longè lateque reliquas copias inſidere juſſit, Fuit autem fortè is dies nebuloſus cum à Ducibus ſpeculatores mitterentur exploratum, quâ iter auertiſſet Cæſar: â quorum alijs alia relata fuerunt. Poſtquàm autem à Ludovico Comite Oetingenſi illum cum parte exercitus amnem Wernizam tranſgreſſum acceperunt, illicò tolli ſigna juſſa ſunt.

Eodem fortè tempore & Cæſar atratos equites aliquot ſpeculatū miſerat, num hoſtes inſequerentur. Hi renunciarunt, duas equitum turmas cum duabus cohortibus peditum, & operibus paucis campeſtribus à ſe viſas quidem: ſed incertum, quò viam flecterent. Iſta renunciantibus alius ſupervenit, qui hoſtem relicto Danoverto ſequi, adferret, à meridie duabus horis: & caſtra

mille

mille fermè passus à castris Cæsaris ad oppidum & arcem Horburgum jam sole in occasum prono communire. Mandatur extemplò Albano, ut diluculo insequentis diei omnes copias in aciem educat, tanquam justo prælio cum hoste tam propinquo, quem mox adfuturum arbitrabatur, dimicaturus.

Manè ubi aciem instruxit Cæsar, quamvis podagra graviter dextrum pedem infestabat, (iterum pestilens obscœnaque nebula diei caliginem nocti propè parem sub exortum solis induxerat) conscenso equo tres horas obequitando lustrabat exercitum. Durabat ea nebula totum fermè diem, tam atra ac densa, ut mutuus ordinibus prospectus adimeretur: quare cum non remitteret, Cæsar ad capiendum cibum in tabernaculum Ducis Albani descendit.

Norlingenses, Cæsare tam propinquo, ab Hesso per nuncios auxilia, quæ urbi præsidio essent, adventante petiverunt. Is statim duas

cohortes citatas ſubmiſit. Cæſar interim milites, dum diſpaleſceret nebula, ex acie ad curanda corpora diſcedere edicit, ut ſtatim refecti recenteſque cum feſſis faciendo itinere alacrius congrederentur.

Confœderati cum univerſo exercitu Norlingã tendunt.

Hoſtes interim nebulæ beneficio freti anguſtias duarum viarum, quibus intercludi poterant, jam evaſerant. Primam aciem Saxo Elector ductabat, mediam tuebatur Heſſus, poſtremam curabant Ripenburgus & Georgius Malſpurgus. Saxo cum 5. legionibus, & equitum robore progreſſus propius urbem Norlingam, in ſummis collibus conſedit. Secutus Saxonem Lantgravius, cùm poſtremùm agmen longius abeſſet, ne à Cæſare interciperetur, miſit qui iter eos maturare juberent: & alios qui Saxonem, ne longius diſcederet, revocarent.

A meridie nebulâ diſcuſsâ, ſerenitas oboritur, cùm in ſummis collium jugis hoſtis in conſpectu appareret. Mandaverat Cæſar equitibus, ut equos in omnem eventum ephip-

pijs

pijs instratos tenerent, cùm ad reficienda corpora eos in castra remitteret.

Inter utrumque exercitum Egra fluvius medius interluebat, pedes viginti non amplius latus, transitu difficilis propter altitudinem, & impetum vorticosum: collium, quos hostes insidebant, radicibus subjectus: tum quòd palustres ripæ ejus utrinque equitem transitu prohiberent: ipse fluvius uno tantum loco vadosus: & equis superabilis. Iussit Cæsar, viso hoste, omnes copias statim pro castris in armis adesse. Ipse altero pede (ut modò dictum est) linteolo obvincto, exercitum obequitabat: instruere aciem, hortarique.

Egra fluvius castra vtrinque dirimit.

Albanus totus in hostem intentus, Cæsari nunciat, hostes, quantùm ex intervallo conjectare posset, se ad prælium parare: ediceret, quæ viderentur. Ibi raptim in equo armatus, (nam per podagram descendere nequibat) Ne ego quidem pugnam, inquit, detrectabo: simul ordines procedere imperat.

Cæsar ad pugnam paratus.

Forma aciei Cæsaris.

Buranus cum Albano primam aciem cum tribus equitum millibus tutabatur. Vtrumq; ita suæ pedestres copiæ, Buranum Belgicæ, Albanum Hispanæ sequebantur: ut triplici ordine procederent. Peditum legiones quatuor hic erant. Secundam aciem Italicæ cohortes constituebant, his præerat Madrucius. In hac Cæsar cũ flore nobilitatis Belgicis quatuor selectis cohortibus septus versabatur. Peditum legionibus quatuor, equitũ tribus millibus, & hæc cõstabat. Singuli Principes curabant suos: Maximilianus Austriacus, Iohañes Brandeburgensis, & Philibertus Dux Allobrogum. Tertiam verò aciem Albertus Prussus, cum duobus equitũ millibus, octo peditum, ita tenebat, ut cum secunda pari intervallo junctus cum cohortibus Georgij à Regensburgo, quæ novissimum agmen claudebant, moveretur. Equitatui parem atratorum equitum vim egregiè sclopis & verutis armatorum adjunxerat. Videbatur is dies bello finem facturus, si in prælium descensum

ſcenſum fuiſſet. Lanoius Sulmonenſis, cum atratis equitibus, in dorſo montis antè paulo acriter prælium laceſſiverat: neque verò etiam tum ſe receperat.

Dum hoc ordine acies procedunt, Cæſar Burano imperari mandat, ut properè ad amnē Egram contendat, & circumſpectè eum cum equitatu ſuo tranſgrediatur. Facit impigrè imperata Buranus: ac dum flumen, ubi anguſtius quidem, ſed tranſitu difficilius erat, ſuos traducit, ſecunda acies ejus inhærens tergo, ſed pari à tertia intervallo, paululum ad ripam ſubſtitit.

Interim Cæſar cum Albano collē undè ſuis conſpicuus eſſet, ſpeculatū quid animi hoſtib. qua fortuna ſuorum res verterentur, conſcendit. Arbitratus hic hoſtium in æquore è jugis deſcendentiū in pugnā ſimulacra quædam proſpicere, juſſit ijs nunciari qui Egram jam ſuperaverant, ut levibus certaminibus omnes hoſtium copias in planiciem excirent. Vbi verò accepit illos continenti agmine

castra, quæ ad Norlingam erant, petere, ac pugnam detrectare, Buranum longius procedere vetuit: ac traducto equitatu retrò amnem, in castra redire jussit. Sol vergebat in occasum, ubi in castra receptum fuit.

Ibi murmur indignantium militum, tam oportunam bene gerendæ rei occasioné ereptam, passim exortum fuit: victoriam in manu fuisse, si in hostem rectà processum esset. Sed moram, & in vadendo tarditatem, universum victoriæ momentum è manibus abstulisse. Vtrinque cecidêre, sed perpauci. & ex Italicis cohortibus cæsus fuit centurio Andreas Forolivienfis.

Mittuntur extemplò expediti nõnulli, qui diligenter suprà infraque naturam amnis cognoscerent. Hi reversi ad Cæsarem, eum multis locis esse vadosum renunciarunt. Postridie raptim pontibus jungitur: sed nebula, quæ rursum densior cooriebatur, dilationem movendi, moramque tollendi signa aliquam attulit.

A me-

A meridie transgressus fluvium cum omnibus copiis Cæsar (nebula enim discussa conciderat) castra eo fermè loco posuit, unde hostem pridie ejecerat.

Interim dum metandis castris occupatur, mittuntur aliquot cohortes & equitum turmæ, eam regionem quæ inter montem & Norlingam media est exploratum: ibi castra superiori nocte communiverant. Simul ut levia aliquot prælia faciendo eos in armis continerent. Sed cùm discursando hostes in propatulum castrorum prolicere nequirent, in castra redierunt. Movit Cæsar inde propius paulò, ut castra castris modico intervallo distarent, si ea via illos ad pugnandi necessitatem vel invitos traheret.

Clarius jam illucente sole, Ioannes Marchio Brandenburgensis ad dimicandum proficiscitur è castris. Brandeburgensi occurrunt Saxones & Brunsuicenses, gravis armaturæ equites: pugnatur infestè cum aliquãta utrinque clade. In primis nobi-

Albertus Brunsuicensis occumbit.

litavit id prælium casus Alberti Brunsuicensis, Philippi F. qui multis acceptis uulneribus, per adversum os globo, trajectus, in castra semimortuus delatus fuit: & paucis diebus pòst Norlingæ moritur.

Insequens nox continentibus procellis imbris effusi asperior fuit: quáobrem, cùm per tumultuariam castrorum mutationem nihil usquam parati esset, ut equites in sylvis raptim tentoria leviter excitarent, multæ rusticorum casæ, dum parum cautè struunt focos, conflagrarunt. Albani Ducis hospitium, incuriâ ejus qui illi à cubiculis erat, dum incircumspectius conclaue, in quo ejus lectus sterneretur, purgat, arsit. Postridie multi exanimes passim inventi sunt, qui antea parum firmâ valetudine, ea nocte frigore & cœli intemperie perierant.

Fluentum Cæsar ponticulis aliquot junxerat, per hos crebrę excursiones in hostes fiebant: sed illi è munitionibus haud prolici potuerunt. Pabulatores frumentatoresq; intercepti,

cepti, & ab itinere in castra Cæsaris abducti sunt. Itali Hispaniq; frustra vetante Cæsare, indies agrum Norlingensem incendio & populationibus vastabant: ne à nobilium quidem quorumdam, qui Cæsaris rebus studebant, castellis vim prohibentes.

Sequenti die, qui septimus mensis Octobris erat, sub exortũ solis, Hessus sublatissignis castra movit: ac modico inde intervallo, ne Cęsariãis expositus facile esset, in convalle, quæ quatuor mõtibus clausa erat, cõsedit. Huc extẽplò mille atrati equites ad eos evocandos, lacessendumque pugnam missi sunt. Sed ne tum quidem ad dimicandum acie è castris prodierunt. A pabulatoribus captis, percontatione factâ cognitum est, ab Hesso edicto cautũ fuisse, ne quis extra ordinem suo injussu cum hostibus pugnaret, ne è captivis status castrorum, pecuniæque inopia confessione expressa Cæsari innotesceret. Hessus castra movet.

Marchio Brandeburgensis eodem die res fœliciter circa Horburgũ, &

quæ in eo est arcem, gessit. Oppidanos primùm: ubi ad mœnia accessit, ad voluntariam deditionem perlicere conatus, postquam obstinatos vidit, obsessos undique oppugnare scalis ad mœnia illatis parabat. Id ubi viderunt Horburgani, certam perniciem cernentes, sub ditionem, pacti salutem, & fortunarum incolumitatem, concesserunt. Horburgum sub ditione erat Caroli Comitis Oetingensis, medio inter Danovertum & Norlingam itinere situm. Ex Horburgi muris Danovertum petentes, missilibus infestè lacessi poterant Cæsariani: quo sub ditionem redacto, tutum à Norlinga usque ad Danubium patefactum erat iter.

Horburgū à Marchione Brandeburgensi occupatur.

Deprædabantur Itali & Hispani continuis irruptionibus omnem eam regionem, spreto Cæsaris edicto: ad quem postquam crebræ rusticorum querelæ, fremitus clamoresque perlati fuissent, nullo imperio dissolutam illorum libidinem coherceri posse, lictores cum equitum

Germa-

Germanorum auxilia arreptum grassatores infestos misit: quos in vincula & compedes condi primùm, inde strangulari jussit.

Agitavit inter hæc de mutatione castrorum, cum de prælio voti compos non fieret. Et jam hyems eo tempore erat, Et quanquam hostes è munimẽtis evocare nequibat, id egit tamen, ne extra castra temerè vagarentur. Horburgo præsidia ad tutandum oppidum & arcem imposita sunt. Eo biduo Marchio Brandeb. cum atratis equitibus circa hostiũ castra obequitare jussus fuit, ad provocand. in planiciẽ: sed frustra id studiũ fuit, ut castris illi se tenerẽt. Crevit nõnihil int. ista in castris añonę caritas, plꝰ militũ quã urbiũ, quæ in fide jã erãt, vel vitio, vel culpa. Itaq; edicto cavit Cæs. omnib. cast. ne quis militũ, ne rerũ precia intenderẽtur, frumẽtatoribus comeatus in castra cõvehentib. emptum occurreret, sed in rerũ venaliũ forũ designatũ, mercatũ conveniret:

Per idem ferè tempus fama in castra allata, Cæsarianis animos auxit:

Oetin-

Oetingam cũ arce, cùm aliquot oppugnationes ſuſtinuiſſent, in poteſtatem conceſſiſſe: Lantgravij literas ad Nurenburgenſes item interceptas.

Oppidis ac caſtellis circa Ingolſtadium uſq; ad Danubium amnẽ proſperè ad hunc modum in poteſtatem redactis, conſilium de repetendo Danubio Cæſari placuit. In cujus ripa cùm urbes aliquot florentiſſimæ ſub hoſtium ditione adhuc eſſent, ad Danovertum obſidendum redire conſtituit. Quo potitus, in Vlmenſem, Auguſtanumq; agrũ populabundus evagaretur. Huj9 cõſilij ne quis odor ad hoſtes perveniret, continuis eruptionibus ad eorũ caſtra aliquot dies conſumpſit. Inde primâ noctis vigiliâ Octaviũ Farneſium cum aliquot Italicis, Alexandrum à Vitellis cum Hiſpanis cohortibus, Schamburgũ cũ Germanorum copijs pedeſtribus equeſtribuſque, & militiæ Teutonicę magiſtrum cum ſuo equitatu, additis duodecim campeſtribus operibus, ſilentio Danovertum prȩmittit. Imperatque

ratq́; ſimul, ut cõpoſito maximè agmine iter maturantes, antequã cibũ caperent, oppidũ adorirẽtur: in celeritate ſpem capiundi oppidi ſitã eſſe. Quatuor millia armatorũ erant. Hi citato agmine prȩter Horburgũ rapti, ubi prima luce ſuburbij Danoverti muris ſucceſſiſſent, ſcalis adſtantia mœnia undiq; illatis, perlevi momẽto id capiunt. Oppidanos repentinus terror invaſit: & eo quidẽ major, quo caliginoſior erat aurora. Cunctantibus illis primùm deditionem facere. Itali machinas ad expugnandum oppidum celeriter expediunt: ac horrendo clamore ſublato, ſubjecto igne portam demoliri aggrediuntur. Cõcors omniũ fremitus erat, & clamor: Imperio, Imperio. Præcipitare ſe jã è ſummis muris in oppidum cœperãt: cùm magiſtratus accurrens, nondum refractis portis, Conſulem navigio ad duces Cæſarianos ad pacis conditiones paciſcẽdas emittit. Nam vallũ raptim aggeſtũ portæ objecerãt. Præſidia, accepta deditione, è ſtationib. dilapſa, per averſam oppidi portam & pon-

Danovertum expugnatur.

& pontem fugam effusè ceperunt. Non incruenta Cæsari fuit ea victoria: tres ceciderunt, inter quos fuit cognatus Baptistæ à Castaldis: & minus quadraginta uulnerati. Triginta in fuga oppressi, interceptique in castra reducuntur: qui facta percontatione, sub Wirtembergensi Duce se militare, quòd Hessi Saxonisque nomen invidiosum scirent; responderunt.

Cæsar cũ omnibus copijs Danovertũ sequitur.

Præsidio satis firmo Danoverti duarum cohortium imposito, Cæsar fit capti oppidi certior: (cohortibus præfectus fuit Sebastianus Curtius) simulq; indicio, (ut tum creditũ fuit) hostes sua castra sequẽti nocte sũma vi aggressuros, cognoscit. Itaq; sublat. signis, cũ õnibus copijs Danovertũ sequit. Et quia propter itinerũ angustias longissimè extendendũ erat agmẽ, & ab hoste, si exploratò observatus fuisset, memorabilis clades accipi poterat. novissimũ agmen robore equitum peditumque firmavit: castra sub ipsis Danoverti propè muris undè hostes paulo antè exiverant, locavit.

cavit. Hæc principio hyĕis circa Danubiũ & Norlingã in Suevia gesta.

In Saxonia à Mauritio, ut ei à Cæsare Ratisbonæ, & Pragæ à R. Ferdinando imperatum fuerat, de invadendis agris Saxonis patruelis, & Hessi, memorabilia quædam geruntur.

A Ferdinando Rege in Misniam regressus, extemplò ordines õnes Chĕnicũ convenire, ut quid faciendũ, in mediũ consuleretur, edicit. Postquã eo cõvenêre, omniũ sentĕtiæ huc inclinarũt, Cæsa. & Regi esse parĕdũ in omnib. extra causam religionis. Itaq; duas illi res censuerũt: unã, ut è Cæsare palàm expiscetur, nũ religionis negociũ per omnia integrũ, incolũeq; ipsis permitteret: alteram ut ipse unà cũ Marchione Brandeb. adscito, de ejus cautione ageret. Sin deprecatiõe ulla opus nõ esset, ut illã salvã esse sineret, in alijs per omnia Cæsari parendũ: quiesceret, & ad suã ditionĕ tuendã copias conscriberet, ad id se adiutores futuros. Quatuor illi viros cordatos, quorũ operâ ac consilio ad hæc conficienda uteretur, adiungũt. Hæc ut

Mauritius conventũ Chemnicii agit.

ut incunctanter peragerentur, communi consilio decretum est.

Conventum ordinum Mauritius Fribergi instituit.

Mauritius acceptâ Cęsaris sententiâ de proscriptione patruelis & soceri, ubi Regem undiq, ex Hungaria & Bohemia vires ad se contrahere intellexit, Ordines Friburgũ (oppidũ haud procul à Mariéburgo & Schrekenburgo situm) iterum cogit. Hic ostendit, qua fide usus Brandeburgésis operâ, Hessum & Saxonem, ut sibi pro ipsis intercedendi deprecandiq; jus potestatemq; permitterent, perpellere conatus fuisset. Proposuisse se illis, uti in quanto discrimine ipsorũ res verterentur, reputarent. Iactã esse aleã quidé, at graviora multò mala restare. Quæ ut effugerét, hoc unũ consiliũ præsens ad saluté superesse. His se alijsq; sermonib. tentasse illos quidé: at interea nihil sibi ab ipsis responsum. Et quantũ ex scriptis emissis constaret, armis jã decertatum, & levibus aliquot prælijs cõcursum esse, oppida à Cæsare recepta, eaq; firmato præsidio teneri. Eos sæpe à se auxilia postulavisse: verũ ubi Cæsar religio-

religionē liberā & incolumē esse jussisset, de suorū ordinū consilio à partibus se abstinuisse. Copias se ad id temporis usq; ad sua tutanda magis, quàm aliena infestanda, aluisse: tum autē, & hæc consilia cū quibusdā cōtulisse. Sed cū reputaret, q̄ periculorū plena ea essent tēpora, & Ordines sumptus diutius se ferre posse negarent, eorū flagitationibus se inductū, ut hunc conventui diem indixerit: A Cæsare sibi quædā imperata esse, q̄ si negligenter exequeretur, ingens sibi suisq; iminere periculum: alioqui haud leve emolumentū habitura. Bohemi, inq̄t, nō solū, sed etiā eorū socij sumā vi & apparatu bellū parant, & fama cōstās est, eos è Bohemia egressos, ut Saxonicū agrū, omnēq; ditionē Ioañis Friderici ferro & igni depopulentur. Iā verò quāvis initio belli missis literis, inde p legatiōes supplices, ad ultimū, cū nihil hac via ꝓmoveretur, ipse solicitus Ferdinandū regē ꝓ patruele lacrimas precib. miscēs deprecatus sum: at nihil æqui obtinere potui, surdo verba facta. Affirmavit, Cæsareo jussu arbitrium bel-

li ac pacis ſibi ademptum: pacē, paciſ q; leges à Ferdinādo petēdas. Cup. ſe, ut poſitis armis civilibus, Germanorū vires in unū collatas in Turcā, ad ejus conatus & conſilia retūdēda, cōſociatis animis & armis, cōverterētur Scio vos non neſcios, quanta ſit patruelis, & meæ ditionis conjunctio & affinitas: quæ ſpes, imò expectatio certa ſucceſſionis, argenti fodinas in ea eſſe multas, mihi cum illo aliquot etiā comunes: quas à Saxonica familia alienatas, in aliorum jūs & deditionem tranſire indignè ferrem. Quin utriuſq; ditio ita inter ſe conſerta eſt, ut miles externus agrum Saxonicum patruelis populetur, ægrè à meo prohibeatur: ut nō minor ſtrag. & rerum ruina, vaſtitaſq; mihi ſit me tuēda. Et vob. perſpicuū eſſe opinor, è ditionis re minimè eſſe, externas copias in ea conſeneſcere. Itaq; cùm iſta ſic ſe habeāt, velim tū meo, tū fratris Auguſti nomine totā causā apud vos reputetis, quid facto opus ſit. In alienis plerunq; rebus, quā noſtris, plus ſapere ſolemus. Veſtra conſilia maturè in deliberationem miſſa, ſi quid

præsentis opis attulerint, futurũ est, ut non apud imemorem reponantur.

Postquam ad hunc modum Mauritius verba fecit, censuerunt Ordines extemplò nuncium mittendum ad Saxonem & Hessum in castra, qui eos de impetratis Cæsaris & Ferdinandi, & bellico apparatu certiores facerent, ut ad ditionum suarum vastitatem prohibendam, eas tanquam fiduciarias Mauritium Ducem occupare sinant. Hac ratione caveri posse, ne sub jus alieni principis veniant. Dantur ad utrunque literæ singulæ, quarum hic fermè fuit tenor. Initio belli quid consilij dedissent: inde, Cæsar quid imperarit, exposuerunt. Quantis viribus in armis esset Rex, præsidijs Hungarorũ Bohemorumque instructus adversus ipsos. Mauritium per legationes primùm, inde eum præsentem pro ipsis apud Regem deprecatum: at promovisse nihil. Et jam Regem cum armatis copijs in Saxoniæ cardinibus tetendisse: quare in summo periculo res versari. Fortunam præsentem dolere, at-

Ordines Saxonici literas ad principes confœderatos scribunt.

que

que optare eam esse plausibiliorem. Verùm cùm ea omnia jussu Cæsaris eveniant, à quo vetiti essent mutationem religionis suæ pertimescere: haudquaquam suis rebus videri consultum, arma contra eum sumere, & in partes transire. Cæsari, ut summo magistratui, non esse resistendum. Iam verò, cùm tanta sit agrorū Mauritij & ipsorum affinitas ac permixtio, ut calamitas futura quoque sit communis, consultando reputandoque utile vehementer visum, ut citra fraudem, noxamve Mauritio suas ditiones dedant. His artibus futurum, ut vastitas propulsetur, & exterarum gentium & principum copiæ finibus arceantur, & status religionis futurus sit incolumis. Atque ita demum fore, ut minori negocio ab eo, quàm ab exteris, terminato bello sua recuperent. Petere vehementer, ut diligenter ista expenderent, & huc accederent. Hoc tempore præsentius consilium, quodque magis è re communi sit, inveniri non posse.

In literis ad Hessum contendebant præterea, ut consiliũ hoc apprimè salutare Saxoni probaret. Dedit simul Mauritius literas ad Hessũ in eundẽ fermè tenorẽ. In his adjecit, quoniã externus exercitus jã adventaret, ne Saxonic' ager stragẽ accipiat, omnibus modis maturè obviã eundũ esse. Non se ejus provinciã affectare. Legationes ad se à Polonorũ rege missas, eum velle apud Cæsarẽ deprecari. Contendere se, ut assentiatur: neu cõmittat, sibi ab ullo vel diversum persuaderi: vel, ut utile consilium, juxtà & necessarium indignè ferat, induci. Veniam pacemque à Cæsare petat, & si queat, huc patruelem Electorem quoque perpellat. Ad pacem illis obtinendam, suam operam pollicetur. Mauritius ad Hessũ literas dat.

Ioannes Guilielmus Electoris Saxonis F. cognito Regis Ferdinandi adventu in Saxoniam, Friburgum legatos ad cõcilium, ut è vetusti jure fœderis arma secum socia induant, mittit, ut ab hoste inminẽte patria vindicetur. Ad ea Mauritius, õnes nervos suos huc se intẽdisse respondit, ut socero,

cero,ac patrueli suo, pax perpetraretur,& uterque Cæsari in gratiam reconciliaretur. Cùm autem nihil ęqui obtinere valuisset,& Rex jā in armis esset,nefariū ducere, adversum summos orbis monarchas bellum movere,ubi quietum esse liceat. Et illos ipsos sēper in fœdere exceptos fuisse.

Hessus ordinibus & Mauritio rescribit.

Hessus lectis Ordinum & Mauritij literis, extemplò commotus nonnihil rerum acerbitate,ad eos literas reddidit,quarum hanc fuisse sententiam accepi: Aegrè mihi est Saxoniam bello peti:sed multo magis dolet, more majorum communi animo & consilio bellum non comparari. Verùm quòd non videris armis religionem oppugnari,id verò vehementer mirum mihi videtur, cùm id ex literis Pont. ad Helvetios liquidò constet:& fœdus inter Cæsarem & Pont. ictum, id palàm ad Helvetios Pont. jussu transmissum coarguat. Nam ex quo pactum & societas inter eos inita fuit, auxiliares copiæ ex Italia ad Cæsarem venerunt. Et Itali bello capti, huc se venisse autumant eo con-

silio,

ſilio, ut Lutheranis ſolum arma inferant. Vt omittam, quantâ immanitate maximè in homines ejuſdem religionis ſæviatur, ut ferro & igni, populationibus, latrociniiſque divexentur: ſtupris, incæſtu ac ſacrilegijs divina omnia & humana miſceātur. Infantibus ac pueris manus pedeſq; amputant, infeſti tantum noſtræ religioni & doctrinæ. Quòd verò Cæſar religionem ſalvam vobis promiſerit, id vanum eſt, & fictum. Etenim ſi quæras, jubeat ne religionem eam, quam vulgò Lutheranam vocant, concilio Pontificis diſcutiendam tradere: ſine dubio fucum aliquem & fraudem comperietis. Non eſt ergo quòd promiſſis illius in ſpeciem amplis fidem habeatis. Quòd verò ad proſcriptionem attinet, vos ea moveri terrerique, ſupra modum mihi mirum videtur: cùm vobis haud obſcurum ſit, id juris eum non habere, niſi prius in jus vocemur, & judicum ſententiis publicè convicti condemnemur. Sed dedecoroſum eſt, illuſtrem gentem, & Saxonicum no-

men tam turpiter bifariam divelli. Si arma consociaretis, si communi animo rem ac consilio gereretis in tutãda patria, profectò discrimen præsens, quod nunc timetur, exiguo momento posset propulsari. De his rebus ad Electorem Saxonem retuli, & consilia cum eo communicavi: verùm is prorsus à vestro consilio ac sententia dissentit, longeque alia illi ratio est. Enimvero si ipse Saxo eiusmodi quidpiam à Mauritio simili rerum statu postularet, mirum ni abnueret, longeq; aliter censeret. Quãobrem vestrum consilium nobis non placet, præcipuè ob id, quòd haud ita pridẽ per literas ad nos redditas Mauritius, sibi ægrè esse, vulgi fama jactari, à se patruelis sui ditionẽ & agros affectari, significarit: existimationem nominis sui læsam ea rumigeratione, simulque orarit, ne quid ille crederet. Saxo per literas humaniter ei expurgationem eam apud se valere, respondit. Esto jam, ut ejus provinciam occupet: quid

tota

tota Germania de ipso sit judicatura, vos perspicitis. Id ne fiat, vos oro ut obstetis. Alioqui futurum est, ut ea ex re intestinum bellum exardeat. Verumenimverô, cùm palàm per promulgatam proscriptionem & injuriam & vim accipiat, si quid Mauritius incœptarit, illi neque vires, neque socia arma eorum qui eodem fœdere tenentur, defutura sunt. Et hujus tragœdiæ quæ sit futura catastrophe, vel cæco apparet: cùm in eo res vertatur, ut potentioribus armis sit brevi parendum. In id communi consilio incumbite quæso, ut Saxonum Hessorumque familia una maneat, & Mauritius socia arma jungat. Id enim non solum ipsi, sed etiam genti ac posteris laudi gloriæque vertetur. Hæ literæ postquam ab Hesso in Misniam venerunt, in frequenti Ordinum conventu sunt recitatæ.

Missæ item & ad Mauritiũ eodem

fermè tenore ab eodem literæ ſunt, in quibus inter cætera monuit, ne quid vel edictis, vel proſcriptione, vel lato Cæſaris privilegio perterrefieret: ſed beneficiorum ſuorum, ac patruelis Electoris in ejus patrem memor, nunc gratiam remetiretur.

Dux Georgius, patruus Mauritij, ditionis ſuæ hæredem Cæſarē teſtamento ſcripſerat, eamq; ut tā diu ceu fiduciariam occuparet, donec frater à fœdere mutatæ religionis deſiliret. Pendebat Georgius fratri ſuo quotānis argenti ſignati grandē ſum̄am: q̄ cum metuerent, ne odio fœderis amplius perſolvere recuſaret, cōſœderati eum ſecurum eſſe juſſerant: ſi quid ejus rei eveniret, tantundē pecuniæ quotan̄is ſe ei numeraturos ſpoponderant. Hujus beneficii illū tū comonuit, ſimul ut in ūiversū à jurisdictione Saxonica abſtineret. Sin quas res novas incœptaret, patrueli ſociorum opes auxilio adfuturas. Super hæc, Poloniæ regis legatos in caſtris Cæſaris viſos: quid ab ijs eſſet actū, cōpertum ex ipſorum literis ad ſe & Saxonem habere: leges pacis propoſitas,

ad pacem nullum habere momentũ.

In eandem ſententiam à legatis confœderatarum civitatum ad Mauritiũ venerunt: quib. illi interminati ſunt, ſi quam vim Saxoni faceret.

Dantur ab Heſſo literæ ad confœderatas civitates, & Pomeranorũ Ducẽ, & quoſdã alios principes, quibus in quãto diſcrimine Saxõię res eſſent poſitę oſtẽdit, ad cujus terminos hoſtes jam caſtra admoverant. Reg. Ferdinandũ Bohemos in belli ſocietatẽ pellexiſſe: & rẽ in eo verti, ut cũ illo Mauritius ſe cõiungat, & quidẽ propter proſcriptionẽ Cæſaris. Scripſiſſe ſe Mauritio, caveret. cũ exercitu intrare Saxoniã: paraca n. eſſe cõtra injuriã auxilia. Iſta cũ Elect. videat, auxiliũ ſuũ imploraſſe. Partem copiarũ ſuarũ, quibus hoſti occurreret, & incurſionẽ finib. prohiberet, velle quidẽ tradere: ſed cùm Cæſar in conſpectu propè caſtra habeat, quod cupiat præſtate nõ poſſe. Sperare futurũ, ut brevi omnib. copijs de ſumma rei collatis ſignis dimicetur: id quod ad cõmunẽ omnium ſalutem ſpectaret. Et

quia consultum non esset in præsenti robur exercitus sui accidere, ut equitum peditumque auxilia Wittenbergam, Vinariamque mitterent, se petere: eamque pecuniam, quam ex fœdere adhuc reliquam debebant, Electoris filio fideliter pernumerarent. Nam cùm commune omnium negocium geratur, oppressis socijs, in futurum eneniet, ut eadem calamitas in ipsos quoque redundet.

Ferdinandus Rex Saxoniam invadit.

Ferdinandus inter hæc, sub decimũ Kal. Novẽb. cũ exercitu in cardinib. Saxoniæ consedit. Bohemi restitãtes sequebanturRegem ad bellũ, partim quòd ea gens Saxoniæ principib. vetusti fœderis jure devincta esset, partim quòd belli causam parum justam esse diceret. Conscripserat etiã milites in Silesia, qui & ipsi vel inviti ej' signa sequi cogebantur. E Pannonia Hussaros equites exciverat. Sebastianus Weitemullius dux omnib. copijs præfectus erat. Hic antequã cum infesto exercitu Saxoniã ingrederetur, *bellum directâ denunciatione more majorũ renunciato fœdere, Saxonib. indicit.

indicit. Belli causam ceu justã prætexuit, ꝙ Dux paucis antè añis sumã injuriâ collegiũ Dobrilugũ invasisset. Cæsari renunciatâ, qua illi obnoxius erat, fide, fœdus, ꝙ cum Saxoniæ Ducib. semper firmũ ac stabile Bohemis fuisset, infregisset. Et hũc directã belli denunciationẽ magis è sua humanitate, q̃ Ducis, q nuper ꝓscriptus esset meritis, fuisse visam. Hæc fermè in Saxonia per mẽsem Octobrẽ acta.

Consederat Cæsar ad Danovertũ, ut suprà est memoratũ, priusquã hostes eũ castra movere cognovissent. Ratus reliquũ victoriæ in celeritate positum, unã hic noctẽ hæsit. Postridie Tilingam (Dillingam quidã vocant) sublatis signis, castra præmisso Carolo Augustanorũ episcopo movet. Tribus passuum millib. à Danoverto abest Tilinga, ditionis Augustanæ, sed ab hostib. nuper occupata. Sita est in ripa Danubij: ubi amnis etjã, põte jũgitur. Vastior hic sylva est. q̃ hostiũ castra à castris Cæsaris statĩ dirimebat. Per hanc tribus itinerib. ex hostiũ castris Tilinga adiri poterat.

Cæsar omnem Victoriam in celeritate positam habet.

Cæsar Tilingã venit, ibique consedit.

 rat.

cerò,ac patrueli suo, pax perpetrà
tur,& uterque Cæsari in gratiam
conciliaretur. Cùm autem nihil ę
obtinere valuisset,& Rex jã in ari
esset,nefariũ ducere, adversum su
mos orbis monarchas bellum mo
re,ubi quietum esse liceat. Et illo
psos sẽper in fœdere exceptos fui

Hessus ordinibus & Mauritio rescribit.

Hessus lectis Ordinum & Mau
tij literis, extemplò commotus n
nihil rerum acerbitate,ad eos lite
reddidit,quarum hanc fuisse sente
tiam accepi: Aegrè mihi est Saxo
am bello peti:sed multo magis dol
more majorum communi animo
consilio bellum non comparari. V
rùm quòd non videtis armis religi
nem oppugnari,id verò vehemen
mirum mihi videtur, cùm id ex li
ris Pont. ad Helvetios liquidò co
stet:& fœdus inter Cæsarem & Po
ictum, id palàm ad Helvetios Po
jussu transmissum coarguat. Nam
quo pactum & societas inter eos i
ta fuit, auxiliares copiæ ex Italia
Cæsarem venerunt. Et Itali bello
pti, huc se venisse autumant eo co
sil

filio, ut Lutheranis folum arma inferant. Vt omittam, quantâ immanitate maximè in homines ejufdem religionis fæviatur, ut ferro & igni, populationibus, latrociniifque divexentur: ftupris, incæftu ac facrilegijs divina omnia & humana mifceātur. Infantibus ac pueris manus pedefq; amputant, infefti tantum noftræ religioni & doctrinæ. Quòd verò Cæfar religionem falvam vobis promiferit, id vanum eft, & fictum. Etenim fi quæras, jubeat ne religionem eam, quam vulgò Lutheranam vocant, concilio Pontificis difcutiendam tradere: fine dubio fucum aliquem & fraudem comperietis. Non eft ergo quòd promiffis illius in fpeciem amplis fidem habeatis. Quòd verò ad profcriptionem attinet, vos ea moveri terrerique, fupra modum mihi mirum videtur: cùm vobis haud obfcurum fit, id juris eum non habere, nifi prius in jus vocemur, & judicum fententiis publicè convicti condemnemur. Sed dedecorofum eft, illuftrem gentem, & Saxonicum no-

men tam turpiter bifariam divell
arma consociaretis, si communi
mo rem ac consilio gereretis in t
da patria, profectò discrimen p
sens, quod nunc timetur, exiguo
mento posset propulsari. De his
bus ad Electorem Saxonem retuli
consilia cum eo communicavi:
rùm is prorsus à vestro consilio
sententia dissentit, longeque alia
ratio est. Enimvero si ipse Saxo ei
modi quidpiam à Mauritio simili
rum statu postularet, mirum ni a
nueret, longeq; aliter censeret. Qu
obrem vestrum consilium nob
non placet, præcipuè ob id, qu
haud ita pridẽ per literas ad nos re
ditas Mauritius, sibi ægrè esse, vul
fama jactari, à se patruelis sui diti
nẽ & agros affectari, significarit: ex
stimationem nominis sui læsam e
rumigeratione, simulque orarit, n
quid ille crederet. Saxo per litera
humaniter ei expurgationem ean
apud se valere, respondit. Esto jam
ut ejus provinciam occupet: quic
tot

tota Germania de ipso sit judicatura, vos perspicitis. Id ne fiat, vos oro ut obstetis. Alioqui futurum est, ut ea ex re intestinum bellum exardeat. Verumenimverò, cùm palàm per promulgatam proscriptionem & injuriam & vim accipiat, si quid Mauritius incœptarit, illi neque vires, neque socia arma eorum qui eodem fœdere tenentur, defutura sunt. Et hujus tragœdiæ quæ sit futura catastrophe, vel cæco apparet: cùm in eo res vertatur, ut potentioribus armis sit brevi parendum. In id communi consilio incumbite quæso, ut Saxonum Hessorumque familia una maneat, & Mauritius socia arma jungat. Id enim non solum ipsi, sed etiam genti ac posteris laudi gloriæque vertetur. Hæ literæ postquam ab Hesso in Misniam venerunt, in frequenti Ordinum conventu sunt recitatæ.

Missæ item & ad Mauritiũ eodem

fermè tenore ab eodem literæ ſu
in quibus inter cætera monuit,
quid vel edictis, vel proſcriptio
vel lato Cæſaris privilegio perter
fieret: ſed beneficiorum ſuorum,
patruelis Electoris in ejus patr
memor, nunc gratiam remetiretu

Dux Georgius, patruus Maurit
ditionis ſuæ hæredem Cæſarē teſt
mento ſcripſerat, eamq; ut tā diu c
fiduciariam occuparet, donec frat
à fœdere mutatæ religionis deſilir
Pendebat Georgius fratri ſuo quot
nis argenti ſignati grandē ſum̄am:
cum metuerent, ne odio fœderis an
plius perſolvere recuſaret, cōſœder
ti eum ſecurum eſſe juſſerant: ſi qui
ejus rei eveniret, tantundē pecuni
quotan̄is ſe ei numeraturos ſpopor
derant. Hujus beneficii illū tū comc
nuit, ſimul ut in ūiversū à jurisdicti
ne Saxonica abſtineret. Sin quas re
novas incœptaret, patrueli ſociorum
opes auxilio adfuturas. Super hæc,
Poloniæ regis legatos in caſtris Cæſa
ris viſos: quid ab ijs eſſet actū, cōpertum ex ipſorum literis ad ſe & Saxonem habere: leges pacis propoſitas,

ad pacem nullum habere momentũ.
In eandem ſententiam à legatis confœderatarum civitatum ad Mauritiũ venerunt: quib. illi interminati ſunt, ſi quam vim Saxoni faceret.
Dantur ab Heſſo literæ ad confœderatas civitates, & Pomeranorũ Ducẽ, & quoſdã alios principes, quibus in quãto diſcrimine Saxõię res eſſent poſitę oſtẽdit, ad cujus terminos hoſtes jam caſtra admoverant. Reg. Ferdinandũ Bohemos in belli ſocietatẽ pellexiſſe: & rẽ in eo verti, ut cũ illo Mauritius ſe cõiungat, & quidẽ propter proſcriptionẽ Cæſaris. Scripſiſſe ſe Mauritio, caveret. cũ exercitu intrare Saxoniã: paraca n. eſſe cõtra injuriã auxilia. Iſta cũ Elect. videat, auxiliũ ſuũ imploraſſe. Partem copiarũ ſuarũ, quibus hoſti occurreret, & incurſionẽ finib. prohiberet, velle quidẽ tradere: ſed cùm Cæſar in conſpectu propè caſtra habeat, quod cupiat præſtate nõ poſſe. Sperare futurũ, ut brevi omnib. copijs de ſuma rei collatis ſignis dimicetur: id quod ad cõmunẽ omnium ſalutem ſpectaret. Et
 quia

quia consultum non esset in præsenti robur exercitus sui accidere, ut equitum peditumque auxilia Wirtenbergam, Vinariamque mitterent, se petere: eamque pecuniam, quam ex fœdere adhuc reliquam debebant, Electoris filio fideliter pernumerarent. Nam cùm commune omnium negocium geratur, oppressis socijs, in futurum eneniet, ut eadem calamitas in ipsos quoque redundet.

Ferdinandus Rex Saxoniam invadit.

Ferdinandus inter hæc, sub decimũ Kal. Novéb. cũ exercitu in cardinib. Saxoniæ consedit. Bohemi restitãtes sequebantur Regem ad bellũ, partim quòd ea gens Saxoniæ principib. veteris fœderis jure devincta esset, partim quòd belli causam parum justam esse diceret. Conscripserat etiã milites in Silesia, qui & ipsi vel inviti e signa sequi cogebantur. E Pannoni Hussaros equites exciverat. Sebastianus Weitemullius dux omnib. copi præfectus erat. Hic antequã cum in festo exercitu Saxoniã ingrederetu bellum directâ denunciatione mo majorũ renunciato fœdere, Saxoni indic

indicit. Belli causam ceu justã prætexuit, q̃ Dux paucis antè añis sumâ injuriâ collegiũ Dobrilugũ invasisset. Cæsari renunciatâ, qua illi obnoxius erat, fide, fœdus, q̃ cum Saxoniæ Ducib. semper firmũ ac stabile Bohemis fuisset, infregisset. Et hũc directã belli denunciationẽ magis è sua humanitate, q̃ Ducis, q nuper ꝓscriptus esset meritis, fuisse visam. Hæc fermè in Saxonia per mẽsem Octobrẽ acta.

Consederat Cæsar ad Danovertũ, ut suprà est memoratũ, priusquã hostes eũ castra movere cognovissent. Ratus reliquũ victoriæ in celeritate positum, unã hic noctẽ hæsit. Postridie Tilingam (Dillingam quidã vocant) sublatis signis, castra præmisso Carolo Augustanorũ episcopo movet. Tribus passuum millib. à Danoverto abest Tilinga, ditionis Augustanæ, sed ab hostib. nuper occupata. Sita est in ripa Danubij: ubi amnis etjã, põte jũgitur. Vastior hic sylva est. q̃ hostiũ castra à castris Cæsaris statĩ dirimebat. Per hanc tribus itinerib. ex hostiũ castris Tilinga adiri poterat.

Cæsar omnem Victoriam in celeritate positam habet.

Cæsar Tilingã venit, ibique consedit.

rat. Hic Cæsar inter sylvam & Danubium extentâ planicie consedit, hostemque ibi, qui subsequi nunciabatur, operiri constituit.

Laugingam Hessus, accepto Cæsarem ad Tilingam castra posuisse, cõtendere nocte statuit. Supra Danovertum tribus miliaribus super Danubium oppidum est. Et cùm parum compertum esset per exploratores, longius ne Cæsar peragrasset: & si Laugingam se contulisset, futurum fuisse, ut Cæs. à tergo relictus Norlingã moveret, metus erat: atq; inde per planiciẽ Remsiæ vallis in Wirtenbergensem agrum infestum exercitum traduceret. Itaque omisso consilio, dum certior rerum Cæsaris esset, eum diem adhuc castris se tenuit.

Schertelus cũ suis copijs castra relinquit & Augustam tendit.

Sebastiãus Schertelus, ægrè ferens præter suũ consilium multa geri, abducto, quod erat Laugingæ, præsidi[o] ut mox referetur, Augustã stimulãt[is] animum irâ, tanquam in suũ regnun[m] dilapsus, postea ad bellũ amplius n[on] prodijt. Cæterũ milites, qui Tiling[æ] in præsidio erant, accepto Cæsaris a[d]

oppi

oppidum accessu, per aversam portam in fugam dilabuntur. Oppidani præsidiorum discessu læti, Cæsarem & episcopum intromittunt.

Tilingensiū defectione moti Hœstadiani, supplices legationes Cæsari obviam mittūt, se suaq; omnia illius clementiæ permittentes. In Danubij ripa Hœstadium (quidam Hochstœtum vocant) situm est, cū munitâ arce ditionis Palatinæ.

Hœstadiani Cæsari supplices fiunt.

Cæsar vanū esse rumorem de Lantgravij adventu videns, pontē transit, ac medio itinere inter Tilingā & Laugingā subsistit. Est & Lauginga juris Palatini, ad Brentam. Huc cohors illa, è Tilinga profuga, se contulerat: & jam antea tres ab Hesso præsidio submissæ fuerant. Hanc Cæsar ad voluntariam deditionem pellecturus, eò cum benignis mandatis caduceatorem, qui oppidum in deditionem postularet, mittit. Magistratus tantū abest ut pactionem, aut pacis ullas leges auribus admiserit, ut ferocius q̃ pro tempore etiam responderit: Nihil opus esse in re non necessaria ma-

Laugingēses Cęsari superbè respondēt tandemq; veniam petere coguntur.

turato: sequenti die duces adfuturos, cum quibus armis decertandũ esset. Se præmium victori in medio positos. Non esse consilium in præsenti cum Cæsare de pace agere. Ponte jũctus ibi Brenta amnis, qui ab alijs Prentius dicitur, erat.

Vbi Cæsar oppidanos obstinatos inani spe & expectatione vidit, castra propius oppidum nocte admovit, atque expediri scalas & opera ad expugnationẽ jussit. Oppidani re cognita legatos ad Cæsarem, priusquam ad mœnia accederet, dimisso præsidio ante exortum solis mittunt, qui obstinatiæ culpam in milites præsidiarios trãsferrent. Si nudatum præsidijs oppidum habuissent, nullâ morâ in ejus fidem se transituros fuisse: Pacẽ nunc se petere, quam supplicibus nunquam negarit.

Cæsatiani Schertelũ insequuntur.

Sunt qui prodant, Schertelum tum demũ adventu Cæsaris ad oppidum accepto, cum sorore, amicis, rebusq; omnibus ac præsidijs ex oppido Augustam fugisse. Vtcunque est, Cæsar cognita Scherteli fuga, Baptistá Sabellum

bellum cum equitũ turmis,& expeditis aliquot cohortibus ad eum persequendum,retrahendumq́; ab itinere celeriter mittit. Cum his conjungit partẽ equitatus Hiſpanici,& Italicas turmas propter velocitatem equorum. Hi quatuor illas cohortes aſſequuti, pugnã infeſtiſſimè conſerunt. Schertelus acri equo è prælio dilapſus, cum paucis levis armaturæ Auguſtam evaſit. Cęſi eâ pugnâ, captique multi, cum operibus aliquot campeſtribus, ſunt. Hujus cladis fama effecit, cur oppida in ripa Danubij, & caſtella,ad Cæſarem defecère.

Godelfinga ab Vlma mille paſſus, ultrò miſſis legatisqui veniã peterẽt, in deditionem conceſſit. Pacẽ petentibus parſum eſt, & pacis leges datæ. Godelfinga veniã petit.

Oppidis & caſtellis ad hunc modum in ripa Danubij ſuprà infraque in poteſtatẽ redactis, exercitum amnem Brentam celeriter traducit, & caſtra ad vicum Sonthæmum locat, loco aperto tribus fermè paſſuum millibus ab Vlma, quò ducere conſtituerat, ratus futurũ, ut, ſi Vlmenſẽ Cæſar ad Sonthæmum caſtrametatur.

m 6 agrum

agrum populando peragraret, aut urbem obsidione cingeret. Lantgravium haud dubiè sociæ civitati auxilium laturũ, cũ omnibus copijs ad pugnandi necessitaté cõpelleret: aut si pugnam detrectaret, retrò abire (quia transitu Dãubij prohibebatur) cogeret. Interim Schertelus nunciatur, VI mẽsib. septé cohortes Helvetiorũ auxilio misisse, & mille quingẽtos alios, ne mõs urbi iminens, diuo Michaeli sacer, Cęs. castris locus occuparetur.

Cæsar exploratores emittit.

Mittit inter hæc Cæsar exploratores, qui de hostiũ itinere cognoscerẽt. Manè ubi Cæs. castra movisset, renũciat illi host. discessisse: verũ incertũ, quò flexissent. Hic aliquãdiu cõsilij dubius tandẽ in casta q̃ reliquerat regressus est. Misit plures equites speculatũ, qui ex abruptis & præcipitib. tã diu euagarẽtur dõec quò duxisset, cognoscerẽt. Inter hos eq̃tes fuit dux Albanus. Hic eò usq; euagatur dõec nõ solũ tympanorũ sonos clarè audiret, sed etiam sclopetarios præcurrẽtes in conspectu haberet. Hoc Cæsar nuncio accepto lætus quod hostem appro-

appropinquare, ut pugnæ copia fieret, crederet: cum Albano collem, unde prospectus in subjectam planiciē longissimus patebat, conscendit. Ibi lævum primùm cornu, quod equitū turmis constabat, statim conspicuū in plano æquore erat: dextrum pedestre agmē, quod sylvis protegebatur, tenebat. Inter hæc duo cornua ante aciem tormenta movebantur. Et apparebat, acie ad hunc modum procedente, hostes ad prælium instructos, Cæsarem ibi velle operiri.

Dum in hoc intentus Cæsar, consilium apud animum suum versat, Hessus, qui equestres copias obequitabat, equites in summo tumulo cōspicatus, missilibus globis eos modicè fallentibus indè disturbavit: cujus rei mirum artificē habere dicebatur. In castra Cæsar se cum suis, relictis paucis qui hostium iter ex intervallo observarent, se recipit. Ab his nunciatur declinatis castris Cæsarianis Giengam eos, sitam ad amnem Brentam, paulò supra Sonthæmum, petere. Dirimebat utrunque exercitum is amnis,

amnis,medius interluens.

Ne ita ocioſi hoſtes, quò tendebant,pervenirent, partem equitatus Italici, inde Germanorum in eos, ad irritandum equeſtre certamẽ, Cæſar concitavit. Per totum eum diẽ levibus prælijs certatum fuit: & cecidẽre utrinq; aliquot. Inter Italos duo præcipuè illuſtres viri eam dimicationem nobilitarunt. Sed hoſtiũ plures ceciderunt, inter quos fuit Franciſcus Luneburgẽſis,& Erneſtus Ducis à Grubenhagio filius.

Frãciſcus Luneburgenſis & Erneſtus Ducis à Grubenhago filius occũbunt.

Poſtridie Cæſar mutato conſilio,relictâ vlmâ,quam petere ſtatuerat, ubi ab exploratoribus didiciſſet, hoſtes caſtris cepiſſe locum, qui ob ſylvæ arboribus raræ lucem, & patentem planiciem proximam ad decertandum vehementer aptus eſſet, retrò paulùm movit ad amnem: ſimul ut ipſum Danubium propter commeatum retineret. Et interluens amnis profundior, quàm latior, ad congreſſum obſtaturus non erat, ſi pontes ſimul multos tumultuario opere inſternere res ſubita paſſa fuiſſet:

fuiſſet: aut ſi vado tranſire, aut quærendis vadis in ulteriorem ripam evadere licuiſſet. Ad hæc violentiori impetu decurrebat, quàm ut tranſnatare equi peditesvé potuiſſent. Præterea cœlum pluvium, & juxtà frigidum, proſpectum nonnihil adimebat. Cùm autem parum ſpei gerendæ rei hic effulgeret, rurſus cõſilij anceps, varia agitabat. Quidam cenſebant, relicto hoſte ad Vlmam, quod antea conſtituerat, exercitum admovendum eſſe. Contrà terrebat Cæſarem longa obſidio: nã cùm tot Helvetiorũ millia, pręter alia auxilia in præſidio eſſent, paucis menſibus in poteſtatem redigi poſſe diffidebat. Huc accedebat, quòd pleraque locorum, per quæ ducendum erat hoſtiũ præſidiis teneri ab exploratorib cognoviſſet. Poſtremò, hoſtem eundem locum caſtris occupaturum, ac proinde comeatũ intercluſurum, ut ne oppida quidẽ, q̃ in ripa Danubij pręſidijs firmarat, uſui eſſe potuiſsẽt. Ergo optimũ manendum eſſe ratus cohortes aliquot Madrucianas in agrũ Vlmen-

Vlmensem prædatum mittit.

Lauphainum non procul ab Vlmâ oppidum à Madrucio oppugnatur.

Duobus passuum millibus oppidũ Lauphainum ab Vlmâ abest, in quod Madrucius vastatis proximis vicis omnem terrorem convertit: ac primo impetu oppidum capit, Vlmensibus præsidijs partim cæsis, partim ejectis, quibus postea parsum fuit. Ex Lauphaino prima auxilia tumultuantibus rusticis, qui anno vicesimoquinto totam Germaniam magno terrore compleverant, missa fuisse memorantur.

Cæsar ex insidiis protestantes adoritur.

Circa sylvam ad Brentam Lantgraviani nullo metu latissimè indies evagabātur. Quod cùm Cæsari nunciatum esset, Ibi idibus Octob. paulò ante lucem (qui dies paulò tepidior erat, & tranquillior) tria sclopetariorũ millia in insidijs abdit. Sub ea Lanoio diligẽter mãdat, ut cũ aliquãtâ vi equitũ levis armaturæ ad hostiũ usque castra pervagaretur, circumspectè ne insidijs circumveniretur: modò occurendo modò cedẽdo fugienti similis, non solum extra vallum pelliceret, sed ad locum insidiarum

traheret:

traheret: ſeque in omnem caſum intentum fore: & eos qui inſidijs diſpoſiti eſſent, de improviſo prætergreſſos, ſylvam à tergo preſſuros. Exequitur haud ſegniter imperata Lanoius Sulmonenſis. Primum, dum liberè per mediam planiciē evagatur, miſſilibus ab hoſtibus è munimentis petitur: inde in eum equitū aliquot turmæ emittuntur. Pugnatur infeſtè aliquandiu, donec ad ultimū Cæſarianorum vim & impetum haud diutius ſuſtinentes hoſtes, in caſtra inclinarunt. Lantgravius id conſpicatus, hipposclopiſtas amplius ſexcentis, totidemque fermè pedites tormentarios, qui cedentibus, ac tantum nō circūventis auxilio adeſſent, ſubmitttit. Hos ita pugna. juſſerat, ut inordinatè effuſi hipposclopiſtæ, palantibꝰ ſimiles nunc hos, nunc illos peterēt: poſteriores confertim à tergo irruerent. Lanonius pavorem, fugamque quaſi hoſtibus numero viribuſque impar, ſimulans, paulatim cedit, & fugam fingit. Iamque locum inſidiarum ſequendo fugientes prætergreſſi erant,

si erant, pertimuisse & cedere rati Cæsarianos: cùm ex insidijs Cæsariani magnis clamoribus â tergo repentè exoriuntur, erumpuntque. Conclusi Lantgraviani à fronte & tergo, re improvisâ, primùm perterrefacti aliquantum: mox recepto spiritu omnē vim in sclopetarios, qui ex insidijs à tergo emerserant, convertunt. Ibi Lanoius verso calcaribus equo, cum suis in hostem incompositum revertitur. Pugnatur acerrimè, & eo quidem infestius, quòd illis fuga interclusa esset, hi vicisse se jam crederent numero & virtute superiores: tum quòd bina castra in eam dimicationem & animos & oculos intenderent. Major clades ab Hesso, quàm à Cæsare, eo die accepta fuit. Sed multa cùm à Cæsarianis præter Albani consilium in pugna gererentur, superveniente nocte signum receptui datum fuit.

Pugnatur acriter.

Saxo castris præsidio in hoc prælio relictus fuerat, ut si Cæsar ad ea oppugnanda copias eduxisset, ipse vim ab ijs prohiberet. Biduum inde

de à Lātgravio in castra Cæsaris majoribus operibus sævitum fuit, sed sine strage memorabili. Italicæ cohortes agrum Wirtenbergensem populatum missæ, vicum Sunthaimum incendio cum ingenti hominum pecorumque strage vastarunt. Per hos fermè dies Cardinalis Farnesius reditum in Italiam cum equitibus trecentis adornavit. Sed quia is equitatus minor erat, quàm ut eo tutò per hostium ditiones in Italiam veniret: & fama allatum erat, Schertelum ejus iter observare: à Bavarorũ duce mille equites, à quibus deduceretur, honorificè additi ferebantur. Is rumor, ubi percrebuit in castris, Italorum magnus numerus hyberni frigoris impatiens, ut comites in patriam reverterentur, ad eum confluebat. Multi aut diversis morborum generibus, aut intemperie hyberna, aut ferro absumpti fuerant. Cęterùm ut Cardinalis illos falleret, ad exercitum redijt. Et paulo post in Italiam reditum occultè maturavit.

Sunthaimum à Cæsarianis vastatur.

Cæsar alia arte hostē ad statariā pugnam

Cęsar protestantes ad pugnā denuò evocat.

gnam evocare aggreditur. Omnem propè Germanicum equitatum in multas partes distributum, diversis stationibus in sylva locat, & equorũ ora ligulis, ne hinnitu insidiæ proderentur, constringi imperat. In eadem simul expeditas aliquot Italorũ Hispanorumque, cohortes in diversa loca ita distribuit, ut tormenta campestria frontes inter humiliorum arborum umbras protegerent. Italos Hispanosque in omnem fraudem intentos esse jubet. Reliquas copias equestres pedestresque armatas in eventum pugnæ intra vallum in aciẽ cogit. Inde duplici agmine armatorum in purum ac patentem campum rursum egreditur Princeps Sulmonensis. Occurrit Hessus: conseriturque majoribus animis, quàm copijs, pugna. Simulat rursum paulatim refugiendo cedendoque fugam Lanoius. Sed hostes magis ad fraudẽ, quã fugæ simulationem intenti, sylvam veriti, ad conjectum missilis globi, nec longius, Cæsarianos insequebãtur. Sub cadentem solem recepto Lanoio-

Occurrit Hessus.

noio, Cæſar ſuos ex acie diſcedere ad capiendum cibum & quietem juſſit.

Cùm hæ parùm inſidiæ ſucceſſiſsét ad nocturnas alias animum intendit. Cohortes Germanicas, & Hiſpanicas nonnullas, quibus Madrucius præerat, deligit. His induſia linea thoracibus armiſque ſplendicantibus ad ludificandos hoſtes ſuperinducere, & in noctem inſequentem ſe expedire juſſit. Cum his Pruſſum & Brandeburgenſem equitatum, cui Albanum præfecit, ſimul conjungit, ut hoſtiũ ſtationes, quas negligentius agi credebat, ſilenti nocte ſuſpenſis gradibus opprimerent. In armis ipſe eſſet, ſi quid adverſi accideret, quod per Albanum nunciaretur. Buranum cum Belgico equitatu circa ſe ad corporis cuſtodiam, peditibus in fronte locatis diſponit: cum quibus, modico præſidio caſtris relicto, ipſe ſubſequitur. Pervenerat ad hoſtium caſtra propè Albanus ſilentio, cùm non ſolum excubitores non laxius agentes ut ſæpè antea, ſed cuſtodiam tum intentiorem, tum duplicatam, adeoque

Inſidiæ nocturnæ ſed irritæ.

omnes

omnes in armis esse sensit, Insidias toties oppressi vel indicio cognoverant: vel ignium luce totis castris ardentium, quibus plana terrarum cōspicua erant, præsenserant. Substitit Albanus, jussitque Cæsari, ne longius à castris procederet, insidias detectas esse nunciari, ac quid fieri vellet significari, cùm nec inopinantes opprimi possent. Priusquam nuncius à Cæsare rediret, jam egredientibus extra munimenta hostibus indusiatos Hispanos, Germanosque dubia luce satis conspicuos objecit. Horum nimbo missilium effuso magnâ parte fusâ, reliqui fugâ ad suos retrò evasêre. Interea Cæsar Albano nunciari jubet, ut copias in castra irrito incœpto reducat.

Cæsariani in fugam cœsi & profligati conijciuntur.

» Scio Avilam indusiatorum casum
» silentio, ut alia multa, prætermisisse. Mihi verò scribenti veterani, qui cum Cæsare in peditatu Buranico ea nocte in acie steterant, cum clade illos pulsos fuisse postea retulerunt. Et verisimile id ex ejus verbis apparet. Nam si quatuor fermè horis, priusquam

quam Lanoius è castris proficisceretur, Cæsaris consilium de indusiatis per exploratores Germanos ad hostes perlatum fuit: consentaneum videtur, armatos benè instructos ad eorum intercipiendum impetum, duplicatis in pervigilio excubijs, fuisse. Vt ut est, sævitum in refugientes majoribus operibus fuit.

Diverso inde loco in laxiores hostium custodias Lanoius cum levis armaturæ equitibus, adscitis aliquot cohortibus Hispanicis, & Barbansonius cum parte equitatus Buranici, irruperunt. Octodecim hic commeatu onustos currus, & duos argento infecto oneratos ad monetam percutiendam, qui nuper è Saxonia advecti erant, capiunt. Cæsar prædam militibus facinus ausis dividendam, ut postea ad ostendendam virtutem alacriores haberet, concessit. Cæsis captisq; aliquot, signum unum ademptum, & ad Cæsarem perlatum fuit. Inde Barbansonius & Lanoius à Cæsare collaudati, propter virtutem militaribus donis ornati sunt. Insignis præda protestantibus ablata.

Biduo

Protestantes à Burano sternũtur.

Biduo pòst Buranus memorabile facinus ausus fuit. Multa luce cum suo equitatu castris egressus, propius quàm tutum, propter missilium conjectus, erat, præter castra hostium circumducit. Insidias equestres ibi dispositas antè cognoverat. Ibi sub ipso propè vallo acriter equestri certamine ita conseruit manus, loco satis ad concurrendum extento, ut nõ minus trecentis equitibus hostium cæsis, ducenti caperentur. Sclopetarij plus centum interfecti, qui equitibus sclopis armatis permisti fuerant, equorum peditibus obtriti concidêre.

Vbi diebus aliquot in propatulo castrorum ad istum modum pugnatum ad Brentam, neque quicquam amplius memorabile gestum esset, cùm nec ostentaretur id quod in spé esset circumdandi Vlmam obsidione, videretq́ue exercitum rei frumentariæ & pabuli inopiâ, omnibus circa ea loca absumptis, magis magisq́ue premi: adhæc, terram imbribus continuis, qui per eos dies solito effusiores

res

res cadebant, corrumpi, ut milites graviter afflicti vix vestigijs hærentes à lapsu se sustinerent: adde, quòd gravioris tormentorum moles per profunda viarum difficulter moverentur: & militum corpora in salebroso solo continuis imbribus profundo cubantia, diversis morbis indies cōtabescerent: cura Cæsari mutandi castrorum rationem subijt. Primùm quibusdam visum fuit, omnem exercitum in oppida recuperata dividere: Tillingam, Hocstadium, Laugingam, & his vicina, ob frumenti, pabulique, & aliarum rerū, ad exercitum sustentandum, copiam. Rursum cum ipse apud se reputaret, periculosè intra mœnia conclusum iri: & non tantum oneri se, sed incommodo etiam, unde odium conflaretur, oppidanis futurum, rejectis aliorum consilijs, Laugingam in castra, undè nuper exierat, redire, ac militem in omnem casum sub pellibus continere placuit.

Cæsar castra sua mutare injuriâ temporis & loci cogitur.

Moritur per eos dies Georgius à Regensburgo, Cæsari maximè cha-

Georgius à Regensburg moritur.

rus,cùm propter alia in eum merita, tum quòd belli initio primus selectũ cohortium robur per Germaniam ei conquisisset. Magnifico funere eum Cæsar efferri jussit: neq; verò minori, quàm si Ducum quilibet fuisset. Hunc honorem ille mortuo habuit: quo humato, ad colligenda vasa signum dari jussit,& in castra Laugingiana redijt agmine sub signis composito, instructoque. Regredientem hostes non insequuti sunt quidẽ, nec abeuntis tergũ carpserunt: sed equites sexcẽti ex intervallo placidè vestigijs hærentes, vadens agmẽ, quò iter verteret,ita observarunt, ut subinde procul se tantum ostenderent. Fama allata, Shertelum Augustanorum copijs instructum, super ripam Danubij ad Rainam & Neoburgũ ad commeatus intercipiendos flumine & terrâ consedisse,aliquas curas Cæsari injecit: unde caritas rei frumentariæ sequuta fuit. Mittitur Buranus cum trecentis equitibus,& sclopetarijs quingentis,ad deducendum frumentatores, quibus per Schertelum itinera

itinera interclusa, prepeditaq; erant. Et ex agris Wirtenbergensibus, Hessi copijs supplementum militum, ex incondita quidem, sed bellicosa rusticorũ multitudine, accessit. Et qui nũmero superiores, & viribus, multo erãt (Cæsaris enim plus dimidia parte exercitus, peste & alijs incomodis exhaustus erat: & Italicæ cohortes, " ut memoratũ est, cum Farnesio dilapsæ, abierant) si in prælium tũ acie " descensum fuisse potuissent ancipiti " prælio cũ Cæsare dimicasse. Sed ubi " Imperatoriæ virtutes, fœlicitas, rei " militaris peritia, authoritas & virtus " desiderantur; oneri magis sunt ingentes copiæ, quàm ad victoriam " auxilia. Alioqui satis opis & auxilij " in tantâ armatorum equitum peditumque multitudine ipsis, vel " ad debellandum, vel ad expugnanda Cæsaris castra fuisset.

LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII Historici De Bello Germanico

LIBER QVINTVS.

Cum hic ſtatus rerum in Suevia & ad Laugingam eſſet, ad Electorem Saxonem è Saxonia de ſtatu ditionis literæ aliæ ſuper alias in caſtra veniunt: Bohemos omnibus viribus in fines Saxôniæ invaſiſſe, & omnia compleviſſe ancipiti metu. Per eos dies confœderatarum civitatum legationibus in diem certum, conventum Vlmam edixerant Duces. Ad quem poſtquam undique frequentes conveniſſent legati, Saxo ad eos literas dedit, quibus de provinciæ ſuæ rebus dubijs expoſuit: vt viciſſim

Conventus Vlmēſis indicitur.

Saxo auxilia petit.

ſim, quando pro ipſis omnem caſum belli & periculorum ſubiſſet, quo eos à Cæſaris injuriâ defenderet, parem nunc gratiam remetirentur. Legatos civitatum haud ita pridem promiſiſſe quidem per literas quibuſdam in Saxonia, auxilia equitum & peditum: ſed ſe vereri, ut maximè ea comparerent, ut hoſti tam potenti, atque exercitui tam numeroſo pares armis eſſent futuri: ac priuſquam auxlia contraherent, jam aliquam ditionis ſuæ partem occupatum iri. Expetere ſe ut ſociorum legati, ac civitatum principes, cōſilij ſi quid haberent præſentis, conferrent. Etenim in hac novâ tempeſtate durum ſibi & acerbum eſſe, gentem ſuam, agreſtes, colonos, conjugem & liberos in medio expoſitos deſerere libidini victoris. Majora auxilia ſibi decerni poſtulare, quorum ſpes cùm ab ipſis, tum à Lantgravio oſtentata eſſet: & ut, niſi receptis amiſſis, cum hoſte pacem faciant. Ad hæc poſtulata à legatis reſponſum: in primis ſe orare, ut tam diu in caſtris militem contineat,

tineat, donec Cæsar suum exercitum in hyberna deduceret. Alioqui ipso in Saxoniam regresso, in magno discrimine futurum statum belli. Adversus regē Ferdinandum, & Mauritium, si bellum ei fecerint, auxilia nō contemnenda se missuros. Et si è re suæ ditionis videretur, velle Mauritio interminari, ut Lantgravius paulo antè fecerat, ut à bello se quietum contineat, & à Regis societate abstineat. Spem bonam insuper affulgere, quin Ordines Saxoniæ fidem quoq; suam essent præstituri.

Mauritii literæ ad Electorē Saxoniæ.

Veniunt ad Electorem eodem fermè die literæ à Mauritio è Saxonia, quibus in quo statu ejus ditionis res, & quanto periculo positæ essent, denunciavit. De religione sibi suisque à Cæsare cautum esse: simulq; imperatum, ut ex ordinum literis accepisset, de invadenda Saxonia cōjunctis armis cum Rege, ne ager Saxonicus ferro & igni vastaretur, ejus oppida & arces sub jus suum quibuscunque posset artibus pellicere statuisse, potius q̄ sub imperium externi Principis,

pis,

pis, à quo difficile ea foret recuperare, veniret. Restituere velle omnia impetratâ illi à Cæsare & Ferdinãdo pace, arbitris ditionis suę Ordinibus inter utrũq; sumptis, utcunq; post inter eos res disceptaretur: & conditiones, in quas tum conveniretur, tum ab ijs ipsis scriberentur.

In eandem fermè sententiam ad Ioannem Gulielmum Electoris F. scripsit: additis etiam literis, quas ad patrem in castra mitteret. Sed tacita suberat homini astuto cura ac spes retinendi ea, quæ armis patrueli ademptutus erat: neque futurum, ut obliteratâ proscriptione, Cæsar pro fideli operâ bello navatâ quicquam à se armis partum in agro Saxonico, sibi rursum adimeret.

Statim in hoc rerum statu Hussari in Voetlandiam, Bohemorum, auxilijs adjuti, populabundi incursionem faciunt. Sita ita est Voetlandia, ut hinc Misniam ad Meridiem, inde ad ortum Bohemiæ saltus spectet, utriusque regiones cardines

Hussari incursionẽ faciunt in ditionem Saxoniæ.

pertingens. Hanc igni ac ferro ita vastarunt, ut ab eorum injuriâ nihil sacri prophanivé tutum esset, omnia stupris & fœdis libidinibus implerétur. Bohemi, quòd ad bellum restitátes à Rege compulsi fuissent, intra paucos dies relictis castris, communite domum revertuntur. His destituti. Hungari mercenarij, ne paucitas ab agrestibus, sudibus ac sparis obtereretur, Mauritij copijs se conjunxerunt. Horum viribus ac copijs auctus Mauritius, Zuiccaviam, Schneburgum, Aldenburgum, & pleraque alia obscura oppida ac arces patruelis sui in deditionem compulit. Gotha, Isenacum, & Wittemberga, valedissimæ urbes, haud ita capi poterant.

Ferdinandi è Saxonia superata literæ mittuntur ad Cęsarem.

Inter hæc literæ à rege Ferdinando ad Cæsarem in castra Laugingiana, de rebus prosperè in Saxoniâ atque Voetlandâ gestis veniunt. Arces, urbesque omnes, tribus munitis urbibus exceptis, Electori à Mauritio ademptas. Lætus Cæsar ob res benè gestas, ut triumphi aliquam publi-

publicique gaudij speciem præberet, ex intervallo hostibus omnium graviorum machinarum tonitruis signum dare jussit.

Ea victoria etsi Cæsari ac Regi gaudium attulit, odium publicè privatimque per Germaniam tamen Mauritio concitavit. Sparguntur ob id in eum passim carmina dentata, chartæ, libellique convitijs amaris referti. Adversus quæ etsi scripto edito se purgare conatus fuit, non tamen omnibus eo factum satis ab ipso fuit.

Arx erat mille passus à castris Laugingianis, quam Cæsar quinquaginta Hispanorum militum præsidio imposito valdè satis muniverat. Hác ubi ab hoste sæpe explorari ad capiendum, ut commeatum interclude-rent opportunam, accepit: ad exploratores intercipiendos occultè cohortes cum parte equitatus misit. Sed dum illi maturant iter, hostes postquam Cæsarianorum insidias præsenserunt, retrò in castra fugâ dilapsi sunt.

Cæsar iniuriâ temporis & loci motus castra mutat.

Corrumpebantur interim continuis imbribus solito effusioribus itinera, ut neq; vehiculis, neque equis pabulantiumque frumentantiumque essent pervia. Quamobrem Cæsar ne ad ultimum inopiæ rerũ redigeretur, signo ad colligenda vasa dato, in locum & castris salubriorem, & rei frumentariæ convehendæ magis opportunum propius hostem movit: ita ut composito agmine vadens, equitatum in hostem versum, peditatum verò auerso ab hoste latere ductaret. Hos impedimenta verò averso ab hoste latere ductaret. Hos impedimenta atq; opera, cum robore legionũ, tardius propter salebrosam altitudinem glebæ, in quam immergebantur, subsequuta sunt. Et ratio compositæ rei per omnia fœliciter Cæsari successit, nec usquam ab hoste turbata fuit. E limosa palustrique regione huc circumvecto exercitui, tanta ex amœnitate salubritateque loci oborta fuit alacritas & lætitia, ut non ludibundi, sed seriò ei in posterum celebre nomẽ reliquerint, Castra ut Cæsaris appellarentur. Qui

Semivivi è profundo limo prorepere paulo antè vix valuerãt, ijs statim vigor pristinus, & corporũ robur restitutũ fuit. Erat autẽ is locus ad bellum extrahendum mirè commodus, non ad frumentandum tantùm, sed lignãdum etiam, ob propinquos saltus. Affatim dulcis aquæ, & regionis natura præbebat. Dextrum castrorum latus paludes cingebant & locus: sinistrum sylvarum longa & impedita vastitas, leviter in brachij modum reflexa. Frontem, quâ hostẽ spectabant, tumulus in longum exporrectus protegebat. In hoc opera disposuit Cęsar, ut quaquaversum in subjectam planiciem flecterentur. Et inter castra tantum spacij medium erat, ut stationarij missilib. globis eminus se pertingere ac ferire potuissẽt. Castra Cæsaris.

Mandavit Cæsar, non solum intẽtiorem custodiam à stationarijs circa machinas agendam: verumetiam ut equites ad premendos hostes inopia rerum, maximè frumentariæ, ac lignorum, crebrò eorum castra effusi obequitarent. Inde hypposclo-

pistæ, quantum agri itinerisque inter Norlingam, Dinkelspulam, Vlmamque interjacet, effusis excursionibus populabundi infestare, frumentatores passim obvios cædere, equos carrarios confodere, cibaria, frumentumque per vias spargere equorum pedibus ea proterere, nulliqúe usui relinquere: stragem hominum, & omnis generis onerum facere: postremò pedites nocturnis populabundi palari, diurnis quotidie pervagationibus crebra magis quam memoratu digna prælia castra lacessendo facere, ut vix respirandi copia, & cibi capiendi spacium daretur. Per hæc Cæsarianorum animi crescebant: contrà hostibus vis omnis & rigor paulatim elanguescebat. Postremò, non jam amplius velitando in planiciem excurrebant, sed missilibus graviorum machinarum extra castrorum propatulum in Cæsarianos per continuos aliquot dies eminus tonitruare, nihilque operæ precij amplius facere. Tantâq; brevi inopiâ in eorum castris laboratum fuit, ut vulgò ad ra-

ad radices è terra vulsas, & agrestia olera legenda per quatriduum adigerentur.

In hoc statu res belli in exitu Octobris in Suevia erat, cùm à Roma transmisso fulmine à summo Pontifice, Arhiepiscopus Coloniensis in Vbijs perstringitur, & proscribitur. Ille extemplò edito scripto, se Pontificem judicem non agnoscere testatus, ad frequens Germaniæ Concilium provocavit. Causas provocationis adjecit aliquot, & litem adversus eum contestatam eo se animo persequuturum, quo susciperet, promittit.

Pontifex fulmen in Archiepiscopum Coloniensem emittit.

Civitates confœderatæ duces belli languescere, non obviam Cæsari in pugnam exire, dimidium fermè exercitus inediâ, morbo & cladibus absumptum, res suas indies magis ac magis rebus adversis atteri, Cæsaris vicissim res stadijs multis superiores conspicatæ, die, quem paulo antè ad conveniendum Vlmam edictum retuli, de belli pacisque rebus refertur. In eo conventu cum

Civitates de ignavia Confœderatorum principum cõqueruntur.

multa utrinque disceptata essent, integro certamine ad duces in castra proficiscuntur, ut de eorum consilio ratio aliqua in comunem rem iniretur. Multa ea deliberatio, quæ pacem suaderent, necessariam magis quàm utilem, tenebat. Inopia pecuniæ in stipendium non solum præsens, sed in futuros etiam menses: nulla auxilia à quibusdam, à nonnullis tenuia mitti. Saxoniam non tantum nihil conferre, sed jam totam fermè hostium esse. militem partim commeatus innopiâ, stipendij partim desperatione domos repetere. A Gallorum rege nihil fidi expectandū. Cæsaré magno animo in castris hyemis in clementiā tolerare. Itaque cùm tria in deliberationem venirent: unum, ut acie de summa rei decertaretur: alterum, ut ab armis milite in hyberna deducto discederetur: postremum, pacem qualemcunque petendam esse: id placuit si æquis conditionibus à Cæsare pax obtineri posset.

Deliberatur in scastris confœderatorum, quid inposterū agendū.

Interim dum ita in castris consultatur,

tatur, Cæſar tumulum, qui hoſtium caſtris imminebat, opportunum ad propius infeſtandum, occupare conſtituit: cum legati è Norlinga ad pacem petendam, deditionemque faciendam, his curis occupato ſuperveniunt. Hi cum pacis conditionibus, in quas ea conventura erat, ita domum dimittuntur, ut exiguo tempore ad referendum dato, num eas reciperent, reſponderent. Hæ quoniam graviores videbantur, quàm in quas pax fieret, aut quæ à Senatu confirmarentur, legatos in caſtra ad Cæſarem non remiſerunt: ſive ut temporis moram quærerent, dum Ducum res, quô evaderent, ſpectarent: ſive quòd in præſidijs ex urbe deducendis laboraretur nonnihil.

Norlingenſium dubia defectio multo majorem auguſtiam, famemque Confœderatis attulit: quamobrem ut res pacis maturaretur, decretum fuit. Sed via invenienda erat, qua aditus ad Cæſarem præſtitueretur, & per quem pacis mentio legesq; cum gratia opportunè aurib. ejus admit- Confœderati pacē quærunt apud Cæſarem.

Adamus Trottius vel Troppius.

admitterentur. Adamus Trottius erat, (quidam Troppium vocant) Septemuiri Brandeburgensis cliens, quē authoritate & existimatione apud Ioannem Brandeburgensem, Septemuiri fratrem, ac gratiâ plurimū pollere ob raras animi atque ingenij dotes norant. Eū huc precibus et promissis magnificis inducunt, ut ad Ioannem literas daret, quibus eum, ut Cæsarē de pace impetrandâ, & abolendâ injuriæ, sine dilatione ac morâ interpellaret, obtestaretur. Non recusat id facere Trottius, neque literas differt scribere ad Brandeburgensem in hanc sententiam: Se ab eo pro veteris necessitudinis jure contendere, ne, quod posset per levi momento, præstare gravaretur: hoc est, ut pro se animum ad pacem conciliandam ducibus ac fœderi intenderet, pacisque disceptatorem se interponeret. Hanc si Cæsar auribus admitteret, confidere se futurum, ut æquis conditionibus datis, acceptisq;, dimissis exercitibus, ab armis utrinque discederetur,

tur, maiorque inde Germaniæ vastitas prohiberetur, Quod si huc rerum pacis componendę negocium perduceret, universam pacatæ gloriam, & solidam tempestatis hujus sedatæ laudem ad eum perventurum. Tempus colloquio opportunum, & occasionem observaret; commemorando Cæsari clementiam omnibus victorijs majorem esse, & laudem diuturnam magis parituram: animum ejus leniret. Iram justam Imperio remitteret, & de pace disceptationem ad mitteret. E re totius Imperij esse, bellum componi. Proponeret omnium confœderatorum nomine, in primis, si pax in eas leges, quibus aliquando Mauritio de Religionis negocio cautum esset, conveniretur: adderetque alia, quæ videretur.

Non distulit Ioannes Brandeburgensis his de rebus apud Cæsarem nullâ morâ disceptatoré agere, præcipuè quòd pacem Ducibus ac fœderi universo necessariam pervideret. Statim relatione factâ, Trottio ad istum

Ioannes Brandeburgicus apud Cæsarem de pace agit.

istum modum à Cæsare Brandeburgensis respondere jussus est: Cæsarem hoc bellum propè invitum suscepisse: eoque suscepto constituisse, aut victoriam de hostibus reportare, quàm propè jam in manibus haberet, aut vinci: non autem pacem dare, aut inducias. Tamen quoniam pacem tantopere petant, non negare se eam quidem, si ea quæ imperarétur, obedienter facere non recusarent, alioqui pacem nullam futuram. Cæsarem has leges pacis dicere, ut Saxo & Hessus exercitum dimittant: omnia quæ possiderent, urbes, oppida, arces & agros, Cæsaris & victoris potestati permittant: ipsi supplices ad Cæsarem veniant. Non dubium est mihi, inquit, quin me deprecatore ab eo (qua est clementia) quæ supplices petant, sint impetraturi. His conditionibus si pax placuerit, suscipiant: brevissimum, quam fieri potest, tempus ad consultandum datur. Sin illæ nimis graves videbũtur, ut recusent, bellum suo periculo, ut cœptum, ad exitum usque trahant. Etsi parum æqui

qui Cæſar hic poſtulare ipſis fortaſſe videbitur: ſi me tamen conſultore uti volent, lubentes donent, quod ſine gratia pòſt ſunt amiſſuri. Neque ſperent ſe, neque ullos alios deprecatores, in poſterum ad aures Cæſaris, quiûe cum eo de pace diſceptent, admiſſum iri.

Confœderati qd de conditionib. præſcriptis ſentiant exponũt.

Hæc ſine dilatione Trottius ad duces retulit. Et cùm paucæ horæ ad conſultandum conceſſæ eſſent, extemplo ab ijs ad hunc modum Brandenburgenſi reſponſum fuit: Leges pacis tanquam victis præſcriptas, nimis eſſe graves, adeoque impotenter imperatas. Sed neque ita ex tempore quidquam certi de tam duris conditionibus vel ſtatui, vel reſponderi poſſe, niſi diei unius mora conſultationi daretur. Neq; eo minus impetrabilem ſibi fore pacem ſperare. Vnum interim ſe contendere, ut locus inter caſtra medius deſignetur, ac dies, quo ipſi cũ Cæſare & Maximiliano Burano ex æquo de pace firmandâ colloquiũ ſerant, ut æqui aliquid diſceptando obtinerent: ſpé eſſe, ne hoc

quidem

quidem sibi gravatè à Cæsare concessum iri.

Declaratio Cæsaris orēma.

Ad ea jussu Cæsaris Brandeburgensis, in eandem sententiam, in quam paulo antè respondit, nullam pacem coituram, nisi arma, opera, se suaque omnia Cæsari dedant. Hoc si facere ut arduum nimis recusarent, scirent Cæsarē justè bella suscipere, eaq; eodem quo suscepta essent animo finire. Nec inde quidq̃ amplius à ducibus de pace facienda motũ fuit.

Per hos dies è Neapoli mille ducenti levis armaturæ equites ad Idus Novembris decies centenis coronatorum millibus onerati, in stipendium præsens in castra Cæsaris venerunt, hæc pecunia per Siciliam & Neapolim quæsita erat. Et Florentinus dux grandem pecuniam eodem tempore per veredarios de sua benignitate Cæsari contulit. Itaque Cæsar jam consiliorum hostium, & rerũ, partim è propinquis castris, partim ex literis paulo antè è Saxonia acceptis, haud ignarus Albano imperat ut machinas & opera omnia, apparatumque qui ad castrorum oppu-

gnationem usui esset futurus, tumulum illum super capita hostium imminentem, subveheret: impedimenta item, & globos omne genus huc comparare: velle, dum per hyemis utcunque tum serenæ clementiam liceret, illorum castra expugnare. In septimum Kalend. Decembres, milites Hispanos corpora reficere jussit. Dum Albãus in hoc totus est, quotidie levibus, sed parum memoratu dignis prælijs dimicatur, ut hostes minus ad ea quæ à Cæsare parabantur, intenti essent. Vtcunque dissimulabatur, quod moliretur, non fefellit hostem ex perpetua eiaculatione, qua nihil laxamenti dabatur.

Itaque quinto Kalend. Decembris die nebuloso, Saxo & Hessus militibus imperant colligere vasa: ac sole jam occiduo, silenti agmine omnes pedestres copias cum majoribus machinis impedimentisque castris subducunt. Ipsi nocte serena omni equitatu, & campestribus operibus, quæ tergum agminis novissimum claudebant, flammâ castris iniectâ, Confœderati castris decedunt.

pedita-

peditatum ſequuntur. Nec prius Cæſar ob nebulam, quam conſpectis luminibus ſubluſtribus, de eorum diſceſſu per exploratores factus fuit certior. Ita enim comparaverant inter ſe duces, ut omnibus copijs in Saxoniam ad recuperanda amiſſa deductis, ad octo millia peditum, mille equites in hybernis relinquerentur.

Hos dux Wirtenbergenſis, & ſuperæ Germaniæ civitates confœderatæ, ſuo ære alerent. Reliquæ omnes copiæ, quæ ad tuendam Saxoniam præſidium ducerentur, Saxoni curæ eſſent. Priuſquam caſtris diſcederent, placuerat, ut primo quoq; tempore una legatio in Galliam ad regẽ, altera in Angliam, auxilia peditum mitteretur. Et Francfortum concilium edixerunt, ad conveniendum ante Idus Ianuar. ut ibi de belli paciſque rebus communiter ſtatueretur. Ad iſtum modum bellum parũ proſperè à Ducibus & confœderatis civitatibus in Germania per aliquot menſes geſtum, exercituſq; tantus & tam

tam florens armis divulsus fuit. Cujus equidem rei tam infœliciter gestæ causam fuisse arbitror, quòd cùm duobus Ducibus consortibus æquatum fuisset imperium, æquata item potestas, parùm inter eos in rebus gerendis convenisset, & occasiones bonas castris Cæsarem exuendi elabi commisissent. Huic castra oppugnare volenti, obstabat alter: vicitque ferè semper ea, quæ infœliciter cadere solet in bello, deterior sententia. Vbi celeritate expugnatis ferè castris vincere potuissent, ibi cunctando & altercando eximentes tempus, victoriâ propè partâ uti, & vincere neglexerant. Nec postea quicquam memoratu dignum, præterquam ab Electore in Saxonia, gestum fuit: sed omnia paulatim ad defectioně specta re cœperunt. Civitates nihil amplius in stipendiũ conferre velle: omniũ animi rupto fœdere ad pacem petendã inclinari: pudêre tã segniter à suis ducib. quos belli artib. ingẽio, vel usu quẽlibet æquaturos crediderãt, omnia gesta fuisse: per quinq; mẽses nihil

Causæ cur bellum à confœderatis infeliciter gestum indicantur.

« hil aliud quâm æraria exhausta. Et
« cum castris tot tamque munita natu-
« râ sæpe loca occupassent, & Cæsarem
« alicubi nec vallo nec fossâ munitum,
« & ad omnem cladem opportunum
« habuissent, copijs item equitum,
« peditumque numero ante Burani ad-
« ventum inferiorem, nullâ celeritate
« in gerendâ re usi fuissent: sed sedis-
« se tantum, cœlum armis territantes.

Cæsar hostes insequitur.

Vbi verò Cæsar de hostium fuga cognovit, turmas aliquot levis armaturæ, ad iter eorum observandum, & ubi castra metarentur, subsequi jussit. Ipse paulo pòst cum robore hastatorum equitum Buranici exercitus secutus, tergum suum Germanicum equitatum, pedestribus copijs præsidio castris, & ad stationem agendam, imperiumque expectandum relictis, claudere imperavit. Simulatque cum his copijs ad eorum castra venit, hominum rerumque omnium vacua venit: celeratatemque fugæ ex saucijs relictis, fugientesque sequentibus ex intervallo, didicit. Interea speculatores reversi nunciant,

ciant, hoſtes tria paſſuum ferè millia inde proceſſiſſe: & tardius, ſed compoſito agmine moveri. Illicò levis armaturæ equitibus, ad carpenda terga, laceſſendumq; certamen præmiſſis, ſimul ut moram vadentibus injicerent, Buranicum equitatũ veſtigijs hærere mandat, ut ſi poſſet, ad ſtatarium prælium eos compelleret, aut palatos in fuga cæderet, inſequereturque. Ipſe cum equitatu Germanico turmales copias clauſit. Hippoſclopiſtæ jam præmiſſi, cum occupatis hoſtibus palantibus leviuſcula prælia conſerere cœperant: cum inſequentium equitum pavore trepidantes, in collem propinquum à ſuorum parte præceptum, à devijs callibus ſe recipiunt.

Stabant inſtructâ acie ſub colle in planicie diversâ Saxo & Heſſus, tanquam ad dimicandũ parati, ad quos illi qui collem inſederant, proſpecto equitatu Cæſaris ſe demisêre. Albanus collem ab hoſtibus deſertum conſpicatus, eum cum Hiſpanorum manu, & equitum parte invadit. Confœderati acie inſtituta tanquam ad dimicandum parati Cæſarem deludunt.

E regione hujus collis tumulus erat porrectior paulò, & inclivior: inter utrumque paulò plus quingentorũ passuum planicies extenta interjacebat. In hunc Hessus suos subducit, atque in fronte contra collem, quem Albanus insidebat, opera disponit: ut eum inde missilibus deijceret, & longius procedere & insequi prohiberet. Albanus situm ac Naturam extentæ vallis contemplatus, certam spem conferendæ pugnæ concepit: deduxitque illicò partem equitatus in planiciem, qui palantes sparsim ad pugnam provocarent. Inde alios illis hipposclopistas atratos summisit, qui procursando modò, modò cedendo, simulandoque callidè fugam, atque ad suos receptum, hostes ad certamen excitarent. Instruxerũt hostes in sumo tumulo omnes copias, quorum frontẽ & cornua ita operibus validè communiverunt, ut eò succedere sine clade, Cæsar non potuisset. Is ubi in collem ab Albano insessum venit, viam apud animum suum investigavit, qua illos ad certa-

men quamvis reſtitantes compelleret. Sed quia lucis parum admodum ſupererat: & miles faciendo itinere laſſus cibo & quiete reficiendus erat: tum autem, qui hoſtes in tumulo planè pernoctaturi videbantur (arguebant id non obſcurè lumina, quæ primo veſpere ignibus factis conſpiciebantur) properè in caſtra relicta rediјt: inde pedeſtrem exercitum, quem imperata operiri juſſerat, jam multâ nocte abducturus.

Secundâ vigiliâ in caſtra ad lunã revertitur, & celeriter quantùm erat copiarum vaſa colligere, & in aciem exire jubet. Ipſe leviter ſumpto cibo, quanta maxima celeritate inde rursũ ad Albanum, legionibus cũ impedimẽtis ſequi, & nuſquã viâ excedere juſſis, nocturno itinere contendit, ut prima luce ſilẽti agmine horũ omniũ ignaros hoſtes imꝓviſo opprimeret.

Tertiâ vigiliâ Albano, aut paulò pòſt, jungitur. Erat nox illa, ut hyberna, vehementer frigida: augebatque frigus atrox nebula, & prunis infeſtior: tum autem & nix, quæ

ceciderat, duorum pedum altitudine, militum jumentorumque corpora graviter afflictabat: quamobrem ignes in utrisque castris per totam eam noctem frequentes arsêre. Hostes pluribus locis lumnia, ut Cæsarianorum oculos ludibrio fallerent, in tumulo excitaverant: ipsi silenti agmine circa primam vigiliam castris excesserant. Sub exortum solis amnem Brentam, quem Prentium ab alijs dixi appellari, traducti, ad Heidenam arcem in agro Wirtenbergensi castra locarant.

Nudis manè castris inventis per exploratores, Cæsar rursus de spe sua dejectus, consilij anceps, quid facturus esset, fuit. Multa eum à persequendo hoste longius dehortabantur: nix multa ea nocte lapsa: acre frigus: lassitudo ab itinere, militum equorum corpora ægra: pabuli frumentique, quæ hostes passim vel absumpserant, vel secum avexerant, inopia, quæ magis eo crescerent, quo longius in hosticum eos insequeretur. Super hæc, vici, &
quan-

quantum ædificiorum, ac villarum passim obvium erat, miserabili strage vastatum jacebat. Cæterum priusquam exercitus ad caninam famem redigeretur, die ad reficienda alimento & ignibus corpora militibus concesso, insequenti nocte omnes copias in ea castra, quam Cæsaris dicta fuisse memoravi, retrò reduxit, ubi copiâ omnium rerum præsens inopia levata fuit.

Huc biduo pòst famâ ad Cæsarem allatum fuit, hostes Heidenam arcem postridie quàm venissent, reliquisse. Mirari Cæsar, quæ causa tam præcipitanter eos inde expulisset, cum ager Wirtenbergensis nulli ferè totâ Germaniâ frugum, aliarumque rerum exuberantiâ sit inferior.

Cæterum cùm atrox nivibus, & frigoris inclementia asperum anni tempus hyberna postularet, bifariam hic partiti copias fuere: ut earum quæ civitatum erant, pars Vlmam, Augustamquè mitteretur: reliquum exercitum Duces, quò vide- Saxo in suam ditionem properat.

retur, deducerent. Hos decem equitum vexilla, præter copias pedestres, quingentasque æneas machinas, sequebantur. Fama tum erat, eos cum exercitu in Franconiam, ibi hibernaturos, iter avertere. Diversum rursum, sed incertis authoribus vulgebatur pro comperto, exercitum ita distributum fuisse, ut Electorem octo peditum millia in Saxoniam, & duo equitum ad recipienda amissa sequerentur: Hessum cum duobus peditum millibus, & equitibus trecentis, quorum præsidijs oppida & arces maturè adversus ingruentem tempestatem firmaret, in suam provinciam properasse. Atque posteriorem hanc postea ipsa res comprobavit.

Landgravius Frãcofurtum tendit.

Lantgravius cum armatis Wirtenbergensi agro egressus, Saxone relicto, Kalend. Decemb. Francfurtum venit. Hic à decurionibus, & civium multitudine circumfusa oratus, ut rebus suis dubijs opem ferret, aut si minus, consilio saltem juvaret: „ fertur respondisse nihil aliud, nisi, Ut unaquæ-

unaquæque vulpecula suam caudam diligenter,& circumspectè tueretur.

Saxo simul pecuniâ exhaustus,per Sueviam, iter vertit: inde Gemundum, nullis præsidijs impositis munitam, concessâ oppidanis vitæ & fortunarum salute, in deditionem accipit,pecuniam pactus. Hac persolutâ,pridie Id. Decemb & ipse Frãfurtum contendit. Ab his novem aureorum millia poposcit, & pernumerata fuere. Mox eodem itinere quadraginta millia Moguntino imperantur. Inde Abbatem Fuldensem nimis quàm opulentum, & urbes plerasque ditionis Bambergensis & & Herbipolensis grandi ære mulctat. Cæsar acceptis his quæ impotenter à Saxone in Episcopos gerebatur, ad eos literas dedit, quibus movit ut præsentem fortunam paulisper utcunque ferrent, nec calamitas præsens quicquam eorum animos imminueret: se brevi id Duci gaudium effecturum. Saxonis & Hessi audacia consilia principio læta quidem fuisse, & nunc nihil aliud

Saxo Gemundum in deditionem acci pit.

futura. Se cum exercitu brevi superventurum, ut tragœdiæ ab illis cœptæ postremum actum addat.

Cæsar Bophingam in fidem recipit.

Dum hæc circa Franconiam agebantur, Cæsar Bophingam in deditionem accipit. Inde modico spacio abest arx provinciæ comitum Ottingensium. Milites qui in præsidio locati fuerant, extrema formidantes, qui paulò antè tollerabiles pacis conditiones aspernati fuerant, nudi & inermes dimissi abiverunt. Sequuta statim defectio est Norlingensium. Pridie quàm Cæsar Norlingæ appropinquaret, cohortes impositæ, quia in civibus parum spei & firmi præsidij esse videbant, relicta urbe, in arcem Comitum Ottingensium, naturâ operâque humanâ & præsidiis militum validissimam, profugerunt, Magistratus advenienti occurrit, & se suaque omnia, clavibus portarum, quas duo lictores de sparo pendentes medio humeris portabant, oblatis ultrò illi tradidit. Quatuor cohortibus Norlingæ in præsidio relictis, partem militum Hispanorum

Norlingensium defectio.

norum ad arcem, quam dixi, mittit. Hinc cùm crebrę eruptiones fierent, in eos Buranum cum Belgico robore submittit: à quo, cùm vim ultimam experiri præsidiarij non auderent, statim in deditionem accepta est. Quatuor his signa militaria adempta, præter arma. Sarcinas, & pacatè abeundi potestatem paciscentibus, negatum fuit.

Episcopo Augustano Norlingæ relicto, Cæsar nihil immaturo rebus gerendis retardatus hyberno tempore, Dinkelspulam ire perrexit. Huc præmisit Albanum cum cohortibus Hispanorum, ad pertentandos oppidanorum animos, quòd ab his nullæ adhuc legationes de pace venissent. Obstinaverant hi animis, omnem potius sortem oppugnationis experiri, quàm in Cæsaris potestatem se committere, Summâ ope parabant se dispositis per muros stationibus, ad oppidum defendendum. Id ubi vidit Albanus, undique id obsidere primùm, deinde blandimentis permulcere eos aggreditur: quibus cum ex- *Cæsar Dinkelspulam pergit.*

pugnari obstinati animi nõ possent, ad ultimum, minis perterrere, & ab omni parte oppugnare simul, undique admotis machinis, parat. Si muros quatere inciperet, nullas pacis conditiones admissum iri: viã prorsus veniæ præclusam: omnia prædæ data: ipsum oppidũ ferro & igni depopulandum. His minis territi, quòd captis nulla apud victorem venia foret, quod pertinaciter adeò abnuerant, extemplò dediderunt se. Duabus hic cohortibus in præsidio relictis, nihil moratus, postridie, dum recens terror esset, Rotenburgum movit. Bidui iter est à Dinkelspula.

Dinkelspula Cæsari sededit.

Rotenburgenses magnâ lætitiâ perfusi, quòd in finibus suis Cæsariana præsidia cernerent, oppido effusi, gratulabundi Cæsari obviam eunt, se suaque omnia victoris arbitrio permittentes. Hospitium commune militibus humaniter offerunt: commeatus pabulique pro opibus copiam. Nunquam, inquiunt, clementissime Cæsar in fœdere fuimus: pecuniam ad bellum non contulimus

Rotenburgenses Cæsari obviã fiunt.

mus: auxilia hostibus tuis non misimus: neque arma in universum contra te sumpsimus: officio, fideque erga te, qua hactenus, fuimus, cum quibusvis parati certare. Effusâ benignitate, munificentiâque Rotenburgensium Cæsar delectatus (nam ita rem se habere, postea comperit) oppidum intravit, ubi de hostium itinere paulò compertiora accepit.

Dum ista circa Rotenburgum geruntur, Lantgravius in Hassiam reversus, literas ad Mauritium generum suum dedit, ut publicâ fide datâ coràm de recōciliatione Electoris in gratiam, aliqua disceptaret. Mauritius publicam ei quidem pacem concessit, sed adscripsit quasdam conditiones. Hæ quia graves nimis fuêre vitæ, tutius per legationes rem experiri ratus fuit. Legati missi, Harmannus Hundelsusius, & Henricus Lersnerus. Postquam ad Mauritium ventum est, primò multa de jure & injuriâ belli disseruêre: inde de pace conciliandâ egerunt.

Lantgravius ad generum suum literas dat pro Electore Saxoniæ.

Ad quæ Mauritius: Bellum decre-

tum à Cæsare & Rege adversus patruelem, propè invitum se gerere: sine quorum consilio & authoritate pacem iniri non posse. Si pacem & veniam peteret, Rotenburgum ad Cæsarem proficisceretur. Certam spem affulgere, ab eo, qua est clemētiâ, omnia æqua impetraturū. Ita infectâ pace legati domum revertuntur.

Cæsar Buranum cū exercitu suo domū dimittit.

Inter hæc Cæsar Buranum è Rotenburgo domum cum Belgicis cōpijs dimissurus (quia rigor frigoris hyberni, & iter non solum longum, impeditumque saltibus ac montibus, sed etiam avijs callibus, altisque nivibus infestum, ab hoste insequendo deterrebant) pro operâ in bello fideliter navatâ, benignè multa cum eo colloquutus, amplissima dona in posterum vicissim promisit. Mandat simul, ut in itinere Francfurtum, quibuscunque posset artibus, vel spem amplissimorum beneficiorum ostentando, vel minis perterrefaciendo in potestatem cogeret. Eo dimisso, nihil amplius Rotenburgi commoratus,

oppi-

oppidis nonnullis quæ ad Rhenum vergunt, quibuſdam etiam Suevicæ provinciæ receptis, inde movit: ſecundiſq; caſtris Halam, Suevię nobilem ac opulentam urbem, quę admodum nuper à fœdere defecerat, venit. Moratus hic ſpe diutius fuit, quòd podagra per hyemis aſperitatem ſe reciperet.

Paulo antè Cæſ. quàm Halam peteret, literas ad Vdalrichum Wirtenbergenſium Ducem in hanc fermè ſententiã dederat. Quamvis aliquot antè annis propter bellum, abs te & Lantgravio adverſus fratrem meum motum, & agrum Wirtenbergenſem quo multatus fueras, receptum, in vos exemplum edere jure potuiſſem: noxam tamen omnem, & injuriam clementer, quia ſupplex petebas, tibi remiſi: omnemq́;, quam potui, munificentiam atq; humanitatem præſtiti. Nuper etiam ante hoc bellum ſuſceptum, pari benevolentiâ te minimè meritum proſequutus fui, cùm tyrañidem in tuos, finitimoſq; Imperij ordines iñaniter exerceres, neq; legibus

Cæſaris literæ ad Ducem Vvirtebergenſem.

legibus humanis, neq; rationis habenis coerceri posses. Legatos ad te misi, à quibus, q̃ ob causã arma ego sumpserim, cognosceres, quiq; tibi, ut ab armorũ societate abstineres edicerét. Tu his omnib. ludibrio habitis, volatâ fidei, q̃ mihi debes, religione, societaté & amicitiã cum hostibus meis inisti: quos proscripsi: quorum urbes oppida, arces, agrosq; non hastæ, sed armis subjeci, cũ his arma ac vires cõsociasti. Et ne qua contũelia, ludibriumq; prætermitteretur, confœderatorũ tuorũ opibus fretus, fratris mei primùm, deinde quorundã ex Ordinib. Imperij, adeoq; mea, quæ ad Imperiũ pertinent, oppida armis non petiuisti modò, sed etiã invasisti. His nõdum, quamvis gravibus & atrocibus flagitijs expletus, bellũ insuper, qua fuisti amentiâ, mihi fecisti: maiestaté meam dictis virulentis imminvisti: meã authoritaté decusq; elevasti: omnéq; in id operã sedulò navasti, ut me Imperatorio splédore exueres: renũciatâ eâ, quâ mihi obnixius es, fide q̃ sociorũ coniurationi posthabuisti.

Super

Super hæc, copias cum insaniæ tuæ conjuratis socijs in me armasti, & conscriptas mihi frequenti acie obie cisti, prius multis & meis & fratris clientibus memorabili rerum suarum naufragio afflictis. Eadem proinde mulcta, & strages fortunarum, ut majestatis reum, quæ alios, te quoque manet. Hæc quanquam ita se habent, & causæ, cur in te ultimo humanorum supplicio animadverte re possem, compârent, uti meritus es: ne tamen plebs insons, cui plus misericordiæ, quam tuæ causæ spei debetur, rei Principis peccatum luat, (huic omninò parcere stat sententia) edico, ut extemplò, simul meas literas acceperis, te ultrò mihi dedas: omnem tuam provinciam, urbes, agros, castella, quantum denique fortunarum tibi est in jus meum tradas, ut de his ex meo arbitrio consulam. Et ni imperata feceris, ferro & igni populabor omnia: teque bello, donec oppressero, usque persequar. Porrò literæ tuæ expurgatoriæ quas quatuor hinc dieb. ad me dederis,

ris, non faciunt mihi satis: neque ejusmodi sunt, ut hoc tuũ facinus vel extenuare, vel excusare queant. Harum literarum exemplum Cæsar ad ipsius civitates dedit: simulque remisso illis jurejurando, quo Principi suo devincti erant, imperavit, ut in proscriptorum numero eum haberent, neu in posterum ei fidem aut obedientiam ulla in re præstarent. Quod nisi facerent, se pro hostibus ipsos quoque habiturum, parque Principi infortunium daturum.

▼Wirtenbergensis literis Cæsaris maximè consternatus in arcem Tuelam fugit.

Lectis his, Wirtenbergensis immodicè perculsus fuit: multo verò magis ubi audivit per certos, belli apparatum omnem, ac terrorem in se cõverti: & jam etiã (ut paulo pòst narrabitur) Albanus tabellionem cum infesto exercitu ad fines ditionis suæ subsequi. Relictâ extemplò provinciâ suâ, cum paucis in arcem Tuelam fugit. Sita ea arx est in prærupto undiq;, & excelso loco, propè ullâ operâ humanâ inexpugnabilis, (valido imposito præsidio, extra Wirtenbergensis agri terminos.

▼Wirtenbergensis Cæsari rescribit & veniam petit.

Ibi,

Ibi, priusquam Albanus ditionem suam intraret, tempus ratus suppliciter agendi, literas invicem ad Cæsarem dedit in hanc sententiam. Doleo ex animo, clementiss. Cæsar, in id odij me apud te incidisse, ut impetrandæ nullus mihi locus st relictus: quare nihil acerbius mihi potuit accidere. Multo verò magis percellor, quòd plus ira tua, ob admissum crimen, quàm misericordia hic valeat. Cùm enim amicorum quidam pro me sunt deprecati, & ipse haud ita pridem, datis literis, non absque lacrymis hanc noxam mihi condonari orarim, nihil æqui exoravi: cur, quô me vertã nescio. Et tamen eam spem veniæ plus in misericoria tua, quâm fiduciæ in mea causa posui semper, & adhuc retineo: neque diffido, quin ira in me concepta aliquando sidat, ut omnibus supplicibus veniam dare soles: Documento mihi sunt quorundam exempla, nondum vetustate exoleta, & memoria adhuc recentia, quæque in conspectu propè adhuc versantur, quibus inter Ordines Imperij multo

ris, non faciunt mihi satis: neque ejusmodi sunt, ut hoc tuũ facinus vel extenuare, vel excusare queant. Harum literarum exemplum Cæsar ad ipsius civitates dedit: simulque remisso illis jurejurando, quo Principi suo devincti erant, imperavit, ut in proscriptorum numero eum haberent, neu in posterum ei fidem aut obedientiam ulla in re præstarent. Quod nisi facerent, se pro hostibus ipsos quoque habiturum, parque Principi infortunium daturum.

Virtenbergensis literis Cæsaris maximè consternatus in arcem Tuelam fugit.

Lectis his, Wirtenbergensis immodicè perculsus fuit: multo verò magis ubi audivit per certos, belli apparatum omnem, ac terrorem in se cõverti: & jam etiã (ut paulo pòst narrabitur) Albanus tabellionem cum infesto exercitu ad fines ditionis suæ subsequi. Relictâ extemplò provinciâ suâ, cum paucis in arcem Tuelam fugit. Sita ea arx est in prærupto undiq;, & excelso loco, propè ullâ operâ humanâ inexpugnabilis, valido imposito præsidio, extra Wirtenbergensis agri terminos.

Virtenbergensis Cæsari rescribit & veniam petit.

Ibi,

Ibi, priusquam Albanus ditionem suam intraret, tempus ratus suppliciter agendi, literas invicem ad Cæsarem dedit in hanc sententiam. Doleo ex animo, clementiss. Cæsar, in id odij me apud te incidisse, ut impetrandæ nullus mihi locus st relictus: quare nihil acerbius mihi potuit accidere. Multo verò magis percellor, quòd plus ira tua, ob admissum crimen, quàm misericordia hic valeat. Cùm enim amicorum quidam pro me sunt deprecati, & ipse haud ita pridem, datis literis, non absque lacrymis hanc noxam mihi condonari orarim, nihil æqui exoravi: cur, quô me vertā nescio. Et tamen eam spem veniæ plus in misericoria tua, quâm fiduciæ in mea causa posui semper, & adhuc retineo: neque diffido, quin ira in me concepta aliquando sidat, ut omnibus supplicibus veniam dare soles. Documento mihi sunt quorundam exempla, nondum vetustate exoleta, & memoria adhuc recentia, quæque in conspectu propè adhuc versantur, quibus inter Ordines Imperij multo

to majora facinora condonaris. Si ad aures tuas nuper meas legationes admisisses, nō dubito quī multo clemētius fuisses mihi responsurus. Itaque supplex ad genua tua protensis manibus provolutus, lacrymis fatigo te, ac lamentatione veniam ac pacem oro. Quam etsi nō meruerim: & majestas Imperatoris, unde jus stat, mihi jure suo eā negare potest, propter Christū tamē, ad cujus exemplū cùm omnib. mortalibus, tum inprimis Monachis qui secundùm Deū in rebus humanis plurimū possunt, respiciendū est, velim ignoscas, ne quid gravius in me miserum Principem, sorditatum, & miseriorem ipso Principe populum decernas. In hanc sententiam ille, decimotertio Kalend. Ianuar.

Fridericus Palatinus purgandi sui gratia ad Cæsarem properat.

Fridericus Palatin. & ipse ab eventu belli totus pendens, consternari animo, & sibi timere cœpit: initio enī inchoati belli quadringētos equites è fœdere contra Cæsarē in hostiū castra cōtulerat. Anceps āimi diu quid incœptaret, tandē p amicos deprecatores obtinuit, ut q̄ primū fide publicâ acceptâ, ad Cęsarē purgādi suicau-

ſa acceleraret. Palatinus lætus aditũ ſibi ad Cæſarẽ patefactũ haud cũctatus Halam venit. In cubiculũ admiſſus, ſupplex illius pedib. advolvitur: deprecatusq́; culpã fuit, ꝙ adverſus eũ auxilia hoſtib. miſerit, id à ſe non hoſtili animo fuiſſe factũ, ſed quorũdam blandimentis & ſpecioſis verborum illecebris perpulſum. Quorum fidei ac amicitiæ tantum tribuiſſe, ſe pœnitere: eamq́; pœnitudinẽ lacrymis teſtari. Orare noxæ abolitionem, qua ſẽper fuiſſet clementia. Se dedere Cæſari, ſuaque omnia ei permittere, licet non depoſcatur: & imperata obedienter facere paratum.

Palatinus Halam venit & Cæſari fit ſupplex.

Cæſar orantem cùm interpellaſſet graviter increpuit: in quem cum tam multa & præclara beneficia ab ipſis propê incunabulis extarent, auſus tamen fuiſſet externum fœdus ſuę amicitiæ & affinitati anteponere. Quæ, inquit, beneficia majora in te conferre potui, q̃ quæ mea benignitate, nullis tuis meritis, à primis pueritiæ rudimentis penè ſis conſecutus? In regia mea liberaliter habitus, educatusq́; es. Et cũ conſangvinitate mihi jũ-

Cæſar Palatinum graviter increpat & tandẽ in gratiã recipit.

ctus sis, neptem tibi in connubium quo arctius mihi te devincirem, locavi. Et tot nominibus mihi obnoxius, hostes insuper meos auxiliaribus copijs & opibus tuis juvas: has mihi gratias refers. Licet ista refellere nequeas, pluris tamen affinitatis jus apud me est, & primæ educationis ratio, quàm accepta contumelia: quam tibi, quia lamentationes supplex, & lacrymas precibus miscendo oras, libens condono. Illud interim moneo cogites, ut deinceps non solum des operam ad sinistras suspiciones evitãdas: sed etiam, ut obsequijs me obnixius ac plenius emerearis: hocque dedecus genti tuæ, inustum officio, fide & benevolentiâ cum summis & maximis certando, aboleas.

Pauca ad ista Palatinus, quibus excusare conabatur, submissè subiecit: quæ etsi perexiguum momentum ad defensionem causæ haberent, plus tamen apud Cæsarem consangvinitatis, affinitatisque necessitudinis vinculum simul & veneranda tanti viri canicies, & effusæ in grandi ætate inter preces verecundamque ex-

cusationem, lacrymę valebant, quam admissa noxa. Reconciliatus ad hunc modum Cæsar in gratiam fuit Palatinus: ac domum regresso omnia integra, pacataque remanserunt.

Belli principio Palatinus ex Argentorato Paulum Fagium ad constituendam ecclesiam suam evocarat id incœpti in hoc rerum statu, & Cæsaris fœlicitate, irritum fuit.

Vlmenses Cæsari supplices fiunt.

Sub idem tempus Vlmensium legati Halam venerunt, quo tempore adhuc Palatinus apud Cæsarem graviter ex pede laborantem morabatur Legatis dies adeundi Cæs. datus fuit. Vbi ad eum præsente Palatino intromissi fuerunt, ad genua illius provoluti, supplices pro reipub. suæ salute verba fecerunt. Princeps legationis, quæ à Séatu in mandatis habebat, ita exposuit, ut diceret: Senatum populumque Vlmensem se in Cæsar. agnoscêre peccasse, quòd adversus eum non modò auxilia hostibus summisissent, opibusque juuissent: sed ad arma sumenda socias etiam civitates excirassent, quæ quieturæ forsan fuissent.

ſent. Multitudinis clamorib. & quorundam magnificæ in ſpeciem promittentium perſuaſione blandâ perpulſos huc fuiſſe. Sed cùm nullum ſit delictum, quamuis enorme, de quo mortales confiteantur, quod divinâ bonitate non remittatur: in ſpem eſſe Cæſarem quoque divinam clementiam ceu ſcopum & exemplum imitatum, ſibi hanc vnam noxam quoque remiſſurum: maximè cum videret ſupplices & ultrò advenientes (id quod prœnitudinis argumentum eſt humi ad pedes ipſius effuſos. Paratos eſſe ſe, & obedienter imperata omnia facere, & fide officioq; erga Imperatorem cum quibus libet certare in poſterum.

Cæſar Vlmenſes in fidem recipit.

Tum Cæſar: Etſi ob admiſſam noxam vos agris, legibus, & veſtræ libertatis viribus rectè multare poſſem, id quod ne vos quidem diſſimulatis, cùm extrema omnia humanorum, quòd arma contra me ſumpſiſtis, vos meritos ſatis confitemini: tamen quia ultro pacem petitum, de crimine veſtro confitentes, ſuppli-

ſupplices venitis, numen cœleſte lubens imitabor, condonando peccatum: quòd videam id Imperio eſſe utile, & in præſenti neceſſarium. Legati hoc pacto impetrata pace, domum læti revertuntur,

Hæc Vlmenſium defectio ad Cæſarem, incredibile attulit rebus ejus momentum: quòd eorum opes inter Suevos, & Auguſtanorum, tum maximæ eſſent, & autoritas. *Vlmenſiũ defectio Cæſari multum profuit.*

Quamobrem, cùm ſociæ civitates quæ in fœdere adhuc obſtinabant, eam rem indignè ferrent, Vlmenſes factum literis ad amicos datis ita excuſarunt, in exitu menſis Decembris quòd Cæſar urbem primo quoque tempore, cum ex hybernis per exaſperatum frigore cœlum movere daretur, obſeſſurus diceretur: nec in ullo aliquam opis ſpem viderent, ab omnibus fermè ſocijs deſerti: præcipuè quod Suevia vacua jã ab auxiliarib. armis eſſet. Si obſidio ne prǽerentur, â nullo affulgere ſubſidij ſpem, ut ea eximerentur. Super hæc, nonnullos ſociorum indies per amicos occultè apud Cæſarem de reconcilia- *Vlmenſes factum ſuum excuſant.*

tione & impetrandâ veniâ agere. Itaque necessitate ad agendum de pace se adactos. Centum millibus aureorum Vlmensibus in præsenti imperatis, & duodecim æneis machinis, decem peditum signa Cæsareorum urbi præsidio sunt imposita.

Cæsar Halâ discedit & in agtũ VVirtenbergensẽ tendit.

Brevi pôst ex Hala movit Cæsar: & Albanum ad depopulandum agrum Wirtenbergensem hostiliter cum parte exercitus præmissum, ipse cum reliquis copijs sequutus fuit. In Albani exercitu, qui ex Italis maximè & Hispanis constabat, aderant Schamburgius & Madrucius. Harum gentiũ cohortes ob hybernæ intemperiei intollerantiam ad incredibilem paucitatem redactæ fuerant. His equitum Germanorum turmæ aliquot admistæ erant, & cataphracti equites quingenti, cum quibus paucis antè diebus Spinellus è Neapoli magnis itineribus, per plana & abrupta, altasque nives venerat. Cum his Albanus, Cæsare lentius insequente, agrũ Wirtenbergensem prædabundus ingressus, prima irruptione aliquot castella

castella vi recepit, nonnulla metu & pavore iniecto in deditionem accepit.

Albanus Heilbrūnū in Cæsaris potestatē redigit

Progressus inde, Hailbrunum, terrore vi capiendi muros, & trucidandi omnes qui vel in stationibus, vel in publico cum telo deprehenderentur, facto primo impetu in potestatem redegit.

Dux VVirtébergēsis legatos ad Cæsarem mittit.

Dux ubi è nuncio in arce, in quam eum fugisse demonstravi, cognovit agros vastari, prædas hominum pecorūque agi rapiq; : arces omnes, paucis exceptis natura munitis, à Cæsare capi & oppida adempta, totam denique ditionem ad defectionem inclinatam, se quoque omni armatorum agmine quæri: tum maturandi tempus ratus legatos celeriter Cæsari obviam misit per quos imperata se facturum nunciari iussit. Deprecabatur pro eo Palatinus, ut mitigatâ irâ victoris, veniam tollerabili mulctâ consequeretur.

Cōditiones pacis VVirtébergensi præscriptæ.

Pax data illi est per necessitudinem Palatini, his conditionibus: ut tertio Nonas Ianuarias anni sequentis, qui fuit quadragesimus septimus supra millesimū & quingentesimū leges in

P

quas conveniret, capesceret. Fuerunt autem hæ, transmissæ illi à Cæsare in hanc formam, Quoniam autem Dux Vdalricus propter adversam valetudinem, quam per legatos excusat, ipse ad Cæsarem venire non potest, extemplò nulla mora legationes mittat, qui suo nomine supplices de peccato confitentes veniam poscant, & pacis conditiones præscriptas ratas firmasq; habeant. Quin ipse Dux hoc ipsum intra sex dierum hebdomadas faciat, & Cæs. decreta de communibus Imperii rebus, ut sancta & inviolabilia tueatur. Saxoni nulla Hessoq; equitum peditumue auxilia mittat: sed secum adversus hostes suos arma sumat, ubi proscriptioné exequi voluerit. Suam amicitiá & societatem illorū necessitudini & præoptet, & anteponat. Nulla hostibus commercia in agro Wirtenbergensi sint. Ipse nullum fœdus aut societatem ineat, in qua Cæsar, eiusq; frater Ferdinandus, & Austriaca familia non contineatur. Si qui stipendio inauthoritati, adversus Cæsarem, Ferdinandum, gentemve Austriacam arma moverint, in eos fer-

ro animadvertat. Nobilitatem ſuam, purpuratosq; iuramento illiget, ne cõtra Cæſ. militent. Cæſari omnia tuta per provinciam ſuam perpetuò ad cõmeãdum faciat. Machinas ſociorum in ditione Wirtenbergenſi relictas, cum curâ & fide Cæſari tradat. Trecenta Cæſari aureorũ millia, in ſumptus in bellũ factos, ſolvat. Huius pecuniæ dimidiũ præſenti, dimidium reliquum intra vigeſimum quintum inde diem pernumeret. Cæſari Aſpergum, Kirchenum & Schorendorfum arces, non ſolum quòd præter tormentorum vim, annonâ omne genus in multorum annorum longam obſidionem inſtructæ, locorumq; naturâ munitæ eſſent, ſed etiam ad totam eam ditionem coercendam, retinendamque ſub imperio opportunas, Cæſareo præſidio impoſito, pignori tradat. Quibus hoc bello damnum dederit, id ſarciat. Si de eo ambigatur, id Cæſare diſceptatore componatur. Si lis illi, filiove diſceptanda in Burgundiæ ſuperioris terra oriatur, eius loci conſuetudinẽ forenſem ſervet. Si qui ſint in ditione Wirtenbergenſi,

qui in potestatem, fidemq; Cæsaris deditione voluntariâ concesserunt, fraudi id ne detur. Ferdinando fratri ius suum inter has pacis conditiones relictum sit integrum. Hæ pacis leges ita forent ratæ, si à filio eius Christophoro, & gente universâ Wirtembergensi intra sesquimensem comprobarentur. Georgius huius frater in hac pace non continebitur.

Pax confirmatur inter Cæsaré & VVirtébergensé

Ad istum maximè modum legibus pacis Ducidatis, quinto die mensis Ianuarii legatos ipse Hailbrunum, graviora maturè prohibituros, misit. Legati erant Balthasar Gultlingus, Ludovicus Frauenburgus, & Ioannes Feslerus. His ubi copia conveniendi Cæsarem facta fuit, primùm quòd erat occupatum arbitrati, dubiam Principis valetudinem excusarunt, cur minu ipse veniret. Sibi permissum, ut ea qua cum Cæsare transigerent, de pace, rat ipse esset habiturus. Ducem agnoscer culpam ac dolere, se eius maiestaten imminuisse: orare igitur, ut in gratian recipiatur: ut sibi parcat, neu qui gravius in universam gentem, à qu

culp

culpa abest, statuatur. Quas conditiones pacis Cæsar dictasset, firmas eum, ratasque habere: tantum ne quid acerbius acumuletur. Ad ultimum, Ducẽ ad Cæsarem venturum supplicem, ubi per valetudinem integrum esset. Nec unquam hoc tantum beneficium ac gratiam apud immemorem positum iri.

Cæsar per navium, gratum sibi respondet esse, quòd de peccato suo ultrò confiteretur, ac preces insuper confessioni misceret: quibus satisfactum sibi duceret. Recipere eum in gratiam, ac parsurum populo: quem nõ esse æquũ, scire se, Principis peccatum luere. Id superesse tantum, ut pactionum & officii memor, in fide deinceps manet: neu committeret, ut alienam amicitiam suæ in posterum præoptaret. Cæsarem in eâ spe esse, & suâ clementiâ promeruisse, ut id præstaret. Legati hoc maximè pacto firmatâ pace domũ sũt reversi.

LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII HISTORICI DE BELLO Germanico

LIBER SEXTVS.

Buranus Hassiam infestat.

IN exitu annus erat, cùm Buranus infesto exercitu populabundus Hassiam ingressus, ea parte quæ proxima Francforto est, latè omnia vastaret. Oppidum Darmstatum ad ripam Rheni obsidere primum, inde oppugnare, agrum Francfurtiensem ingressuro opportunum, parabat. Ad quod haudquaquam diu cunctandum propter infestum temporis hyberni frigus ratus, undique scalas ad stantia mœnia inferri, & machinas admoveri iussit. Diffisi oppidani, adversus vim muros globis iam quassatos, disiectosq; diutius se tutari posse, pacti vitam, & fortunarum omnia integra, oppidum dediderunt: arcem Buranus tamen incendio evertit, & pepercit oppidanis. Pro-

Buranus Darmstatum occupat.

Progressus inde Francfurtum fuit. Hanc urbem cùm nullum præsens cōsilium per vim capiendi videret, constituit eâ omissâ in Belgicam procedere: nam Mœni fluminis altitudo aditū non patiebatur. Et immodicum frigus, ad omnia militaria munera militem inertem & segnem reddiderat. Super hæc, pestis & dysenteria ex hybernis incommodis graviter corpora affligtabant, ut nulla spes eius potiundæ urbis affulgeret. Præterea, quòd civium frequentiâ, & imposito præsidio, validè contra omnem vim munita defendi potuisset. Copias tamen ita partitus fuit, ut partē Rhenum traductam ad Moguntiam se operiri iuberet, ipse cum reliquis copiis Francfurtum fortunam periclitaturus iter verteret.

Francfurtienses audito Buranum cū exercitu ad urbē accedere, (quanquā iis copiis ad vim faciendam nō sufficiebat) legatos advenienti obviam miserunt, per quos se illi permiserunt. Potitus ad istum modū Francfurto Buranus fuit, cùm nihil minus quàm voluntariam deditionem, aut legatos obvios expe- Francfurtienses ex timiditate Burano se dedūt.

ctasset. Ingressus urbem, obviâ humanitate (nam pacti ab eo legati fuerant, ne in corpora civium, aut fortunas sæviret) exceptus fuit. Ferunt eum in solenni convivio, quòd publice à Senatu parari iussum fuerat, cum in multũ vini processisset, ludibundum in Senatum iocatum, qui tam trepidè advenienti cum dimidia parte exercitus, & ea quidem, diversis morbis afflicta, itinere faciendo lassa, & per frigus inerti, urbem tam validè munitã dedidissent, cuius muri vel ipsius Cæs. robur sustinere potuissent Darmstatanos Francfurtum inhabitare debere, qui fortititer ac intrepidè primam oppugnationem sustinuerat. Contra Francfurtienses, qui ne muros quidem suos vulnerari ictibus passi fuissent, Darmstatum deducendos.

Causa cur Frãfortiẽses deditionem fecere.

Voluntariæ deditionis causa vulgò credita fuit, defectio Vlmensium, Palatini, & Wirtenbergensis Ducis: & altera, metus, ne celebres eorum mercatus Moguntiam, aut in alium locum mercatoribus opportunum à Cæs. sublati transferret. Rumorẽ, sed veritate ad liquidũ nõ explorata, spargebat Mo-

guntienses & Wormacienses certatim apud Cæs. instare, ut nundinas ad se attraherent.

Buranus extẽplò literas ad Cæs. de rebus in reditu fœliciter gestis misit: iussitq; Francufurtiensibus, cũ nuncio legatos simul ad eum mittere, de impetranda pace. Hi biduò post nuncium sequuti, ubi ad Cæs. venerunt, iisdẽ fermè cõditionibus, quib. aliæ civitates, pacẽ octuaginta aureorũ millibus mulcta imperata obtinuerũt. Et ut in fide manerent, 12. peditum signa, cũ quibus Buranus urbẽ ingressus fuerat, præsidio relinquere voluit.

Franfurtienses pecuniã à Cæsare pacem redemerunt.

Dum ista à Burano gerunt XI. Kal. Ianuar. Saxo Elector in Saxoniam rediit cũ exercitu: ubi omnia ferè sua armis à Rege & Mauritio, ut antè per literas acceperat, occupata offẽdit. Literas statim ad Ordines Mauritianos misit in hanc sententiam. Quod ad literas vestras, quas V. Idus Octob. ad me dedistis, nihil respõderim, studio id à me factum est, ut eventum belli cœpti expectarem. Cæterùm quid interea, & qua fortuna sit gestum, liquidò

Saxo in Saxoniã redit, & omnia occupata offendit.

constare arbitror. Etenim huius rei nihil unquam, neq; à Mauritio principe vestro, neq; à vobis, vel propter nostrã agnationem, vel necessitudinem & fœdus, vel mea in illum merita, expectavi, ut has mihi gratias benè promerito haberet. Quis unquam ausus fuisset mihi polliceri, ut is talem se in patruelẽ suũ, meamq; gentem aliquando præstaret? multo verò minus vos, & authores huius belli tam nefarii, & concitatores, ad eã rem quæ ad vestræ ditionis vastitatẽ spectet, futuros fuisse. At vobis reor placuisse hoc tempus, & hanc procellam visam fuisse opportunam, qua nonnullorum ordinis vestri seditiosa, quæ iam olim parturivêre, sed semper à Deo retusa, consilia aliquãdo parerent. Reputate apud animos vestros, cuiusmodi illud fuit, ad quod Georgio Duci authores fuistis, ut fratrem suum, & fratris liberos ab adeunda hæreditate excluderet, idque solum ob mutatæ religionis statum: & Cæsarem Carolum & Regem fratrem hæredes faceret, nisi veterem religionem in integrum restituerent. Quòd eo testamento irrito, hære-

dita-

ditarium ius integrū in universum ad Henricum fratrem eius, salvâ doctrinâ de religione devolutum sit, id partim mihi, partim sociis quibusdam, qui ad eam rem strenuam operam navarunt, acceptum ferendum est. Ille, licet communi religione & doctrinâ susceptâ in fœdus quoque adscriptus fuerit, (extant tabulæ de ea re confectæ) vos tamen, quia de priori illa spe decidistis, illi & Mauritio concitatores fuistis, ut in diversam sententiam raptus, à fœdere abscederet. Iam mortuo Henrico, filii patris vestigia ingressi sunt. Sed quorum impulsu, nulli obscurum existimo: nempe vestro. Ac velut ditionis ius frustra vobis obtinentibus, ad Henricum primum, inde ad eius liberos hoc pacto translatum fuit: ita illa necessitudo coniunctissima, quæ mihi cum Henrico fuit, vehementer vos discruciavit. Laborastis huc sedulò manibus ac pedibus, ut illa dissiliret. Neque verò labor ille vester, & opera huc navata, frustra certè fuit. Nam quod illo superstite perficere nequivistis, id per filios eius ad ultimū obtinuistis, præcipuè p

Mauritium: de quo eximiæ virtutis, & heroici animi spem existimationéq; conceperam. Etenim illum ante quinquennium, post susceptum principatum, in me ita demeritum extimulare cœpistis, ut ea ipsa res in magnas curas excesserit. Et tamen, quamvis ex disceptatoris Lantgravii Philippi authoritate coorta tẽpestas brevi tempore quievit, cautumque fuit simul, ne quid tale unquam in reliquum eveniret, sed fœdus nuper ictum inviolabile & sanctũ in omnibus rebus haberetur: vestro tamen consilio perfectum est, ut ipse & frater eius Augustus meam absentis provinciam invaderent, agrosque abacta hominum pecorumque præda ferro & incendio popularentur. Quod tanto mihi acerbius est, quanto magis ista literis ultro citroque crebris, & callidè humanitatis omnis refertis dissimulata fuere. Huc accedit, quòd ad Lantgravi , & omnium sociorum fœderis preces ille obsurduerit. Illud meũ etiam animum haud mediocriter turbat, quòd tam hostiliter meum populũ Saxonicum in agris tanta strage devastarit,

ſtarit,quem per milites barbaros,& externum exercitum immiſſum, omni rapinarum & latrocinii genere, imo latrocinantium more crudeliter vexavit. Super hæc, eccleſiarum miniſtros exturbavit, doctores verbi divini profligavit, tot virgines ſtuprandas obiecit, viduas fortunis ſuis eiecit. Harum rerũ Deum iuſtum vindicem aliquando futurum, licet tardè, credat. Horum obliteranda memoria eſt. Illud maximè omnes meas rationes perturbavit, & nihil æquè adhuc dolet, atque illud nefarium factum, ab eo, ſed vobis impulſoribus, perpetratum, in quod rabie plusquam beluina prorupit. Dicite per Deum immortalẽ,quis illum eò amentiæ induxit, ut meos agros, oppida, arcesque invaderet? tam hoſtiliter populabundus omnia ferro & igni ſine diſcrimine ſterneret? Prætexit imperiũ, obtendit mandatum Cæſaris & Regis. Num igitur cenſendum, alienam propinquæ ac cognatæ amicitiam,coniunctionemq; præoptandam? & externas domeſticis opes anteponendas? Deniq; fœdera duabus noſtris familiis, & utri-

que genti communia? Quòd verò ad ea quæ cõtrovertuntur, de nulla re nobis, nisi de Religione cum Cæsare & Rege certamen est, & ab initio hactenus fuit. Porrò crimina quæ nobis impingũtur, ficta sunt, & sutelæ meræ, ad religioné euertendam consutæ. Hinc bello petimur & infestamur. Si vos huc illius, ut fertis, imperium acuit, multo iustius rei indignitate moveri debetis. Cur nõ apud animos vestros reputatis, fas æquúmve ne sit, imperium tã nefarium, iniquum, & ab humana ratione alienũ. illum vestrum principem exequi, an non? Ita se res habet, animum pravis affectibus multo antè corruptũ in consilium adhibuistis. Vobis plus meæ ditionis potiundæ spes affulsit, quàm æquitas & incorrupti iudicii ratio placuit. Ni ita esset, vel ipsius rationis norma vobis hoc dictasset: cũ indicta causa condemnati contra leges humanas essemus, hanc proscriptionem cum legibus gentium humanarum, cum iure ac fœderibus, quibus ille tenetur, ex diametro pugnare. Illud ipsum Mauritius expendere potuisset, nefas esse

esse, imperio tam iniquo, ne dicam impio parere: & salutem communem, quam respexisset, illi præoccupandam fuisse. Verùm scelerati Doëgi vestigia, ad præcipitandum se ingredi, ac necessitate simulatâ flagitium suum palliare maluit, quàm apud se æqui & boni rationem trutinare. Illud ad rem exiguum momentum confert, quod negetis eum huius rei quicquam unquã perpetraturum fuisse, ni Rex meos agros infesto exercitu ingressus fuisset. Multo id aliter se habet, ut à rectis viris accepi. Primùm omnium satis constat, id quod inficiari non potestis, vos & Mauritium ista à Cæsare & Rege iam olim Ratisbonæ primùm, deinde Pragæ secretò solicitis precibus contendisse, id quod dies ipse olim satis coarguet. Iam verò hoc scelus paucorum studio, non communi gentis consilio & arte consutum fuit. Nunc postquam è benignitate opeq; divina cum exercitu incolumi ad provinciæ meæ fines perveni, acceptam iniuriam pari benevolentia remetiri Mauritio stat sententia: nihilque intentatum relinquere,

quere, quod ad mea tuenda primùm, inde ad recuperanda amissa superesit. Vos præterea, præcipuè huius nefarii consilii authores, mihi pœnas dabitis, ut eius atrocitatem pernoscatis. Et quãquam mihi ægrè est, huc rerum perventum esse, & malis patriæ communis moveor: tamen quia orsum à vobis prius profectum est, & necessitas rei huc urget, acceptam iniuriam pariter rependam. Super hæc memineritis, quicquid deinceps vobis calamitatis oborietur, haud mihi, sed vobis imputatum iri. Addam & illud, ne insontes malevolorum culpam luant, si qui vestrûm sint, qui se ab hoc consilio alienos probaverint, expurgationem accipiam.

His literis in conventu Ordinum lectis, varius fremitus, murmurq; excusantium se, culpantiumq; alios, invicẽ obortum fuit. Vtrum ad Electoris literas, aut quid responsum fuerit, compertum non habeo.

Confœderatæ civitates in Suevia

Interea in Suevia coniuratæ civitates, Francfurtiensium exemplo maximè motæ, ad Hailbrunum Cæsari recon-

conciliatur. Postridie, quam Francfurtiensium legati discesserant Hailbruno, Campidonenses, Ravesburgenses, Isnenses, supplices legationes miserunt. Hæ pro defectione pœnam deprecatæ, culpam partim in errorem, partim in quorundam blandas persuasiones transtulerunt. Ad te, inquiunt, Cæsar, ut clementiæ humanæ speculum, receptum habemus. Obtestamur supplices, ut id quod à nobis peccatum est ignoscas: & restitutis in pristinum statum, patria iura, libertas, leges, privilegia, omnia denique publica privataq; integra relinquantur. Obedientes posthac in fide & amicitia permansuri sumus. Francofortiensium exemplo omnes se Cæsari subjiciunt.

Cæsar amicitiam & fidem supplicibus ita dedit, ut devincti communibus Ordinum pactis, obediētes in fide persisterent: cum aliis benevolentia & officio pro se certarent. In iisdem conditionibus expressum fuit, ut à Saxonis & Hessi abnegato fœdere cederent: iis nullam opem, neque consilio, neque armis, neq; pecunia ferent. In nullum fœdus contra se discederent. Memmingis Cæsar eas in fidem & gratiam recipit.

ut Regem ad mandatum illud abolendum inducerent: esse etiam id eiusmodi, quod ad Pragensium libertatem opprimẽdam spectaret. Ei se sine infamiâ & sempiterno dedecore parêre nõ posse: quod, cùm ab Electore nullam iniuriam priores accepissent, iniusta in eum arma sumerent. In multis, quod ad religionis negocium, inter se convenire. Præterea in Turcarum impetu propulsando, semper eius studium mittendo auxilia, aut argentum in stipendiũ, apparere. Ferdinandus Rex ad ea: Non bellum illi fieri propter religionem, sed ob rebellionẽ. Quod de auxiliis in Turcam: haudquaquam ita esse, verùm longè aliter se habere compertum. Eum nuper admodum secretò per internũcium, ad inferendum Hungaris & Bohemis bellum Turcam sollicitasse, ut pactas inducias primo quoq; tempore rumperet. Quod ut pronius fieret, se quoque in armis circa citeriores terminos regnorum futurum.

Cæsar Mauritio Brandebur-

Cæsar ubi ex literis Mauritii cognovit, in quanto discrimine esset: ægrè se duabus urbib. reliquis omnibus amis-sis,

ſis, protegere: Albertum Brandeburgẽſem cum delectis equitum peditũq; copiis illi auxilio miſit, ac Marignanũ, & Sandæũ cum Hiſpanorũ Italorumq; cohortibus ſubſequi eius veſtigia iuſſit.

Brandeburgenſem auxilio mittit.

Interea Cæſar Vlmam, Eslingenſibus & Lindavienſibus in itinere in fidẽ acceptis, venit. Sed antequã ad urbem veniret, obvias legationes miſerũt, circa pomeria ditionis, quæ eum honorificè gratulando adventum exciperent. Cæſ. Vlmenſium officio delectatus, principi legationis, à quo Hiſpanicè ſalutatus fuerat, eâdem linguâ reſpondit. Humanitatem eorum, & declaratam benevolentiam ſibi gratam eſſe: ſeq; viciſſim ipſis fidem ac pacem ſuam firmare.

Cæſar Vlmam venit.

Auguſtani, qui opibus ſuis ſiſi, animis hactenus obſtinarant, ſociorum tũ defectione moti, metu ne Cæſ. vires ſuas in ſe verteret, Vlmam ad eum deprecatores legatos, inter quos erat Anton. Fuggerus, miſerunt. Hi cum viderent pacis conditiones, niſi Schertelus, qui depoſcebatur, exciperetur, coire non poſſe, (ſtatuerat Cæſar ei non ignoſcere, cùm ob alia, tum ob Erebergum arcem

Auguſtani deprecatores ad Cæſarẽ mittunt.

constare arbitror. Etenim huius rei nihil unquam, neq; à Mauritio principe vestro, neq; à vobis, vel propter nostrã agnationem, vel necessitudinem & fœdus, vel mea in illum merita, expectavi, ut has mihi gratias benè promerito haberet. Quis unquam ausus fuisset mihi polliceri, ut is talem se in patruelẽ suũ, meamq; gentem aliquando præstaret? multo verò minus vos, & authores huius belli tam nefarii, & concitatores, ad eã rem quæ ad vestræ ditionis vastitatẽ spectet, futuros fuisse. At vobis reor placuisse hoc tempus, & hanc procellam visam fuisse opportunam, qua nonnullorum ordinis vestri seditiosa, quæ iam olim parturivêre, sed semper à Deo retusa, consilia aliquãdo parerent. Reputate apud animos vestros, cuiusmodi illud fuit, ad quod Georgio Duci authores fuistis, ut fratrem suum, & fratris liberos ab adeunda hæreditate excluderet, idque solum ob mutatæ religionis statum: & Cæsarem Carolum & Regem fratrem hæredes faceret, nisi veterem religionem in integrum restituerent. Quòd eo testamento irrito, hære-

dita-

ditarium ius integrũ in universum ad Henricum fratrem eius, salvâ doctrinâ de religione devolutum sit, id partim mihi, partim sociis quibusdam, qui ad eam rem strenuam operam navarunt, acceptum ferendum est. Ille, licet communi religione & doctrinâ susceptâ in fœdus quoque adscriptus fuerit, (extant tabulæ de ea re confectæ) vos tamen, quia de priori illa spe decidistis, illi & Mauritio concitatores fuistis, ut in diversam sententiam raptus, à fœdere abscederet. Iam mortuo Henrico, filii patris vestigia ingressi sunt. Sed quorum impulsu, nulli obscurum existimo: nempe vestro. Ac velut ditionis ius frustra vobis obtinentibus, ad Henricum primum, inde ad eius liberos hoc pacto translatum fuit: ita illa necessitudo coniunctissima, quæ mihi cum Henrico fuit, vehementer vos discruciavit. Laborastis huc sedulò manibus ac pedibus, ut illa dissiliret. Neque verò labor ille vester, & opera huc navata, frustra certè fuit. Nam quod illo superstite perficere nequivistis, id per filios eius ad ultimũ obtinuistis, præcipuê p

Mauritium: de quo eximiæ virtutis, & heroici animi spem existimationéq; conceperam. Etenim illum ante quinquennium, post susceptum principatum, in me ita demeritum extimulare cœpistis, ut ea ipsa res in magnas curas excesserit. Et tamen, quamvis ex disceptatoris Lantgravii Philippi authoritate coorta tẽpestas brevi tempore quievit, cautumque fuit simul, ne quid tale unquam in reliquum eveniret, sed fœdus nuper ictum inviolabile & sanctũ in omnibus rebus haberetur: vestro tamen consilio perfectum est, ut ipse & frater eius Augustus meam absentis provinciam invaderent, agrosque abacta hominum pecorumque præda ferro & incendio popularentur. Quod tanto mihi acerbius est, quanto magis ista literis ultro citroque crebris, & callidè humanitatis omnis refertis dissimulata fuere. Huc accedit, quòd ad Lantgravi, & omnium sociorum fœderis preces ille obsurduerit. Illud meũ etiam animum haud mediocriter turbat, quòd tam hostiliter meum populũ Saxonicum in agris tanta strage devastarit,

ſtarit,quem per milites barbaros,& externum exercitum immiſſum, omni rapinarum & latrocinii genere, imo latrocinantium more crudeliter vexavit. Super hæc, eccleſiarum miniſtros exturbavit, doctores verbi divini profligavit, tot virgines ſtuprandas obiecit, viduas fortunis ſuis eiecit. Harum rerũ Deum iuſtum vindicem aliquando futurum, licet tardè, credat. Horum obliteranda memoria eſt. Illud maximè omnes meas rationes perturbavit, & nihil æquè adhuc dolet, atque illud nefarium factum, ab eo, ſed vobis impulſoribus, perpetratum, in quod rabie plusquam beluina prorupit. Dicite per Deum immortalẽ,quis illum eò amentiæ induxit, ut meos agros, oppida, arcesque invaderet? tam hoſtiliter populabundus omnia ferro & igni ſine diſcrimine ſterneret? Prætexit imperiũ, obtendit mandatum Cæſaris & Regis. Num igitur cenſendum, alienam propinquæ ac cognatæ amicitiam,coniunctionemq; præoptandam? & externas domeſticis opes anteponendas? Deniq; fœdera duabus noſtris familiis, & utri-

que genti communia? Quòd verò ad ea quæ cõtrovertuntur, de nulla re nobis, nisi de Religione cum Cæsare & Rege certamen est, & ab initio hactenus fuit. Porrò crimina quæ nobis impingũtur, ficta sunt, & sutelæ meræ, ad religioné euertendam consutæ. Hinc bello petimur & infestamur. Si vos huc illius, ut fertis, imperium acuit, multo iustius rei indignitate moveri debetis. Cur nõ apud animos vestros reputatis, fas æquúmve ne sit, imperium tã nefarium, iniquum, & ab humana ratione alienũ. illum vestrum principem exequi, an non? Ita se res habet, animum pravis affectibus multo antè corruptũ in consilium adhibuistis. Vobis plus meæ ditionis potiundæ spes affulsit, quàm æquitas & incorrupti iudicii ratio placuit. Ni ita esset, vel ipsius rationis norma vobis hoc dictasset: cũ indicta causa condemnati contra leges humanas essemus, hanc proscriptionem cum legibus gentium humanarum, cum iure ac fœderibus, quibus ille tenetur, ex diametro pugnare. Illud ipsum Mauritius expendere potuisset, nefas esse

esse, imperio tam iniquo, ne dicam impio parere: & salutem communem, quam respexisset, illi præoccupandam fuisse. Verùm scelerati Doëgi vestigia, ad præcipitandum se ingredi, ac necessitate simulatâ flagitium suum palliare maluit, quàm apud se æqui & boni rationem trutinare. Illud ad rem exiguum momentum confert, quod negetis eum huius rei quicquam unquã perpetraturum fuisse, ni Rex meos agros infesto exercitu ingressus fuisset. Multo id aliter se habet, ut à rectis viris accepi. Primùm omnium satis constat, id quod inficiari non potestis, vos & Mauritium ista à Cæsare & Rege iam olim Ratisbonæ primùm, deinde Pragæ secretò solicitis precibus contendisse, id quod dies ipse olim satis coarguet. Iam verò hoc scelus paucorum studio, non communi gentis consilio & arte consutum fuit. Nunc postquam è benignitate opeq; divina cum exercitu incolumi ad provinciæ meæ fines perveni, acceptam iniuriam pari benevolentia remetiri Mauritio stat sententia: nihilque intentatum relinquere,

quere,

quere, quod ad mea tuenda primùm, inde ad recuperanda amissa superertit. Vos præterea, præcipuè huius nefarii consilii authores, mihi pœnas dabitis, ut eius atrocitatem pernoscatis. Et quãquam mihi ægrè est, huc rerum perventum esse, & malis patriæ communis moveor: tamen quia orsum à vobis prius profectum est, & necessitas rei huc urget, acceptam iniuriam pariter rependam. Super hæc memineritis, quicquid deinceps vobis calamitatis oborietur, haud mihi, sed vobis imputatum iri. Addam & illud, ne insontes malevolorum culpam luant, si qui vestrûm sint, qui se ab hoc consilio alienos probaverint, expurgationem accipiam.

His literis in conventu Ordinum lectis, varius fremitus, murmurq; excusantium se, culpantiumq; alios, invicẽ obortum fuit. Vtrum ad Electoris literas, aut quid responsum fuerit, compertum non habeo.

Confœderatæ civitates in Suevia

Interea in Suevia coniuratæ civitates, Francfurtiensium exemplo maximè motæ, ad Hailbrunum Cæsari recon-

conciliãtur. Postridie, quam Francfurtiensium legati discesserant Hailbruno, Campidonenses, Ravesburgenses, Isnenses, supplices legationes miserunt. Hæ pro defectione pœnam deprecatæ, culpam partim in errorem, partim in quorundam blandas persuasiones transtulerunt. Ad te, inquiunt, Cæsar, ut clementiæ humanæ speculum, receptum habemus. Obtestamur supplices, ut id quod à nobis peccatum est ignoscas: & rêstitutis in pristinum statum, patria iura, libertas, leges, privilegia, omnia denique publica privataq; integra relinquantur. Obedientes posthac in fide & amicitia permansuri sumus.

Francofortiensium exemplo omnes se Cæsari subjiciunt.

Cæsar amicitiam & fidem supplicibus ita dedit, ut devincti communibus Ordinum pactis, obediẽtes in fide persisterent: cum aliis benevolentia & officio pro se certarent. In iisdem conditionibus expressum fuit, ut à Saxonis & Hessi abnegato fœdere cederent: iis nullam opem, neque consilio, neque armis, neq; pecunia ferent. In nullum fœdus contra se discederent. Memmingis

Cæsar eas in fidem & gratiam recipit.

gis quinquaginta aureorũ millia præsentia imperantur. Illud quoque haud ab re fuerit prodere, legatos priusquam ad Cæsarem admitterentur, unum sibi caveri postulavisse, ut sibi religio illabefactata relinqueretur. Navium secretò invicem iis consulisse, nequam religionis mentionem iniicerent: alioqui futurum, ut Cæsar suspicaretur, parum fidei sibi apud eos esse, & proinde in deteriori sua fortuna nihil æqui impetraturos. Dimissis legatis, Cæsar quoque Hailbruno discedit: ac sexto inde die per Wirtenbergensiũ agros Vlmam venit.

Saxo Lipsiam obsidione cingit.

Principium anni quadragesimi septimi agebatur, cum Saxo exercitu infesto Saxoniam ingressus, Lipsiam, quã exustis suburbiis Mauritius nuper præsidio imposito firmarat, obsidione cinxit. Non diu cunctatus, undiq; summa vi urbem oppugnare tentat. Oppidani mœnia contrà acriter defendunt, nihil moti strage partis muri, in quem scalis ascensum tentantes deorsum præcipitabant: ut quibus plus in armis ac virtute, quàm in mœnibus opis esse appareret.

reret. Dux clade suorum coactus, receptui in castra cani iussit. Cùm pridie Idus frustra oppugnationem tentasset, sub exitum mensis obsidionem soluit.

Inde oppida sua & castella amissa nō tantum recepit, verumetiam oppida omnia & arces Mauritio, præter Lipsiã & Dresdam, ademit. Magdeburgésem, Halberstatensemq; episcopas, pactione cum Ioanne Alberto episcopo initâ, in suam potestatem redegit.

Rex postquam accepit Lipsiam denuò obsessam, & oppugnationem parari, Bohemis extemplò edixit, ut armati Saxoniam populabundi ingressi, Mauritio auxilium ferrent. Exequuntur illi celeriter mandatum Regis: sed nulla re memorabili perpetratâ, iniussu regis statim domū ab armis discesserūt. Rex id ubi cognovit, graviter tulit: ac statim iterum se armare, & Mauritio in dubiis rebus adesse imperavit.

Ferdinādus R. Mauritio auxilium fert.

Pragenses, quorum in regno Bohemiæ authoritas summa est, & maximæ opes, per tumultū edicto exasperati, in senatū irrūpentes ferociter postularūt, ut Re-

Pragenses mandatis Ferdinandi se opponunt.

ut Regem ad mandatum illud abolendum inducerent: esse etiam id eiusmodi, quod ad Pragensium libertatem opprimēdam spectaret. Ei se sine infamiâ & sempiterno dedecore parêre nō posse: quod, cùm ab Electore nullam iniuriam priores accepissent, iniusta in eum arma sumerent. In multis, quod ad religionis negocium, inter se convenire. Præterea in Turcarum impetu propulsando, semper eius studium mittendo auxilia, aut argentum in stipendiū, apparere. Ferdinandus Rex ad ea: Non bellum illi fieri propter religionem, sed ob rebellionē. Quod de auxiliis in Turcam: haudquaquam ita esse, verùm longè aliter se habere compertum. Eum nuper admodum secretò per internūcium, ad inferendum Hungaris & Bohemis bellum Turcam sollicitasse, ut pactas inducias primo quoq; tempore rumperet. Quod ut pronius fieret, se quoque in armis circa citeriores terminos regnorum futurum.

Cæsar Mauritio Brandebur-

Cæsar ubi ex literis Mauritii cognovit, in quanto discrimine esset: ægrè se duabus urbib. reliquis omnibus amissis,

ſis, protegere: Albertum Brandeburgẽſem cum delectis equitum peditũq; copiis illi auxilio miſit, ac Marignanũ, & Sandæũ cum Hiſpanorũ Italorumq; cohortibus ſubſequi eius veſtigia iuſſit.

genſem auxilio mittit.

Interea Cæſar Vlmam, Eslingenſibus & Lindavienſibus in itinere in fidẽ acceptis, venit. Sed antequã ad urbem veniret, obvias legationes miſerũt, circa pomeria ditionis, quæ eum honorificè gratulando adventum exciperent. Cæſ. Vlmenſium officio delectatus, principi legationis, à quo Hiſpanicè ſalutatus fuerat, eâdem linguâ reſpondit. Humanitatem eorum, & declaratam benevolentiam ſibi gratam eſſe: ſeq; viciſſim ipſis fidem ac pacem ſuam firmare.

Cæſar Vlmam venit.

Auguſtani, qui opibus ſuis fiſi, animis hactenus obſtinarant, ſociorum tũ defectione moti, metu ne Cæſ. vires ſuas in ſe verteret, Vlmam ad eum deprecatores legatos, inter quos erat Anton. Fuggerus, miſerunt. Hi cum viderent pacis conditiones, niſi Schertelus, qui depoſcebatur, exciperetur, coire non poſſe, (ſtatuerat Cæſar ei non ignoſcere, cùm ob alia, tum ob Erebergum arcem

Auguſtani deprecatores ad Cæſarẽ mittunt.

cem ab eo captam) orarunt, ne liberi insonres patris noxam luerent, & hæreditate excluderētur. Cum ne id quidem obtinerent, hominis potentiā & gratiam popularem, adversus quæ Senatus authoritas nihil valebat, quod poterant, amplificabant. Ab eo urbem præsidiis teneri: eū factione vulgi adiutum, suprà magistratum rempub. regere. Si ad vim res excederet, optimates infirmiores esse, quâm qui multitudini resisterēt in civitate tam frequenti, aut cum Shertlinis præsidiis armis decertarent. Ea res, inquit Cæsar, mihi curæ sit. Viam expeditā, qua scelus hominis urbe pellam facile invēnero: Legati cum hoc respōso ita à Cæsare domum dimittuntur, ut ista ad Senatum, præstituto ad respondendum die referrent. Atrox Cæsaris, asperūq; responsū relatū, totā civitatē perculit.

Schertelus spontaneum exilium subit.

Shertelus, interim dum habetur Senatus, consultantibus non vocatus curiam ingressus supervenit. Ibi ille: audio uos ad Cæsarem de pace legationes misisse, sed pacati nihil ab eo retulisse. Et nunc vos consulere, ægrè ad consulendum

lendum ſpacio impetrato, ne quid incommodi reſpublica per me accipiat. Ego privatâ noſtrâ neceſſitudine vobis remiſsâ, ne quid obſit, & in maiores curas exardeat, uos metu liberabo, ut periculi ſecuris impetrabilior pax ſit. Excedam urbe, quando id utile vobis, & meis rebus præſentibus neceſſariũ video. Simul è curia mœſtus digreſſus fuit, Ac ne quæ mora cunctatioq; obeſſet, averſis ab Vlma itineribus cum uxore & liberis Conſtantiam, proximã Helvetiorum finibus urbem, in exiliũ voluntarium profectus fuit. Legati Auguſtanorum edicto ad reſpondendum die ad Cæſarem revertuntur: & iiſdem fermè verbis, quibus Vlmenſes diximus, pacem petiverunt. Pax conceſſe eſt, imperatis centum & quinquaginta millibus aureorum. Traderent XII. maximæ molis machinas æneas, ex armentario: præſidia militum & militaria ſigna decem. Legatis ordine datâ dextrâ, redeũdi domũ poteſtas facta eſt.

Auguſtanis auratâ pecuniâ pax conceditur.

Premebatur interhæc à Saxone obſidione Lipſia. Elector Brandeburgus è re Saxoniæ & Miſniæ nõ eſſe ratus, hoc

Elector Brandeburgicus diſceptatorem.

se offert inter Saxoniæ duces.

malum in graviores curas excedere, se disceptatorem inter Ducem utrunq per legatos obtulit. Haud abnuit Saxo quamvis victor. Sed Mauritius acerb ferebat, bellum tam atrox in se motū ut si in Turcam movisset, non potuisse infestius. Sexto inde pòst die, ubi fru stra sensit urbem oppugnari magn militum iactura, multo respondit pro cacius.

Elector Brādeb. Hessus ad pacē petēdā hortatur

Scribit extemplo Brandeburgus a Hessum rem omnem, oratque obnixè ut Mauritium ad reconciliationem & pacem vel argumentis vel precibus fle ctat: etsi non ignorabat, vix Saxonic civile bellum, nisi illo publico, quo cum Cæsare gerebatur, prius confe cto, componi potuisse. Simulq; illun monet, in quanto periculo ipse versa retur. Sociarum civitatum defection haud modicè eius nervos fregisse. Co gitaret, quanti & quam duris pactioni bus constitisset Wirtenbergensi su pax. Et quod omnium maximum esse rumoribus indies adferri, novas Cæsa rem copias in supplementum veteri exercitus scribere, & ad conquisitio

nen

nem militum alios mitti, atque expeditionem in Saxoniam adornare. Cùm eius potentiæ unus ipse resistere nequiret, consultum suis rebus esse, suppliciis pacem, legibus qualibuscunque, in deteriori fortuna quàm primum orare, quas ipse conceperit, easque per legatos primo quoq; tempore transmittere: idq; potius esse, quàm sociorum auxiliis nudũ vim expectare. Scire ipsum, se multis de causis Cæsarem habere sibi infestum: eoque infensum magis quo obstinatiori animo adhuc esset. Salubre & fidele consilium se dare, ut supplicem se præbeat, & admissorum condonationem petat. Id satius fore, quàm ut liberos, & miseram plebem culpæ exortem, & se inprimis in extremam perniciem præcipitem daret. Habendam ante oculos provinciæ vastitatem, direptiones, agrorum populationes, rusticorum fugam, incendia, stragem hominum: ad ultimum, omnia extrema humanorum, à quibus armis tueri se nequiret. In hanc sententiam fideliter ille Hessum ad pacem hortatus fuit. Eodẽ tenore ad Saxonẽ quoq; eosdem per dies literas dedit.

Cæsar novas cohortes in Germania conscribi iubet.

Iusserat Cæsar novas copias per Germaniam conscribi, cohortes peditum XXI. equites mille ducentos: quibus omnibus Iodocum Gruningũ, hominẽ acrem & militaris rei peritum, præfecerat: qui circa Saxoniam omnia infestis populationibus iam vastare cœperat, ne qua auxilia Hesso aut Saxoni mitterentur. Hic Conradum Comitẽ à Teckeelburgo, inde Osnaburgum & Mindam oppida, comitem Luppensẽ, nonnullosque alios regulos, qui in Smalcaldicum fœdus adscripti fuerant capta insuper arce Ritsbergo, ad imperata facienda compulit. Rebus ille prosperè gestis, Bremam contendit: eamque in potestatem redigere, sed parũ fœliciter, mẽse Februario conatus fui

Saxo elector literas dat ad Argentinenses.

Saxo Elector ubi de rebus Cæsaris secundis accipit Idibus Februar. ad Argentoratenses scribit, de rebus à se fœliciter gestis: ut Mauritto pleraque oppida & castella per Misniam ac Turingam, receptis amissis, ademisset: & episcopum Magdeburgensem suæ ditioni adiecisset. Vnum præter spem evenisse

venisse, quod Vuirtenbergensis Dux, & plæræq; sociæ civitates Germaniæ in Suevia, amicitiam ac fidem cum cæsare, nulla religionis iniecta mentione iniuissent: quodq; auxilia illi in se fœderisq; socios, ubi postularentur, missuri essent. Per ea fœdus ab ipsis violatum. Quòd verò audiat, Argentoratêses constanter in fide permanere, gratum id sibi esse, eosque facere ut fidos socios decet. Hortari, ut in fide perseverent. Si armis peterentur, Helvetiorum & Regis Galliarum opibus se tuerentur, si suis non possent. Se quoque dubiis eorum rebus cupere quidem opem ferre: verum per bellũ, quod domi cum cæsare esset, sibi non esse integrum. Vbi id ex sententia confectum haberet, fidem amicitiáq; se ipsis præstaturum. Iam ad conveniendum Magdeburgum, Ordinibus Saxonicis edictũ esse diẽ, ad quem legati iã frequẽtes eò convenerunt. Atque hic de iis rebus propter quas ad conveniendum Francfurtũ nuper dies indictus fuerat, deliberare. In spe certa esse se, civitates reliquas, & ordines, pertinaciter in fide permansuros.

Has literas cùm daret, deliberatio anceps eos tenebat. Per eosdem die Mendoza Hispanus natione, qui in Galliis exulabat, à Gallorum Rege mis sus legatus Francfurtum venit: qui in curiam introductus, Senatum monuit ne fidem mutarent: & magnifica si mul promisit, si bellum illatū, ut Mar communis est, eo quo susceptum esse animo finirent.

Miserat Rex Saxoni centum aureo rum millia, quibus vixdum annumera tis, is pridie Kalend. Aprilis è rebus hu manis excesserat.

Verùm hæc legatio frustra, ac sin momento fuit. Etenim fide publica le gatis firmata Francfurtiensium à Cæsa re, Vlmam legationes miserunt Arge toratentes, Iacobum Sturmium, Ma thiam Pharrerum, & Marcum Hagi Admissi, propositas pacis condition ad referendum obtinuerunt, nihil e nim ratum fore dicebant, quod autho ritate senatus non comprobaretur. Pa cis conditiones has fermè fuisse accep triginta aureorum millia penderen & XII. machinas æneas maiores. Nu

Argentinenses certis cōditionib. à Cæsare in gratiā recipiūtur.

la præsidia urbi imposita. Additum præterea conditionibus fuit, ut abiurato in universum fœdere Schmalcaldico, in Cæsaris fidem iurarent, hostes suos è civitate expellerent.

Rex Ferdinandus, ut Bohemos arma sumere restitantes in belli societatem traheret, Læthmericiam oppidum in extremis Bohemiæ cardinibus situm, cum filio Ferdinando proficiscitur. Per biduum ibi Ordines regni moratus, tādem in frequenti concilio gravi oratione iis persuadere aggreditur, ut Mauritio opem imploranti in ancipiti fortuna, fœderis olim inter utranque gentem icti memores, suppetias ferrent. Quod autem nonnulli metuerent, ne ea res ad libertatem gentis Bohemiæ imminuendam tandem excederet, id non esse: quin fidem suam, & tabulas, quibus caveretur, se interpositurum. Ordines, qui ibi tum aderant, negabāt suæ potestatis esse, sine aliorum qui desiderabantur suffragiis, sciscere & statuere ea quæ à Rege postularentur. Quod ut transigeretur, quamprimum omniū ordinum conventum indicēdū.

R. Ferdinandus Lætmericiæ cōventum agit.

Nec deerant hic tamen, qui Regi suam operam haudquaquam segnem ad bellum promitterent. Quibus Rex gratiis actis, ostendit præsens tempus longam disceptationem & moram recusare. Nō deliberandum, sed mittenda esse auxilia. Bello confecto, diem conventu edicturum: nolle se eorum libertatem imminuere, ut ampliaturus esset potius. Oravit, ut se obedientes præstarent: ac secum habita per Bohemiam militum conquisitione, arma induerent, & ac bellum se moverent. Vbi advertêre Regem inter dicendum vehementius exarsisse, indignationem eius veriti, operam suam uno ore promisêre. Aut, si qui essent, qui ipsi se ad bellum non instruerent, mitterent pecuniam in stipendium.

Nobilitas Pragenses à Ferdinādo conventum Pragam expostulant.

Paulo pòst sub Idus Februarias, cùm promissa urgeret, nobilitas Pragensis per literas à Rege contendit, ut (quando insolens esset, quod agitaret) ad xiij Kal. Martias, Ordines regni Pragam convenire iuberet. Si id non posset, ut ipsi eò convenirent: ac statuerent sine eius offensâ, quod ex usu regni esset.

Rex

Instat Rex contrà, & quod Lætmericiæ esset disceptatum obiicit. Promisit tamen comitia in xiiij.kal. Maias. Vetatque simul, ne ad res novas incœptandas ipsi interea loci conventũ ullũ agerent.

Bohemi tamen nihilo obstinatius, quarto inde die, quàm in ea verba literas ad Regem dederant, convenêre, & ad libertatem, quam amissuri videbantur, tuendam fœdus icere, utcunque à Rege id acciperetur.

Bohemi fœdus ineunt mutuũ.

Pervenerat iam in Saxoniam Marchio Albertus, cui extemplò Mauritius Rochliciam, quæ in tutela sororis viduæ Lantgravii erat, obsidendam primùm, deinde oppugnandam tradidit. Rex Dressum, Mauritius Friburgum sibi sumpsit. Sed Rochliciâ nullo momẽto potitus fuit Marchio. Saxo per id tempus Aldenburgi, vel, ut alii tradũt, ad Gartum cum XXXVI. cohortibus & valido equitatu hærebat. Is ubi id cognovit, nocte Ernestum Luneburgum, Volratumque Mansfeltium cum parte equitatus, & Recrodum cum sua legione occultis itineribus silẽti agmine Rochliciam præmittit: ipse mox

Rochlicia ab Alberto B. occupatur.

ſub auroram luceſcentem cum r
quis copiis agmine cõpoſito ſequit
Priusquam luceſceret, equites aliq
præmiſſi, in pervigilio ſtationarios
improviſo opprimunt; quorum par
cæſis, reliqui fugâ in caſtra evaſeru
In Suburbio Albertus quatuor coh
tes præſidio locaverat: ipſe luxui &
luptati immerſus, noctes dieſq; per
tando continuabat ſecurus. Cum
aliisque copiis Saxonibus occurrit.
cum numero virorum præſtaret S
Albertus cum clade retrò in oppid
compellitur. Nec multo poſt ad
Elector cum ſuis legionibus, qui
pidum undiq; obſidione cingere
mox oppugnare parauit. Mons in p
ximo erat, oppido imminens: in h
machinas maiores ſubvehi iuſſit. H
in oppidanos globorum grandine
fulminauit, ut ſtationes è muris,
osque è publico proturbaret. Sim
aliquot cohortes ad invadendum
urbium immittit, à quibus, dilapſis
gâ per proximum pontem Alberti
hortibus, & equitibus Muldam ar
tranſnatantibus, incenſum fuit. I

oppidum invadunt, & primo impetu capiunt. Cæduntur passim cum telo oppressi. Inde ad prædam, quæ concessa militi fuerat, conversi, tormenta in castra Electoris conuexerunt. Marchio Albertus dum in medio terrore fugam per amnem trepidus quærit, ab Frnesto Lunenburgo captus, & ad electoré in castra ductus fuit. Sex cohortes oppido præsidio relictæ: & equites ad extremam dimicationem, ubi se tumultuariè collegissent, ad quatuorq; fermè horas pugnatum esset, abiectis armis in potestatem venerunt. Adiguntur iuramento, per sex menses se adversus Electorem arma non sumpturos. Cæterùm modico sanguine admodum Electori ea victoria stetit. Equites eas cohortes palantes, quas per pontem in fugá abiisse memoraui, assequuti, trucidarunt. In oppido non minus mille hostium cæsi. Sunt qui cæsos captosque ad quingentos equites prodant elapsos partim ad Regem, partim ad Electorem Saxonem cum signis militaribus perfugisse. Qui extra muros in transnatãdo amné occisi, aut submersi

Rochlicia ab Electore Saxone expugnatur & Albertus Marchio capitur.

Albertus captus Gotham mittitur.

erant, ad CCC. fuere. Albertum E
ctor captivum secum Aldenburgũ
ductum, Gotam ablegavit in custoc
misitq; certos in Bohemiam, qui r
fœliciter ad Rochliciam gestam Bo
mis in bellum Saxonum intentis n
ciarent. Hæc per Saxoniam ad istu
modum tum gerebantur.

Dux Vuirtenbergẽsis ad Cæsarem Vlmam venit, eique fit supplex.

Cæsar Vlmæ cùm adhuc esset, eò n
se Martio Dux Wirtenbergensis, ut
pacis legibus expressum fuerat, adh
invalidus ex podagra, venit. Et quia p
dibus insistere nequibat, in sella cont
Cæsarem consedit: id enim pace Cæ
saris concessum fuerat. Ibi per eos, qui
à consiliis adduxerat, supplex sibi co
donari oravit, & obedientem se in rel
quum pollicetur. Ad quæ benign
Cæsar pauca respondit, monuitque, u
in fide perseveraret.

Cæsar Vlmã discedit & Norlingam petit.

Relictâ Vlmâ Cæsar Norlingam, bel
li Saxonici causâ, quod iam ardebat, pe
tiit. Literis enim aliis super alias Vlm
allatis acceperat, Electorem per Saxo
niam prosperè rem gerere, & Bohe
mos per literas & legatos ad defectio
nem perlicere, vulgum ad omnem au-

ram

ram mobilem, tum pleramque nobilitatem suam facere: universam denique gentem in Regem excitaret, omnia tumultibus permiscere. Ioachimicam vallem argenti, auri & æris ditissimam fodinis, per Thumsernum teneri. Quibus rebus permotus Cæsar, maximè quòd Mauritio nihil relictum esset ex- Dresdam & Lipsiam: Albertum Marchionem, quem cum mille & DCCC. equitibus, & sedecim cohortibus auxilio miserat, captum: Sandæum, & Marignanum quoque, cum copiis utrunq; suis cum illo coniunxerat, ut relatum est.

Cæsar ubi per Giengam Norlingam venit, recepit se podagra multo quàm antea infestius, ut in metu & solicitudine esset, ne illa moram & dilationeȝ ad bellum perficiendum adferret. Spe citius tamen brevi illa remisit, ac totus restitutus fuit. Tum diutius non cunctandum ibi ratus, primo quoque tempore exercitum ad Saxoniam admovere constituit.

Inter hæc Brandeburgus Elector apud Cæsarẽ & Regem pro Lantgravio

Elector Brandeburg. cũ Cæsare.

haud ſegniter egit de reconciliatione. Eò ad ultimum rem perduxit, ut pacis conditiones, quibus teneretur, ſcriberentur, nec in iis quicquam exciperetur. Leges fermè fuêre hæ: Decreta Ordinum Imperii rata haberet. Liberorum alterum obſidem traderet. Ducem Brunſuicenſem Henricum, eiusque filium, quos captos adhuc aſſervabat, nullâ morâ dimitteret. Auxilio equeſtres copias adverſus Electorem Saxonem, & fœderis ſocios atque octo peditum cohortes Cæſari ſubmitteret. Eas ipſe per ſemeſtre ſuo ære aleret. Præſens ſuum delictum agnoſceret, ſupplex, eiusque veniã Cæſaré oraret.

Landt gravius conditiones præſcriptas reſpuit.

Ille has conditiones, quia nimis graves fuerunt viſæ, ſuſcipere recuſavit neque in eas ſine inſigni dedecore diſcedere ſe poſſe reſpondit. Ac niſi mitigarentur, quamvis potius fortunam ad extrema humanorum usque experiri malle. Atq; ita infectâ pace, Lantgravii res dubiæ in ancipiti manſerũt.

Cæſar Norimbergam tendit.

Moverat iã Cæſar à Norlinga duabus legionibus veteranorum militum Norimbergã, cum ex itinere literas ad Ordine

Ordines Misniæ daret. Earum hæc erat sententia: Accepisse se, Ioannem Electorem proscriptum, è bello Germanico reversum in Saxoniam, non solum amissa, quæ Mauritio concesserat, recuperasse: verum etiam oppida aliquot, & arces, quæ sub tutela fratris Ferdinandi fuissent, ei ademisse in Bohemia. Quare ad eius conatus audaces & rebellionem retundendam, è Sueuia se mouisse. In id interea ipsi operá darent, ut qua ducturus esset, iis locis commeatu pabulo frumento, aliisque rebus, quibus exercitus sustentaretur, accurate prospiceretur, & humaniter milites longo itinere faciendo lassos exciperent. Super hæc obedientes se Mauritio spretâ Saxonis ferociâ præstarent. Se hoc bellum suscepisse, ut fractis illius potentiâ & opibus, ipsis pax & ocium vetus restitueretur.

& a[1] ordines Misniæ literas dat.

Ex eodem itinere literæ à Cæsare ad concilium Pragense & præfectos venerunt, quibus significavit, constituisse se ferro & incendio in Electorem Saxonem animadvertere id solum ipsis

Cæsar ad concilium pragẽse scribit.

curæ esset, ut ex eorum agris, quantum commeatus opus foret, ad exercitum alendum in castra conveheretur.

Caspar Pflugius fœderis Bohemici caput.

Interea primæ nobilitatis proceres, quos suprà memoravimus iniussu Regis. Pragam convenisse, de summa belli ita consuluerant, si res dubiæ ita postularent, ut omnino arma suméda essent, summæ rerum Caspar Pluggius præficeretur. Erat inter Bohemiæ nobiles facilè primus, opibus & clientelis potens, qui aliquãdo propter facinus perpetratum agris aliquot multatus, & in exilium actus, sed postea à Rege ab exilio revocatus fuerat.

R. Ferdinandus Pricciam venit.

Rex eam rem graviter tulit, & paulo pòst Pricciam cum exercitu (oppidum Bohemiæ est) Mauritio & Augusto adscitis, venit. Bohemi hostili armorum facie non solum perterrefacti, sed indignati etiam, quòd cum infesto exercitu in agrum Bohemicum irrupisset Rex, per literas ab eo petiverunt, ne exteras gentes in regnum Bohemicum immitteret. Novum exemplum, & periculi plenum spectare ad motus, & novas res. Simul Misniæ Ducibus scribunt,

ut è

ut è Bohemia facessant, exercitum sine damno & populatione è regno deducant: quod ni facerent extemplò, habituros eos infortunium. His Rex ita respondit, vereri desinerent: non se Bohemiam ingressum cum exercitu, ut hostilia inferat, sed Cæsari fratri advenienti se coniungeret. Ad hæc, ne Pragenses in conquisitione militum frustra sumptus in bellum Saxonicum facerent. Electorem retrò se, in interiora provinciæ suæ recepisse.

Saxo paulo antè legationes in Bohemiam miserat, quarum princeps erat Nicolaus Minquitius, ad renovandum cum Bohemis fœdus, & amicitiam. Hic inter vias in gravem morbum incidit, quo non ita fractus fuit, quin per literas Pragenses moneret, ut legatos ad se, sed fidos, decernerent, cum quibus secretò ea quæ in mandatis haberet, transigeret. Nicolaus Minquitius legatus Saxonis ad Bohemos.

Bohemi nihil Minquitio sed ad Minquitii postulata Duci Elect. respōderūt in hāc fermè sententiā. Bohemos cupere quidem, id quod æquum esset, illi in reno- Bohemorum responsio.

renovando fœdere aliàs icto rem gra
tam facere : sed per motus præsent
temporis iam integrum haudquaquar
esse. Mauritium cum fratre August
Rege authore, cum armatis legionibu
Bohemiam ad vastanda omnia incen
dio & prædationibus intrasse. Quo
quidem quorsum evasurum esset, non
dum posse satis pervidere. Proind
contendere ab eo, ne perinde id fi
quasi fœdus renovare nunc, cùm max
mè opus sit, gravarentur. Veterem
micitiam integram, & fœdus illabe
ctatum servari se velle. Idque ita ratu
foret, ac firmum, ac si iam religio
præsenti numine renovatum esset :
quod brevi re ipsâ præstarent, ut fid
sua non desideraretur. Nunc arma
se à Rege & Mauritio moveri, ut f
dus deserant, & socia arma cõtra ipsi
iungant. Orare itaque eum, ut si M
ritius Bohemis bellum faciat, aux
adesset. Quod si efficeret, nullum in
cem futurum periculum tam anc
& tam perplexum, quod pro eius sa
te non susciperent. Regem cum co
Pricciæ esse; unde famam ferri, in

lem Ioachimicam brevi moturum. Id si faceret, se constituisse eò castra admovere, ubi portus tutissimus, receptui esset. Inter ista moverūt Moravos, ne Hispanam, Italicámve Bohemicæ societati inter hos belli Saxonici tumultus præoptatum irent.

Petebat Cæsar, relictâ Norlingâ, Norimbergam, cum duabus legionibus: ad quas tertia, per Gualterum Suevum conscripta, accedebat. Cum his Hispanas cohortes, & Neapolitanos equites coniunxerat. Præter mille cataphractos à Prusso & Ioanne Brandeburgensi acceptos, sexcentos levis armaturæ conduxerat. Præmissus fuerat Norimbergam Albanus, qui circa urbem, & intra muros, per mansionarios designatores hospicia, in quæ adventantes copiæ distribuerentur, designaret. Marignani octo cohortes permansiones urbanas præsidii loco distributæ sunt. Exercitus Cæsaris Noribergam appulit.

Cæsar paulo pòst cum eo robore, quod ad corporis custodiam ex omni numero delegerat, Norimbergam venit, & civium fermè omnium, in primis senatorum, gratulatione exceptus fuit. Cæsar Noribergā venit: indè Egram cōtendit ad cōventū Regi & Mauritio edictū.

Quin-

Quinque diebus militibus, ab itiner
molesto defatigatis, ad reficienda cor
pora,& animos concesso: Norimberg
Cæsar relicta, Ægram contendit. Ægr
Bohemiæ, sed extra saltus, ad amnen
Ægram qui in Albim influit, quà ite
in Saxoniam & Albim vergit, oppi
dum est, ditionis Ferdinandi. Huc a
VII. Idus April. ad conveniendum
diem Regi & Mauritio, simul ut com
meatum conveherent, & apparatur
omnem belli comportarent, edixe
rat.

Bohemi magna ex parte Ferdinãdo Regi adversantur.

Erant Bohemi, præcipuè Pragense
toto regno in armis: à quibus ut disce
derent, Rex sæpè per literas & legatic
nes iusserat. Responsum ab his fuit, a
ma se sumpsisse iusta, non ad inferendi
sed ad prohibendum ab agris suis vin
eo absente. Petere ab eo, ut Cæsaren
moneret, ne Electori Saxoni bellum fi
ceret: sed negocium, propter quod i
motum esset, disceptandum in conc
lium mitteret: id quod è dignitate M
iestatis Imperatoriæ videretur. Conv
tui diem, ex promisso indicendum, p
tere. Interim Dresso Ferdinandu
Ma

Mauritius Friburgo ad indictum diem servandum profecti, præter Lætmiriciam, per Bohemiam, Saxonia ad dextram relicta, compendio Ægram contendunt. Intratis sylvis, quibus Bohemiæ regnum coronæ in modum fermè cingitur, offenderunt transitum arborum succisarum passim strage interclusum. Factum id creditum fuit iussu Casparis Pluggii, qui ingentem rusticorum multitudinem ad bellum concitaverat. Rex ubi diu frusta disiiciendis arboribus, cum truncis extantibus, virgultisq; perplexis luctatus fuit: Bohemorum, qui ingentem arborũ vim pro munimento coacervarant, & itinera insederant, iniuriâ repulsus, per invia montium, & sylvarũ anfractus longos, erroresq; iter avertere coactus fuit.

Cæsar cognito iter Ægram fratri à rusticis per impeditos saltus interclusum, & expeditis opus esse, qui iniuriam propulsaret: Hispanorum cohortes aliquot mittere constituit, qui cum cura itinera per saltum pervagarentur, & Regem in pacatum deducerent. Sed postquam accepit, eum auxilio pro-

procerum quorundam, qui in fide erāt demonstratis aviis itineribus, extra impeditos saltus evasisse, nulla auxilia misit, & castra ad tertium ab Ægra milliare movit: in quæ Rex cum Mauritio & Ioanne Brandeburgo, cum suis copiis venerunt.

Cæsar rursus ad Bohemos scribit.

Ex his castris Cæsar rursus ad Ordines Bohemiæ, in eandem sententiam qua superiori mense, literas dedit: Præberent commeatum ad bellum, quod Saxoni, non ipsis parabatur. Suppeditato frumento, & cibariis, domos quisq; suas ab armis discederent. Quod ni facerent, viderent, ut à se & fratre ea rebellio acciperetur. Quod ad religionem attineret, nihil esse quòd sollicitarentur: Hoc bello nulli se neque Principum neque civitatum propter religionem fuisse infestum.

Literis his lectis, tantum abfuit ut arma deposuerint, ut multo magis eti[am] animis obstinarint. Extemplò Pragenses totâ Bohemiâ Ordines trepidè ad arma concitant: nunc demum tempus esse, ut patriam communem vi & armis vindicent, ac tueantur.

Re[x]

Rex & ipſe in hoc motu iisdem propè, quibus Cæſar, verbis Ordines monet, ut tumultuari deſiſtant: alioqui futurum, ut ratio iniretur, qua facinoroſum incœptum contra Cæſarem & ſe frangeretur. Maiora ſua utriusque in ipſam gentem eſſe merita, quàm ut ea molirentur. Quod autem de conventu habendo obtenderent, de eo velle ſtatuere, quod ex regni uſu eſſet futurum.

Saxo Elector Miſenum ſine clade capit.

Saxo Cæſaris ac Regis copiis, quæ tribus ab Ægra miliaribus caſtra locaverant, nihil perterritus, Friburgum Miſniæ oppidum, atque inde ad Albim progreſſus Miſenum, dimiſſo Mauritiano ſine fraude præſidio, ſine clade cœpit.

Bohemorum conſtantia erga Elect. Saxonem.

Quod ubi Pragam nunciatum fuit, delecti ſtatim alias literas ad Ordines per Bohemiam dederunt, quibus orārūt, ut fœderis cum Electore toties icti memores, pro fideli amico ac ſocio facerent, quod ſemper promiſiſſent: id à quibusdam violatum eſſe. Quare ne id in poſterum admitteretur amplius, ſed ut Elector ſociis ipſorum armis adiutus poten-

potentior adversus hostes suos esse:
ri id necessitudinis iure. Orare eũ d
ob causas, ne Saxoni bellum faciat:
propter firmatam iam olim inter ip
fideni fœderis: tũ quòd ille causæ
cognitionem semper ad Conciliũ re
cerit.

R. Fernandus legatos mittit ad Bohemos.

Rex illico Ioannem episcopum
mucensem & alios nonnullos è co
lio legatos Pragã mittit, per quos,
minus dié conuētui ad xiiij. kal. Ma
indictum servasset, excusat. Impe
iuxta, ut fœdus cum hoste commu
ictum, irritum habeant. Si libera
mitia haberi postularent, discedere
ab armis. Etsi huic edicto non parer
facturum se, quodè maiestate regia
deretur. Sin arma deponerent, p
misit nihil legatis, sed ad se omnia
ferre iussit.

Cæsar exercitũ suum recenset.

Inde ad Ægram Cæsar discessur
omnem exercitum, & dynastarum
xilia recensuit, ut gravis armatura
quites Rex sexcẽtos instructos addu
Quidam ducentos addunt. Maurit
mille, Brandeburgensis 400, arma

rat. Hussari præterea mille Regem sequebantur, & peditum cohortes decẽ. Nam reliquas copias partim in Bohemia dimiserat, partim Aegræ præsidio reliquerat. Mauritius, eiusque frater Augustus, decẽ peditũ cohortes, reliquis Lipsiæ & Zuicaviæ in præsidio dispositis, conferebant.

Saxo in armis habebat VII. peditum mercenariorum millia, ac totidem fermè Saxonum, ac tria millia equitum. Reliquas copias equestres pedestresq; Gulielmus Thumsernus secum abduxerat. Exercitum profecto florentem, numero & robore militum hostibus parem propè: nisi disparem fortunam Deus dedisset ei, unde ius & æquum belli stare videbatur. Saxonis exercitus quantus.

Cæsar Ægræ feriis Paschalibus solenni ritu perpetratis, castra movit: ac Albano cũ parte equitatus & omnib. copiis pedestribus Misenum, ubi Elector adhuc castra habebat, præmisso, decimo die ipse per saltus difficiles & altas paludes eodem pervenit: & X. Kal. Maias haud pcul ab oppido castra cõmũniuit, receptus in itinere opidis & castel- Cæsar Saxonẽ quærit, eumq; insequitur.

castellis, quæ Saxonicis præsidiis firmata fuerant.

Saxo ad Mülbergum cõsidet.

Saxo accepto Cæsaris advétu, omnes copias Albim, usto ponte quo amnem iunxerat, raptim traduxit: & ad Mulbergum, haud procul à ripa, loco aperto ad dimicandum consedit. Interim Cæsar, priusquā ad Albim veniret, cohortes aliquot Saxonicas fudit, & signis militaribus aliquot captis, milites sine fraude in pacatum abire permisit. Aberat à Miseno tria non amplius passuum millia, ubi cum militem diei unius itinere lassum, paululum quiescere vix dum iussisset, à Mauritio nuncius venit, Thumsernum haud procul à castris (ut in bello multa inania feruntur) cū magnis copiis consedisse. Ad primum nuncium nonnihil trepidatum fuit: è Cæsaris tamen consilio, qui sæpè antea rumores id genus vanos expertus fuerat, ducenti Hussari, & par levis armaturæ equitum numerus exploratū mittuntur eò, ubi hostem insedisse allatum fuerat, & in diversa circumquaq; loca. Reversi eodem die, nullumusquam hostem conspectum renunciarunt: sed ex capti-

captivis in itinere exceptis, Electorem transisse Albim accepisse, & ad Mulbergum contra Misenum metasse.

Cæsar occupandum ratus fuit, antequam Wittenbergam, ditionis Saxonicæ caput, non solum loci naturâ, sed præsidiis munitam, peteret. Die uno militibus ad curanda corpora concesso, omnes copias in ulteriorem ripam, scaphis pontis in modum instratis celeriter transportare constituit. Ista voluenti supervenit alius, sed vanus rursum rumor, Electorem retrò Wittenbergã abisse. Paulò ab Hispanis nunciatum exploratoribus fuit, eum ad Mulbergũ, tribus minus milliaribus ab Albi adhuc sedere cum iis copiis, quas paulo antè memoravi. Sunt, qui VI. millia veteranorum militum eum tantum in armis habuisse tradunt. Disposuerat circa ripam passim supra infraq; Albim, equitum peditumq; stationes cum operibus quibus hostes transitu prohiberentur Albanum ad se venire iussit Cæsar, eiq; suum consilium aperit: quòd sine ancipiti ulla deliberatione cum Saxone decernere staret, exercitum aut

Cæsaris consiliũ in celeritat: positum.

renovando fœdere aliàs icto rem gratam facere : sed per motus præsentis temporis iam integrum haudquaquam esse. Mauritium cum fratre Augusto, Rege authore, cùm armatis legionibus Bohemiam ad vastanda omnia incendio & prædationibus intrasse. Quod quidem quorsum evasurum esset, nondum posse satis pervidere. Proinde contendere ab eo, ne perinde id fiat, quasi fœdus renovare nunc, cùm maximè opus sit, gravarentur. Veterem amicitiam integram, & fœdus illabefactatum servari se velle. Idque ita ratum foret, ac firmum, ac si iam religiosè præsenti numine renovatum esset : id quod brevi re ipsâ præstarent, ut fides sua non desideraretur. Nunc arma in se à Rege & Mauritio moveri, ut fœdus deserant, & socia arma cõtra ipsum iungant. Orare itaque eum, ut si Mauritius Bohemis bellum faciat, auxilio adesset. Quod si efficeret, nullum invicem futurum periculum tam anceps, & tam perplexum, quod pro eius salute non susciperent. Regem cum copiis Pricciæ esse : unde famam ferri, in Vallem

lem Ioachimicam brevi moturum. Id si faceret, se constituisse eò castra admovere, ubi portus tutissimus, receptui esset. Inter ista moverūt Moravos, ne Hispanam, Italicáḿve Bohemicæ societati inter hos belli Saxonici tumultus præoptatum irent.

Petebat Cæsar, relictâ Norlingâ, Norimbergam, cum duabus legionibus: ad quas tertia, per Gualterum Suevum conscripta, accedebat. Cum his Hispanas cohortes, & Neapolitanos equites coniunxerat. Præter mille cataphractos à Prusso & Ioanne Brandeburgensi acceptos, sexcentos levis armaturæ conduxerat. Præmissus fuerat Norimbergam Albanus, qui circa urbem, & intra muros, per mansionarios designatores hospicia, in quæ adventantes copiæ distribuerentur, designaret. Marignani octo cohortes permansiones urbanas præsidii loco distributæ sunt. Exercitus Cæsaris Noribergam appulit.

Cæsar paulo pòst cum eo robore, quod ad corporis custodiam ex omni numero delegerat, Norimbergam venit, & civium fermè omnium, in primis senatorum, gratulatione exceptus fuit. Cæsar Noribergā venit: indè Egram cōtendit ad cōventū Regi & Mauritio edictū.

Quin-

Quinque diebus militibus, ab itinere molesto defatigatis, ad reficienda corpora, & animos concesso: Norimberga Cæsar relicta, Ægram contendit. Ægra Bohemiæ, sed extra saltus, ad amnem Ægram qui in Albim influit, quà iter in Saxoniam & Albim vergit, oppidum est, ditionis Ferdinandi. Huc ad VII. Idus April. ad conveniendum, diem Regi & Mauritio, simul ut commeatum conveherent, & apparatum omnem belli comportarent, edixerat.

Bohemi magna ex parte Ferdinando Regi adversantur.

Erant Bohemi, præcipuè Pragenses, toto regno in armis: à quibus ut discederent, Rex sæpè per literas & legationes iusserat. Responsum ab his fuit, arma se sumpsisse iusta, non ad inferendũ, sed ad prohibendum ab agris suis vim, eo absente. Petere ab eo, ut Cæsarem moneret, ne Electori Saxoni bellum faceret: sed negocium, propter quod id motum esset, disceptandum in concilium mitteret: id quod è dignitate Maiestatis Imperatoriæ videretur. Convẽtui diem, ex promisso indicendum, petere. Interim Dresso Ferdinandus, Mau-

Mauritius Friburgo ad indictum diem ſervandum profecti, præter Lætmiriciam, per Bohemiam, Saxonia ad dextram relicta, compendio Ægram contendunt. Intratis ſylvis, quibus Bohemiæ regnum coronæ in modum fermè cingitur, offenderunt tranſitum arborum ſucciſarum paſſim ſtrage interclusum. Factum id creditum fuit iuſſu Caſparis Pluggii, qui ingentem ruſticorum multitudinem ad bellum concitaverat. Rex ubi diu fruſta diſiiciendis arboribus, cum truncis extantibus, virgultisq; perplexis luctatus fuit: Bohemorum, qui ingentem arborũ vim pro munimento coacervarant, & itinera inſederant, iniuriâ repulſus, per invia montium, & ſylvarũ anfractus longos, erroresq; iter avertere coactus fuit.

Cæſar cognito iter Ægram fratri à ruſticis per impeditos ſaltus interclusum, & expeditis opus eſſe, qui iniuriam propulſarét: Hiſpanorum cohortes aliquot mittere conſtituit, qui cum cura itinera per ſaltum pervagarentur, & Regem in pacatum deducerét. Sed poſtquam accepit, eum auxilio

pro-

procerum quorundam, qui in fide erāt, demonstratis aviis itineribus, extra impeditos saltus evasisse, nulla auxilia misit, & castra ad tertium ab Ægra miliare movit: in quæ Rex cum Mauritio, & Ioanne Brandeburgo, cum suis copiis venerunt.

Cæsar rursus ad Bohemos scribit.

Ex his castris Cæsar rursus ad Ordines Bohemiæ, in eandem sententiam, qua superiori mense, literas dedit: Præberent commeatum ad bellum, quod Saxoni, non ipsis parabatur. Suppeditato frumento, & cibariis, domos quisq; suas ab armis discederent. Quod ni facerent, viderent, ut à se & fratre ea rebellio acciperetur. Quod ad religionem attineret, nihil esse quòd sollicitarentur: Hoc bello nulli se neque Principum neque civitatum propter religionem fuisse infestum.

Literis his lectis, tantum abfuit ut arma deposuerint, ut multo magis etiā animis obstinarint. Extemplò Pragenses totâ Bohemiâ Ordines trepidè ad arma concitant: nunc demum tempus esse, ut patriam communem vi & armis vindicent, ac tueantur.

Rex

Rex & ipse in hoc motu iisdem propè, quibus Cæsar, verbis Ordines monet, ut tumultuari desistant: alioqui futurum, ut ratio iniretur, qua facinorosum incœptum contra Cæsarem & se frangeretur. Maiora sua utriusque in ipsam gentem esse merita, quàm ut ea molirentur. Quod autem de conventu habendo obtenderent, de eo velle statuere, quod ex regni usu esset futurum.

Saxo Cæsaris ac Regis copiis, quæ tribus ab Ægra miliaribus castra locaverant, nihil perterritus, Friburgum Misniæ oppidum, atque inde ad Albim progressus Misenum, dimisso Mauritiano sine fraude præsidio, sine clade cœpit. Saxo Elector Misenum sine clade capit.

Quod ubi Pragam nunciatum fuit, delecti statim alias literas ad Ordines per Bohemiam dederunt, quibus orarũt, ut fœderis cum Electore toties icti memores, pro fideli amico ac socio facerent, quod semper promisissent: id à quibusdam violatum esse. Quare ne id in posterum admitteretur amplius, sed ut Elector sociis ipsorum armis adiutus poten- Bohemorum constantia erga Elect. Saxonem.

potentior adversus hostes suos esse: fieri id necessitudinis iure. Orare eũ duas ob causas, ne Saxoni bellum faciat; tũ propter firmatam iam olim inter ipsos fidem fœderis: tũ quòd ille causæ suæ cognitionem semper ad Conciliũ reiicerit.

R. Fernandus legatos mittit ad Bohemos.

Rex illico Ioannem episcopum Olmucensem & alios nonnullos è consilio legatos Pragã mittit, per quos, cur minus diẽ conuẽtui ad xiiij. kal. Maias indictum servasset, excusat. Imperat iuxta, ut fœdus cum hoste communi ictum, irritum habeant. Si libera comitia haberi postularent, discederent ab armis. Etsi huic edicto non parerẽt, facturum se, quodè maiestate regia videretur. Sin arma deponerent, permisit nihil legatis, sed ad se omnia referre iussit.

Cæsar exercitũ suum recenset.

Inde ad Ægram Cæsar discessurus, omnem exercitum, & dynastarum auxilia recensuit, ut gravis armaturæ equites Rex sexcẽtos instructos adduxit. Quidam ducentos addunt. Mauritius mille, Brandeburgensis 400, armave-

rat.

rat. Hussari præterea mille Regem sequebantur, & peditum cohortes decē. Nam reliquas copias partim in Bohemia dimiserat, partim Aegræ præsidio reliquerat. Mauritius, eiusque frater Augustus, decē peditū cohortes, reliquis Lipsiæ & Zuicaviæ in præsidio dispositis, conferebant.

Saxo in armis habebat VII. peditum mercenariorum millia, ac totidem fermè Saxonum, ac tria millia equitum. Reliquas copias equestres pedestresq; Gulielmus Thumsernus secum abduxerat. Exercitum profecto florentem, numero & robore militum hostibus parem propè: nisi disparem fortunam Deus dedisset ei, unde ius & æquum belli stare videbatur. Saxonis exercitus quātus.

Cæsar Ægræ feriis Paschalibus solenni ritu perpetratis, castra movit: ac Albano cū parte equitatus & omnib. copiis pedestribus Misenum, ubi Elector adhuc castra habebat, præmisso, decimo die ipse per saltus difficiles & altas paludes eodem pervenit: & X. Kal. Maias haud ꝓcul ab oppido castra cōmūniuit, receptis in itinere opidis & castel- Cæsar Saxonē quærit, eumq; insequitur.

captivis in itinere exceptis, Electorem transisse Albim accepisse, & ad Mulbergum contra Misenum metasse.

Cæsar occupandum ratus fuit, antequam Wittenbergam, ditionis Saxonicæ caput, non solum loci naturâ, sed præsidiis munitam, peteret. Die uno militibus ad curanda corpora concesso, omnes copias in ulteriorem ripam, scaphis pontis in modum instratis celeriter transportare constituit. Ista voluenti supervenit alius, sed vanus rursum rumor, Electorem retrò Wittenbergã abisse. Paulò ab Hispanis nunciatum exploratoribus fuit, eum ad Mulbergũ, tribus minus milliaribus ab Albi adhuc sedere cum iis copiis, quas paulo antè memoravi. Sunt, qui VI. millia veteranorum militum eum tantum in armis habuisse tradunt. Disposuerat circa ripam passim supra infraq; Albim, equitum peditumq; stationes cum operibus quibus hostes transitu prohiberentur Albanum ad se venire iussit Cæsar, eiq; suum consilium aperit: quòd sine ancipiti ulla deliberatione cum Saxone decernere staret, exercitum aut

Cæsaris consiliũ in celeritate positum.

rorem ſpectantibus fecit.

Cæſar futuræ pugnæ eventus neſcius quæſtus tum fertur ſeper ſe nebulæ deſitate infeſtari, quoties ſibi cum hoſte pugnandum ſit. Sub Octavam horam matutinam Miſenum poſtquam venit, ſerenum cælum diſcuſſa nebula hoſtes in adverſa ripa, qui traiecturum ibi Cæſarem tn altioribus crepidinibus operiebantur, detexit. Si pontem reficere ibi aggreſſus fuiſſet, miſſilium grãdine opus impedire potuiſſent. Sin ſcavis linribus, aut ratib. cõiunctis in ripã invadere tentaſſent, per exiguo momento arceri poterant, ac crepidines tueri: Equites circa Miſenum in acie continuit, vetuitq; prius quàm iuſſi eſſent, ab equis deſcendere, caſtris propè ripã poſitis. Miſerat Albanũ proxima quæq; ripæ loca exploratũ: quem ipſe è ueſtigio ſtatim cum Rege, & modico equitatu ſequitur, ut præſentes & ipſi quoq; ſingula perluſtrarent. Vbi accepit ulteriorem ripam paſſim ab hoſtibus inſeſſam, non viſum fuit temerè conſiliũ exequi. Proximos illico flumini accolas undiq; ad ſe cõvocat. Ab his

Albanus iuſſu Cæſaris ripã explorat & vadũ quærit.

didicit, ubi amnis maximè vadosus es-
set, & minus vortice citato, ut transiri
aut transnatari posset, flueret. Inde cum
Rege & Mauritio in proximam domũ
rusticam cibi raptim capiendi causa di-
vertit. Hinc longius progresso Albanus
occurit, qui sibi vadosum locum à quo-
dam rustico, cui hostes superioribus
diebus damnum dederant, cum fide
monstratum retulit. Et paulo inde lõ-
gius profectis, rursum Saxones cum
tormentis dispositis in stationibus pas-
sim conspecti.

Cæsari omnia adversa videbantur.

Etsi vadum iam repertum, & omnia
ad transeundum, transnatandumque
comparata forent, terrebatur Cæsar
quòd multis locis hostes equites pedi-
tesque frequentes ripam occupassent.
Agger adhæc muri in modum excita-
tus, ponè quem tuti extra telorum ia-
ctus stabant. Super hæc, pontem ex
ratibus & lintribus fabricatum, quo fa-
cilius aquæ innare, & onera secundo
flumine devehenda, capere potuisset
trifariam divulserant. Rursum diversa
Cæsari omnia: ripa humilis, cuius pro-
xima vis amnis non solum inundabat
sed

ſed etiam abluebat. Præterea, nuda & aperta omnia, præter rara arbuſta, quibus nonnihil protegerentur, ſtabant expoſita. Parte ea qua vado tranſitus erat, flumen trecentorum pedum latitudine erat, incitatum & impetuoſum quidem, ſed minus vorticoſum, quàm ubi præceps alto alveo rapitur. Nec occultè traiici poterat, neque circumduci agmen. Itaque in ancipiti deliberatione induſtriâ opus erat.

Mille Hiſpanos inter arbuſta tormẽtarios locat Cæſar, undè miſſilibus trãs flumen in adverſos grandinarent: ratus ita hoſtes ripam deſerturos, & ſubmoveri poſſe. Vbi illi viciſſim eiaculati eſſent, Hiſpani cum periculo ad amnem ruerent: Saxones nimbo globorum perturbati, in ſcaphas ſe præcipites dederunt, quibus ſecundo agmine fluminis deferrentur. Quod conſpicati Hiſpani, ex arbuſtis communiter ad ripam advolant, & in flumen præcipites acti, humeris ſolum & brachiis è ſummâ aquâ extantibus, globorum tam effuſo imbre eos qui in ſcaphas ſe coniecerant, & alios qui in ripa adhuc ſta- *Cæſariani ad debellandum hoſtẽ prompti; imprimis Hiſpani.*

bant, terruerunt, ut è ſcaphis rurſum in ſubiectum flumen acti, ægrè in ripā evaderent, & inde eos anceps terror in fugam tantum non daret. Certatum eſt tamen utrinque magna vi miſſiliū, è tanto intervallo.

Nec à ſuis abſcedebat Cæſar in ancipiti re. Is ubi ſenſit hoſtes ſegnius urgere, mille alios ſuccenturiatos ſuis defatigatis ſubmiſit. Tum Saxones ſcaphas partim omittunt, partim iniecta flamma urunt, & fugæ conſilium capiunt. Nonnulli pronos ſe in ſcaphas devolvebant, quò tuti à miſſilibus laterent. Inter iſta pontem fecerat Cæſar non magnæ molis, quem ad ripam applicari iuſſit. Hiſpani conſpectâ Saxonum fugâ, frequentes flumen, gladios ore, quo ſolo è ſumma aquæ ſuperficie extabant, tenentes mordicus, transnatant: & navigia vi fluminis delabentia, quæ à pontis parte relictâ Saxones avulſerant abducunt. Tum demū Hiſpani confertim ulteriorem invadunt, & palantes toto campo ſequuntur, & ad velitandum, provocant, donec reliquus exercitus partim ponte, qui è Saxonis

xonis Cæsarisque scaphis factus fuerat, & retinaculis connexus stabat immobilis, partim vado transisset.

Elector interim hostium, quos transitu probiberi posse crediderat, securus, sacræ concioni in castris vacabat. Is ubi per nuncium trepidè allatum, Cæsaré Albim transgressum accepit, extemplò signum ad colligenda vasa dari iussit, & Wittembergam præmissis impedimentis cum omnibus copiis celeriter maturavit, ibi cum Cæsare de summa rei dimicaturus. Reliquerat Cæsar castris præsidio è singulis legionibus ternas cohortes Germanorum, & equites quingentos gravis armaturæ, in eventum pugnæ. Equitatus rusticum ducem secutus, vado amnem superavit, Pedes ponte transportatus fuit. Ducem rusticum Cæsar centum coronatis aureis, & duobus equis donatum, dimisit.

Elector Saxonicus, dum Cæsar Albim transiit, concioni sacræ inter fuit.

LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII HISTORICI DE BELLO Germanico

LIBER SEPTIMVS.

Quo ordine Cæſar Albim trãſierit: & hoſtem invaſerit.

IN tranſitu Albis Cæſar ita partitus fuerat copias equeſtres, ut Huſſari & Lanoius cum levis armaturæ turmis, ſingulos tormentarios pedites in tergo vehentibus præcederent: ut hi deſultoriâ levitate in ripa ſtatim deiecti pro equitatu, dum pedites ponte amnem tranſirent, ſtarent, hoſtemq; paulatim retrò cedentem laceſſerent, carperentque. Proximè hos Albanus cum equitatu Neapolitano, & Mauritianis turmis ſequebatur. Poſtremum agmen Cæſar & Rex cum Germanis equitibus clauſit. Nihil cunctandum ratus Cæſar, celeritate hoſtem ad Mulbergum, vel ad Gotam oppreſſurum ſe credebat. Equitatū omnem bifariam hic raptim diviſit,

divisit: in priori acie equites levis armaturæ quadringentos Antonio Toletano, Lanoio, & Baptistæ Spinello tribuit: Mauritio Hispanos sclopetarios centum, ducentosque levis armaturæ Germanos, & hastatos sexcentos. Frontem Castronilarus cum ducentis & viginti gravis armaturæ Neapolitanis tegebat. In altera acie Cæsar, quæ in duo agmina divisa procedebat, erat: ipse in uno cum quadringentis cataphractis Germanis, & trecentis hipposclopistis curabat: in altero, cum totidem ac ducentis. Rex cum duobus filiis, & Filiberto Allobrogum Duce, versabatur..

Potuisset Saxo tantis copiis fuisse par, & in spem victoriæ acie congressus fuisse, si universum exercitum dispersum in unum contrahere potuisset. Dimiserat paulò ante Cæsaris adventū Gulielmum Thumsernum: muniverat præsidiis Mulbergum, Gotham, aliaque oppida, ne nuda auxiliis opprimerentur: firmarat Wittembergam cohortibus. Sed in re subita, in expectataque, omnes undiq; copias raptim

contrahere non dabatur. Accedebat ſecura tranſitus mens, quod Albim tā facilè exuperabilem haud quaquā crediderat. Cæterùm in hanc pugnam futuram non ſolum Germania, ſed Gallia etiam, & Italia, animos intenderant.

Cæſar properè ad hoſtē cum equitatu ſuo contendit.

Cæſar Albanum aſſequutus, cum eo copias, quas ſex machinæ campeſtres antecebant, coniunxit. Simulatq; hoſtem Mulbergo diſceſſiſſe nunciatum eſt, ad ſaltum Lochanum, tribus ab Albi miliaribus, ubi eum tenere acceperat, properè contendit quadrato agmine. Et quo liberior, longiorque in planos campos eſſet proſpectus, quem pulvis equorum antecedentium pedibus in nubis modum excitatus adimebat, obliquius aliquantò agmē in dextram vergere & incedere iuſſit.

Saxo ſuos in aciem cogit.

Saxo præcedens agmen ex intervallo conſpicatus, ſuos in aciem cogit: ei occurſurus, priusquam Cæſar, quem ad Albim, aut Torgam conſediſſe putabat, ſuis adeſſet. Wolfgangus Crucius, ſtativorum Ducis præfectus, qui Cęſaris artes in inſtruendis aciebus noverat, eum monuit, ut retrò paululum è me-

è mediâ acie concederet: & longius prospectum, trans prius agmen, quod posset, mitteret. Inde Dux alterum, quod Cæsar cum Rege oblique trahebat, agmen, præter spem ubi vidisset, celeriter in aciem rediit: in eam nunc necessitatem adductus, ut aut fugeret, aut prælio contenderet. Itaque dimicãdi moram nullam facere voluit: sed vincere, aut vinci, utcunque pugnæ alea caderet. Sed cùm extrema humanorum casuũ apud se reputaret, circa sylvam aciem instruere visum fuit: ut in ea in adversâ fortunâ abditus, ac pedestrium copiarum subsidio tutus, nocte insequenti Wittembergam receptum haberet, ibi fortunam periclitaturus. Trepidus subita re, peditatum ante sylvam consistere iussit. Erat hæc multis passim paludibus, & itinerum angustiis anfractuosis difficilis, peditibus cõmodior quàm equitibus. Inde in levioris armaturæ Hispanos hipposclopistas præter sylvam palantes, pedites tormentis manuariis armatos, à quibus glandulis eminus urgebantur, immisit.

Cæsar animos suorum confirmat, gravi oratione.

Cæsar suorum animos, obequitans turmas, paucis hortando monendoque confirmavit: ut semper pectora impavida habuissent, ita nunc virtutis pristinæ recordarentur. Eundem esse hostem, cuius vim ad Ingolstadium sedendo, ubi innumerabiles copias cum collega fugitivo habuisset, fortiter sustinuerant: quem semper cedentem retrò, restitantem, ac detrectantem pugnam sequendo, tandem ad pugnæ necessitatem traxisset. Nunc cùm videret confertâ se propè manu in prælium rapi, sylvam feris communem latebrã ad fugam quærere. Vnum diem, imò horam unam, omnium laborum finem facturum. Viris equisque se superiores: quare hostem spem victoriæ, quam ipsi in manu haberet, abiicere. Ditia præmia huius militiæ eo die omnes reportaturos. Ad hæc, in hostico pugnantibus ipsis, fugæ viam Albim à tergo interclusisse, ut fortiter vincendum esset, aut occumbendum. In hanc sententiam inter obequitandum ad milites & ordinũ ductores pauca loquutus, procedere agmen iussit.

Alba-

Albanus, cum Neapolitanis gravis armaturæ equitibus, primus in hostes invectus, eorum aciem perrupit. Mauritius ab altero cornu cum hipposclopistarum turmis sequutus, modicè Saxonum ordines turbavit. Hunc hastatorum vis, hinnitu equorum terribili & tubarum clangore sublato, tergo hærens excepit. Dum hi infestè adversis frontibus concurrunt, à dextro cornu uno tenore equites in Saxonum sinistram aciem tantâ ferociâ per præceps inferuntur, ut alæ reductæ densitate & impetu Cæsarianorum vix semel atque iterum prelium reverterentur: nec cominus diu malleis equestribus, ut virū vir galeis complexus equis detraheret, pugnaretur. Prelium equestre statim equitum peditumque certamen excepit. Hoc primo pari virtute, animisq; gerebatur. Frontem agminis duo utrinq; cornua missilibus strenuè aliquandiu tutabantur, grandine globorum equites invehentes fundendo, arcendoq;. Vbi infestius illi instarent, alii receptum fugâ in propinquam sylvam habebant, indè certis iactibus

Albanus cum suis primus in hostes invehitur.

Descriptio pugnæ.

equitum insequentium stragem facere. Sustinuerunt diu pedites Cæsarianorum impetum. Per octo fermè horas vario evẽtu extracta pugna fuit. Hussari equites levis armaturæ ad ultimum effusi, dextrâ lævâque in obliquum agmen invaserunt, eaq; agilitate interruperunt, ut exiguo admodum momẽto vertendo revertendoq; ordines turbarint. Arsit inde cædes ingens: & quo fuga Saxonum in sylvam præcipitãtior erat, hoc infestius in fugam ruentium, palantiumque toto passim æquore vestigiis hærebant Hussari. Fœda passim cædes tum fiebat: & tragicam rerum faciem augebat confusus dissonusque clamor cadentium, cædentiumque: & fremitus, soniq;, quos saltus repercussi campi reddebant. Alii in sylvam semiermes, aut magna pars saucii, inermesque robora complexi, dum ictus evitant, interficiuntur. Plures alii super alios præcipites acti, equorum pedibus proteruntur. Tantâ strage iumentorum ac telorum omnis generis circa saltum totâ planicie & cadaverum cumulatorum omnia obruta fuêre, ut e-

ques

ques ad persequendum fuga in sylvam delatos, ipso tumultu passim impeditur. Ad CCCC. noctis beneficio fuga Wittembergam ablati se cõtulêre, Capitur Ernestus Brunsuicensis, Philippi filius. Electoris filius natu maximus prælio acceptis aliquot vulneribus sese subducens, hoste, à quo acceperat vulnera, traiecto, Gotham evasit. Equites per agros fugientes insequuti, magnam prædam ceperunt. Tormenta quindecim, à Duce è prælio, iam inclinante victoriâ, præmissa, in itinere intercipiũt.

Ernestus Brunsuicensis captus.

Elector usque ad ultimum pugnæ eventum in prælio moratus, mediâ cæde dilapsus, cùm nihil spei superesset, & ad extremum periculi ventum esset, cum paucis per saltus avia & devia fugit. Albanus cum parte cataphractorum & levis armaturæ, per saltum fugientes insequitur.

Albanus Electorẽ Saxonẽ fugientẽ insequitur.

Cæsar partâ victoriâ, cum Rege, revocatis equitibus, qui tãquam in rebus pacatis securi vagabantur, ad saltum progressus, ibi constitit, ut si Albanus cum suo equitatu incautus in locum insi-

Cæsar suos à pugna partâ victoriâ revocat.

insidiarum incidisset, ad se receptum haberet. Albanus in sequendis hostibus defatigatus, ad Cæsarem, a quo alacri animo exceptus fuit, revertitur.

Saxo captivus ad Cæsaré perducitur

Modico temporis intervallo post, duo cataphracti Hispani, quatuor Itali, & Hispani levis armaturæ, atque unus Hussarus cum alio Hispano, qui palantes longius per saltum persequuti fuerant hostem, lætum spectaculum Regi & Mauritio præbituri, Electoré captum, armatum, equo insidentem, ac vulnere, quod inter pugnandum læuâ genâ acceperat, deformatum, ad Cæsarem adducunt. Saxo immodica corporis mole gravis, cum chirotecis detractis equo necquicquam descendere conaretur, siti propè in fuga ac pugna enectus, & lassitudine fractus, manere in equo à Cæsare iussus fuit. Ibi Saxo nudato vertice: Ego me, clementissime Cæsar, in hac mea fortuna captivum tibi dedo. Ad ea Cæsar, Nũc me clemẽtissimum Cæsarem appellas? Nuper haud quaquam ita (nam Carolũ à Gandavo, qui se falsò Imperatoré scribe-

Colloquium Saxonis cum Cæsare.

ſcriberet, Heſſus & Saxo dicere ſoliti fuerant) nunc in eam, quam meritus es, fortunā incidiſti: & furoris tui exitum, diu quæſitum, inveniſti. Ad quæ Saxo quaſi conſternatus, pauliſper ſubticuit. Mox cum gemitu, obtutu in terram defixo: Oro, inquit, Cæſar clementiſſime, ut eâ me fortunâ ſerves, quæ Principe viro digna eſt. Tum Cæſar: Nunc tibi ſum Cæſar? ſed ut te dignum eſt, excipiam.

Ferdinandus, cuius animum recordatio Bohemici fœderis exulcerabat, paulò acerbius eum increpuit: quòd ſe, & liberos ſuos, regno eiicere, & omnibus fortunis exuere conatus eſſet: totamque Bohemiam ad arma adverſus ſe concitaſſet. Si prælio ipſe viciſſet, univerſam gentem defecturam fuiſſe. **Ferdinādus Saxonem acerbius increpat.**

Albano imperatum à Cæſare eſt, ut Electorem & Erneſtum Brunſuicéſem ad Albim in caſtra cuſtodiendos duceret. Ab Albano id negocii Alfonſo Vivi Hiſpano demandatum fuit. **Albani cuſtodiæ captivi principes, demandatur.**

Mauritius in hac pugna, dum incircumſpectè hoſtes fugientes cædit, & perſequitur, ſclopo penè lateri admoto traie-

traiectus fuit: Sed casus, cùm ignem silex non redderet, eũ magis quàm quicquam aliud servavit.

summa Cæsorũ

Amplius duo millia peditum hostiũ cæsa sunt eo prælio: ac nisi nox superveniens pugnam diremisset, maior clades in saltu, ac campo, in quo dimicabatur, accepta fuisset. Equites paulò minus quingenti cecidêre. Signa militaria XVII.IX. equestria, & inter ea Electoris vexillum, ad Cæsarem relata sunt. Ex Cæsarianis quinquaginta equites, aut paulò plures ceciderunt.

Postridie cùm eques à quiete refectus, omnia diligentius circa exploratum mitteretur, tormenta sex reperta, & magnam impedimentorum vim in castra retulerunt.

Incidit hæc clades in Octavum Kal. Maias.

Postquam Electorem captum & in castra adduci nunciatum fuit, omnis militaris turba velut ad spectaculum triumphi effusa convenit. Ibi magnitudinem victoriæ quãtum quisq; poterat augendo, fortunã, virtutẽ, fœlicitatemque Cæsaris vehebant. Hunc esse unum

Ducem

Ducem tota Germania post Reges potentissimum: cuius maiores alii post alios summum Imperii apicem tenuissent: cuius non fuit pater, sed patruus. pater, cum septemvirum omnium suffragiis Imperium ei delatum fuisset, constanter recusarat Huius societatē & amicitiam Bohemos Regiæ prætulisse. Tantas eius esse opes, tantasq; habuisse copias, ut Mauritium Misniæ Ducem omni provincia, duobus oppidis exceptis, eo redegisset, ut exulantis in modum apud Regem Ferdinandum in latebris se contineret. Ausum eum cum Cæsare, Rege & Mauritio, solum prælio decertare, His, & similibus militum submissis sermonibus celebratus Dux, in custodiam abductus fuit.

Cæsar Torgam in fidem accipit. & VVitebergā tendit.

Biduum eo loco, ubi pugnatum fuit Cæsar stativa habuit. Inde prima luce Torgam processit: qua in fidem accepta, Vuittembergam arcem & caput ditionis, cum omnibus copiis, ut eam quoq; in potestatem redigeret, perrexit. Inter vias nunciatur Gulielmū Thūsernū cum iis copiis quas in Bohemiam

riam contra Turcam exercitus duceretur. Rumores indies adferri, illum crebras irruptiones in regnum eius facere. Quod si faceret, fore, ut alii reges quoque ad bellum socia arma communiter iungerent.

Tertio quàm ad Wittembergam castra admovit die, Cæsar Electorem capitis damnat. Quod ubi damnato significatum fuit, nullum abiecti pavidique animi, aut trepidationis signum dedit. Solum id, inquit, nunquam existimassem fore, ut Cæsar tam inclementer mecum ageret. Id interim ab eo precor, ut mihi renunciet, num ea stet sententia, ut de uxoris ac liberorũ rebus & bonis testamẽto disponere mihi liceat. Saxo capitis damnatur.

Ioachimus Brandeburgensis ad primam acceptæ cladis famam, inde latæ sententiæ, excitus, properè ad Cæsarem nullâ morâ in castra accurrit. Ibi post gratulationem victoriæ, multa benigniter pro Saxone deprecatus fuit. Qui licet gravia, ut in se statuerentur, meritus esset, ne tamen extrema humanorum in eũ persequeretur. Vide, inquit, Cæsar, si secus feceris, ut factum ab Imperii Ioachimus Brãdeburgẽsis pro Saxone intercedit.

perii Ordinibus accipietur. Quantum odii immortalis tibi, tuis omnibus, ac posteritati conflabis. Si me consultore (nam quid alii consultant, gentis suæ more, nihil ad me) uti velis, moderare victoriam, eâque utere ut te dignum est. Parùm est, quòd hostes tuos bello superaveris, nisi te ipsum vincas: qua re nihil fortius, nihil præclarius, aut maiestate Imperii dignius. Alterius victoriæ laus bonâ ex parte ad milites, quorum operâ in bello usus es, pertinet: huius verò summa gloria, iram vincere, hostemque clementia superare, propriè tua est. Quod si Germaniam in fide continere velis, lenitate, haudquaquam crudelitate opus est. Cogita Cæsar, huius maiores paternum tuum regnum olim summa cũ laude gubernasse, magna bella gessisse: patrui patris huius beneficio ad summum Imperium te ex Hispanis evocatum: cùm ipse suffragiis omnium designatus, illud suscipere recusasset.

Ad preces Brandeburgensis accedebat, quòd eadem à Gulielmo Duce Clivensi, Ferdinandi genero, cuius sororem

rem Saxo nuptam habebat, sæpe antea tentata fuissent.

Horum deprecationibus victo Cæsare, damnatio illa atrox mitigata fuit. Leges inde pacis, obliteratâ priori sententiâ, aliorumq; consiliis repudiatis, datæ hæ sunt. Vt in primis ea quæ à Cæsare de religione pronúciarentur, quæve synodo visa essent, rata ac firma haberet. Abnuit id constanter Elector: eique rei mortem sibi præoptandam, inquit. In aliis nullas conditiones se recusaturum.

Cæsar à deprecatoribus Saxonis vincitur & mitigatur.

Saxonis cõstãtia.

Inde hæ leges illi dictæ fuerunt. Septemvirali splendore se abdicaret: in eã neque ipse, neque eius liberi, neq; eorum posteritas ullum ius in posterum vindicarent. Agris, oppidis, arcibus, castellis, quæ Saxoni Septemviro parent, statim cederet: Wittembergam & Torgam traderet: Gotham arcem, nullis propè operibus expugnabilem, everteret Cæsar, integra ei suppellectile, & annonâ incolumi relicta, Tertiam alimoniæ partem, & machinas bellicas omnes traderet: milites, qui in præsidiis erant, traditis signis in pactum faces-

Leges pacis Saxoni præscriptæ.

facesserent. Albertum Brandeburgensem, nuper captum, è custodia absque mulctâ dimitteret: adempta ei redderet. Cæsar Ernesthum Brunsuicensem invicem liberum abire sineret: quæ hoc bello Prussiæ Duci Mansfeltus & Solmensibus ademisset, nullâ temporis mora restitueret. Cederet Magdeburgensi Halberstatensi, Hallensiq; ditionibus Imperii summo iudicio (Cameræ vocant) pareret. Huc quoque sumptus cum à Cæsare id constitueretur, unà faceret: ut Henricum Brunsuicensem eiusque filium, captos è custodia dimitteret: à fœdere contra se & Ferdinandum ictum desciseret: nec ullum inposterũ faceret, in quo ipsi non exprimentur.

Bona Saxonis à Cæsare Ferdinãdo & Mauritio donãtur.

Omnia eius inde bona Cæsar in publicum redacta, partim Ferdinando, partim Mauritio, pro meritis in se restituto paterno regno, donavit, hac lege, ut Mauritius illi, eiusque liberis quinquaginta aureorum millia annuis pẽsionibus solveret, si Cæsari ita videretur: sed Mauritii arbitratu tamen oppidũ Gotham (nã arcẽ Cæsar demoliri, & so-

& ſolo æquare conſtituerat) Saxo ſine certamine retineret, hac quidem lege, ut, munimento everſo, nec oppidum, nec arcem in poſterum propugnaculis firmaret. Ante fœdus Smalcaldicum multum æris alieni conflarat, ad id ſolvendum, Mauritius Elect. liberis centum aureorum millia pernumeraret. Super hæc, quantum æris alieni bonis patruelis in publicum redactis innexum eſſet, quæ Cæſar ei donaſſet, id quoque Mauritius redimeret: atque ita ſine ullo certamine obliteratis ultro citroque anteactis controverſijs, deinceps viveretur. Additum fuit conditionibus ne Saxo quicquam contra eos qui Caſtra Cæſ. eſſent ſecuti, unquam molirentur. In Thuringia Cæſ. beneficio caſtella & agros retineret. Quæ â Cæſare decreta forent, juberenturve & ab Ordinibus Imperij ea illabefactata ſervaret. Captivus Cæſarem, aut ejus filium propter conceſſam vitam ſequeretur. Bona relicta in jus liberorum tranſirent, ſi conditiones placerent, easque ipſe comprobaret, & populus.

Ex his pacis conditionibus excluſi fuerunt Quinam

conditionibus pacis exclusit.

fuerunt Bichlingus, Ringravius, Albertus Mansfeltius, Recrodus, & Thumsernus: quorum postremus dimisso exercitu arripiendus, in vincula conderetur.

Cæsar Conventum Vlmam edicit.

Armis, & æneis machinis cxx. majoribus, quas Wittemberga postea dedit exceptis campestribus exutus fuit. His conditionibus, quia placuerunt, vita Duci redempta fuit. His perfectis, Cæsar illico literas ad Ordines Imperij dedit quibus Vlmam conventum sub Idus Iunias novi fœderis concipiendi gratia edixit. Ferdinandus Bohemis item ex his castris per eosdem dies missis legati respondit, injuriam memorabilem sibi per fœdus cum hoste victo, & jam capto, nuper ictum fieri. Velle id aboleri ac ejus formulam sibi tradi: ac nisi obedirent, viam inventurum se, qua eò inducerentur.

Witteberga jussu principis sui deditionem facit.

Tenebatur interim Wittemberga trium millium delectorum militum præsidio, præter cives. Hi, nisi à suo Duce jussi, remisso sacramento, in potestatem venire, & deditionem facere obstinabant

bant. Nam cùm è muris subjectos agros ab Hussaris & Hispanis fœdis populationibus vastari, omniaque ferri agíque cernerent, ne pari licentiâ in oppidanos sæviretur, metuebant. Remisso à Duce sacramento, facta deditio est: deductisq; præsidijs, quatuor cohortes Germanorum à Cæsare, ut in præsidio essent, suffecti sunt, facta oppidanis potestate exturbandi eos oppido, qui contra edictum licenter in flagitia dissolverentur.

Saxonis conjunx cum alijs Cæsari supplex fit, & pro marito intercedit.

Acceptâ in potestatem Wittembergâ, biduò pòst Sibylla uxor Ducis, levir, & leviri conjunx, soror Ernesti, & Electoris filius ad Cæsarem in castra egressi, in ejus tabernaculum à Ferdinandi Regis liberis, Ioanne Brandeburgensi, & frequenti Germanorum nobilium cœtu deducuntur. Ibi Sibylla effusis ubertim lacrymis, pro marito erroris veniã deprecatur. Tristi ac miserabili nobilissimæ fœminæ fortunâ lacrymis obortis, & habitu motus Cæsar manu eam humi genibus advolutã levavit simul, ac amplexus benigniter, animũ mœrentis dictis blandis cõfirmavit. Moti sunt ad misericordiam

miserabili spectaculo circumstantium procerum animi, ut anteacturam injuriarum memoria prorsus exolesceret. Confirmatæ non solum mariti invisendi potestatem fecit, sed ipsi capto etiam oppidum ingrediendi, & ad octo dies apud uxorem hærendi copiam permisit. Cæsarem Ferdinandum, ejusque liberos, Electorem Brandenburgicum & Mauritium secutus, pomeridiano tempore Wittembergam arcis visendæ, & Ducum Electoralium monumentorum gratia, simul ut oppidi situm, munitiones, propugnacula, aliaque visendæ antiquitatis multa perlustraret, ingressus fuit. Haud diu illic commoratus, salutatâ in arce Sibyllâ, jussâque forti animo esse, omnia rectè cum marito habitura, in castra cum suis redijt. Per hos dies Dux Ericus Brunsuicensis ab Orientalibus copijs, quas Lubecenses, Hamburgenses, aliæque civitates confœderatæ ad bellum armarant, ducibus Curtphenningo, Mansfeltio, Heddeco, Thumserno profligatus, obsidionem Bremensem solvit. Ipse equo amnem tranans, cum parte equitatus ad

Cæsar Wirtebergam ingreditur.

Ericus Brunsuicensis ad Bremam profligatur.

ad Cæsarem fugit: apud quem non solum se de pervigilio negligenter acto, id quod vulgò de eo spargebatur, purgavit, sed omnem oscitantiæ culpam in Frisbergum, à quo in pugnâ desertus fuisset, transtulit.

Schvvendius Gotham mittitur, ut arcem deleat.

Mittitur Gotham interim Lazarus Svvendius, ad arcem, exempto è custodia Alberto Brandeburgo delendam: jussus cum duabus cohortibus tamdiu ibi commorari, dum solo æquata esset. Restabat jam, ut unus Hessus Cæs. in gratiam reconciliaretur: de quo nunc referre pergam. Brandeburgus & Mauritius per amicos apud Cæsarem huc continebantur, ut Hesso pax quibus videretur conditionibus, scriberetur, suppererat id solum, ut via inveniretur, quo publicâ privatâq; fide concessâ, supplex Cæs. accederet. Dum hæc illi moliuntur, legati è Bohemia à conjuratis proceribus in castra pacem oratum venerunt. Quos Cæsar modestè castigatos, sine mulctâ paucis post diebus domum remisit. Interim Hessus Lipsiam, ab his quos memoravi principibus, ut ibi de ratione petendæ obtinendæque veniæ secretò age-

Brandeb. & Mauritius pro Hesso agunt.

 rent,

Cæſaris poteſtatem permittere. Nullas interpone conditiones, nullas exceptiones: nam pax aliter convenire non poteſt. Nec eſt cur acerbiora metuas tibi à Cęſare impoſitum iri, aut futurum ut captivus in cuſtodiam condaris: id non fore, noſtram privatim fidem interponimus. Si quid præter eas cõditiones, quas Eblebus nuper pertulit, gravius tibi acciderit, aut acerbius in te conſultum fuerit, aut captivus tenearis, non recuſamus à tuis liberis in eandem fortunam depoſci, ſiſti, ut pro te pręſtemus. Quod ad religioné ſpectat, idem tibi affirmabitur, quod Saxoni relictum eſt. Quoniam autem hęc pax non ſolum neceſſaria tibi ſimul eſt, ac utilis, verum etiam reip. petimus, ut quã primum huc te conferas, & Henricum Brunſuic. unâ, & filium ejus, tecum ad Cæſ. adducas, ut noſtram fidem ſecuto pax tibi ſit impetrabilior, & præſens datâ dextrâ pacis conditiones accipias. Nec eſt quod verearis, ne Brunſuicéſis cujusquã inſidijs inter vias intercipiatur: id non futurum, nos volumus pręſtare. Dabitur opera, ut ab equitibus obvijs incolumis ad Cęſarem deducaris. Literarum hic fuit tenor.

Cæte-

Cæterùm pacis leges à Cæſ. Lantgravio dictæ, quasque deſcriptas ipſe ſua manu confirmavit, fuerunt hæ: Vt ſe, agros, urbes, arces in Cæſaris poteſtatem, nullis interpoſitis conditionibus, traderet. Ipſe ſupplex ad Cæſ. pedes advolutus, noxam condonari peteret. Cęſari deinceps obediens ſummè obſervantiâ foret. Iudicio imperiali à Cæſare conſtituendo parêret: ſumptus in id unâ pro copia faceret. Decreta Cæſ. pro incolumitate & ſalute Imperij comprobaret, & ſervaret. Adverſus Turcam auxilia unâ cum cæteris principibus certatim ſuis temporibus mitteret. Omnibus fœderibus, inprimis Schmalcaldico renunciato, Epiſtolas hujus generis, quascunq; haberet, Cæſ. tradito. Nullum fœdus cum ulla gente inito, in quo Cæſ. & Ferdinandus non exprimerentur. Hoſtibus Cæſaris ſuam ditionem interdicito. Quos Cæſar, quòd in ſe arma induiſſent, luere noxam vellet, eos non tuetor. Cæſarem per ditionis ſuæ fines cũ exercitu tranſire ſinito: & cõmeatu juvato. In ſuos populares extremo humanorũ ſupplicio, qui poſt eum diem in acie contra Cæſarem ſtarent, animadvertito. Pacis leges Heſſo à Cæſare dictæ.

perii Ordinibus accipietur. Quantum odii immortalis tibi, tuis omnibus, ac posteritati conflabis. Si me consultore (nam quid alii consultant, gentis suæ more, nihil ad me) uti velis, moderare victoriam, eâque utere ut te dignum est. Parùm est, quòd hostes tuos bello superaveris, nisi te ipsum vincas: qua re nihil fortius, nihil præclarius, aut maiestate Imperii dignius. Alterius victoriæ laus bonâ ex parte ad milites, quorum operâ in bello usus es, pertinet: huius verò summa gloria, iram vincere, hostemque clementia superare, propriè tua est. Quod si Germaniam in fide continere velis, lenitate, haudquaquam crudelitate opus est. Cogita Cæsar, huius maiores paternum tuum regnum olim summa cũ laude gubernasse, magna bella gessisse: patrui patris huius beneficio ad summum Imperium te ex Hispaniis evocatum: cùm ipse suffragiis omnium designatus, illud suscipere recusasset.

Ad preces Brandeburgensis accedebat, quòd eadem à Gulielmo Duce Clivensi, Ferdinandi genero, cuius sororem

rem Saxo nuptam habebat, sæpe antea tentata fuissent.

Horum deprecationibus victo Cæsare, damnatio illa atrox mitigata fuit. Leges inde pacis, obliteratâ priori sententiâ, aliorumq; consiliis repudiatis, datæ hæ sunt. Vt in primis ea quæ à Cæsare de religione pronũciarentur, quæve synodo visa essent, rata ac firma haberet. Abnuit id constanter Elector: eique rei mortem sibi præoptandam, inquit. In aliis nullas conditiones se recusaturum.

Cæsar à deprecatoribus Saxonis vincitur & mitigatur.

Saxonis cõstãtia.

Inde hæ leges illi dictæ fuerunt. Septemvirali splendore se abdicaret: in eã neque ipse, neque eius liberi, neq; eorum posteritas ullum ius in posterum vindicarent. Agris, oppidis, arcibus, castellis, quæ Saxoni Septemviro parent, statim cederet: Wittembergam & Torgam traderet: Gotham arcem, nullis propè operibus expugnabilem, everteret Cæsar, integra ei suppellectile, & annonâ incolumi relicta, Tertiam alimoniæ partem, & machinas bellicas omnes traderet: milites, qui in præsidiis erant, traditis signis in pactum facess-

Leges pacis Saxoni præscriptæ.

facesserent. Albertum Brandeburgensem, nuper captum, è custodia absque mulctâ dimitteret: adempta ei redderet. Cæsar Ernesthum Brunsuicensem invicem liberum abire sineret: quæ hoc bello Prussiæ Duci Mansfeltus & Solmensibus ademisset, nullâ temporis mora restitueret. Cederet Magdeburgensi Halberstatensi, Hallensiq; ditionibus Imperii summo iudicio (Cameræ vocant) pareret. Huc quoque sumptus cum à Cæsare id constitueretur, unà faceret: ut Henricum Brunsuicensem eiusque filium, captos è custodia dimitteret: à fœdere contra se & Ferdinandum ictum desciisceret: nec ullum inposterũ faceret, in quo ipsi non exprimentur.

Bona Saxonis à Cæsare Ferdinãdo & Mauritio donãtur.

Omnia eius inde bona Cæsar in publicum redacta, partim Ferdinando, partim Mauritio, pro meritis in se restituto paterno regno, donavit, hac lege, ut Mauritius illi, eiusque liberis quinquaginta aureorum millia annuis pẽsionibus solveret, si Cæsari ita videretur: sed Mauritii arbitratu tamen oppidũ Gotham (nã arcẽ Cæsar demoliri, & so-

& solo æquare constituerat) Saxo sine certamine retineret, hac quidem lege, ut, munimento everso, nec oppidum, nec arcem in posterum propugnaculis firmaret. Ante fœdus Smalcaldicum multum æris alieni conflarat, ad id solvendum, Mauritius Elect. liberis centum aureorum millia pernumeraret. Super hæc, quantum æris alieni bonis patruelis in publicum redactis innexum esset, quæ Cæsar ei donasset, id quoque Mauritius redimeret: atque ita sine ullo certamine obliteratis ultro citroque anteactis controversijs, deinceps viveretur. Additum fuit conditionibus ne Saxo quicquam contra eos qui Castra Cæs. essent secuti, unquam molirentur. In Thuringia Cæs. beneficio castella & agros retineret. Quæ à Cæsare decreta forent, juberenturve & ab Ordinibus Imperij ea illabefactata servaret. Captivus Cæsarem, aut ejus filium propter concessam vitam sequeretur. Bona relicta in jus liberorum transirent, si conditiones placerent, easque ipse comprobaret, & populus.

Ex his pacis conditionibus exclusi Quinam

conditionibus pacis exclusit. fuerunt Bichlingus, Ringravius, Albertus Mansfeltius, Recrodus, & Thumsernus: quorum postremus dimisso exercitu arripiendus, in vincula conderetur.

Cæsar Conventum Vlmam indicit. Armis, & æneis machinis cxx. majoribus, quas Wittemberga postea dedit, exceptis campestribus exutus fuit. His conditionibus, quia placuerunt, vita Duci redempta fuit. His perfectis, Cæsar illico literas ad Ordines Imperij dedit, quibus Vlmam conventum sub Idus Iunias novi fœderis concipiendi gratia edixit. Ferdinandus Bohemis item ex his castris per eosdem dies missis legatis respondit, injuriam memorabilem sibi per fœdus cum hoste victo, & jam capto, nuper ictum fieri. Velle id aboleri, ac ejus formulam sibi tradi: ac nisi obedirent, viam inventurum se, qua eò inducerentur.

Witeberga jussu principis sui deditionem facit. Tenebatur interim Wittemberga trium millium delectorum militum præsidio, præter cives. Hi, nisi à suo Duce jussi, remisso sacramento, in potestatem venire, & deditionem facere obstinabant,

bant. Nam cùm è muris ſubjectos agros ab Huſſaris & Hiſpanis fœdis populationibus vaſtari, omniaque ferri agique cernerent, ne pari licentiâ in oppidanos ſæviretur, metuebant. Remiſſo à Duce ſacramento, facta deditio eſt: deductisq; præſidijs, quatuor cohortes Germanorum à Cæſare, ut in præſidio eſſent, ſuffecti ſunt, facta oppidanis poteſtate exturbandi eos oppido, qui contra edictum licenter in flagitia diſſolverentur.

Acceptâ in poteſtatem Wittembergâ, biduò pòſt Sibylla uxor Ducis, levir, & leviri conjunx, ſoror Erneſti, & Electoris filius ad Cæſarem in caſtra egreſſi, in ejus tabernaculum à Ferdinandi Regis liberis, Ioanne Brandeburgenſi, & frequenti Germanorum nobilium cœtu deducuntur. Ibi Sibylla effuſis ubertim lacrymis, pro marito erroris veniã deprecatur. Triſti ac miſerabili nobiliſſimæ fœminæ fortunâ lacrymis obortis, & habitu motus Cæſar manu eam humi genibus advolutã levavit ſimul, ac amplexus benigniter, animũ mœrentis dictis blandis cõfirmavit. Moti ſunt ad miſericordiam

Saxonis conjunx cum alijs Cæſari ſupplex fit, & pro marito intercedit.

miserabili spectaculo circumstantiun procerum animi, ut anteacturam inju riarum memoria prorsus exolescere Confirmatæ non solum mariti inviser di potestatem fecit, sed ipsi capto etian oppidum ingrediendi, & ad octo di apud uxorem hærendi copiam permi sit. Cæsarem Ferdinandum, ejusque li beros, Electorem Brandenburgicun & Mauritium secutus, pomeridian tempore Wittembergam arcis visenda & Ducum Electoralium monumento rum gratia, simul ut oppidi situm, mu nitiones, propugnacula, aliaque vi sendæ antiquitatis multa perlustrare ingressus fuit. Haud diu illic commo ratus, salutatâ in arce Sibyllâ, jussâ que forti animo esse, omnia rectè cu marito habitura, in castra cum suis re dijt. Per hos dies Dux Ericus Brunsui censis ab Orientalibus copijs, quas Lu becenses, Hamburgenses, aliæque civi tates confœderatæ ad bellum armarant ducibus Curtphenningo, Mansfeltio Heddeco, Thumserno profligatus, ob sidionem Bremensem solvit. Ipse equo amnem tranans, cum parte equitatu

Cæsar Wirteber gam in greditur.

Ericus Brunsui censis ad Bremam profliga tur.

ad Cæsarem fugit: apud quem non solum se de pervigilio negligenter acto, id quod vulgò de eo spargebatur, purgavit, sed omnem oscitantiæ culpam in Frisbergum, à quo in pugnâ desertus fuisset, transtulit.

Mittitur Gotham interim Lazarus Svvendius, ad arcem, exempto è custodia Alberto Brandeburgo delendam: jussus cum duabus cohortibus tamdiu ibi commorari, dum solo æquata esset. Restabat jam, ut unus Hessus Cæs. in gratiam reconciliaretur: de quo nunc referre pergam. Brandeburgus & Mauritius per amicos apud Cæsarem huc continebantur, ut Hesso pax quibus videretur conditionibus, scriberetur, superérat id solum, ut via inveniretur, quo publicâ privatâq; fide concessâ, supplex Cæs. accederet. Dum hæc illi moliuntur, legati è Bohemia à conjuratis proceribus in castra pacem oratum venerunt. Quos Cæsar modestè castigatos, sine mulctà paucis post diebus domum remisit. Interim Hessus Lipsiam, ab his quos memoravi principibus, ut ibi de ratione petendæ obtinendæque veniæ secretò agerent,

Schvvendius Gotham mittitur, ut arcem deleat.

Brandeb. & Mauritius pro Hesso agunt.

rent, evocatur. Ibi postquam audivit, omnem spem veniæ impetrandæ præclusam, nisi sine ullis conditionibus in potestatem Cæsaris se traderet; castella omnia, agros oppida, æneaq́, tormenta daret: duris hisc õditionibus ille consternatus, cum in solâ Cæsaris clemẽtiâ spem veniæ positam videret, aliquandiu cogitabundus oculis in terram dejectis sedit: ac statim Weisfelsum retrò domum, quatuor à Lipsia miliaribus, mœstus ad deliberandum regressus fuit. Postridie cum apud animũ suum præsentem suã fortunam, & anceps discrimen, quod immineret, inter equitandum identidem reputaret, (acceperat famâ, Cęs. expeditionem in Hassiam cum omni exercitu parare) tum demum, qui nullam antea pactioné recepisset, nunc quaslibet, quã vis graves, salvâ vitâ, admissurus visus fuit. Lateri ejus adequitabat tum fortè Eblebus, cum quo inter vias multa de petendâ veniâ deliberaverat. Si scirem, inquit, Cęsarem exorari posse, & exoratum à me præsente, & quidem supplice domũ me abire permissurum, non gravarer omnia propugnacula & castella diruere, permitterem

Hessi declaratio.

terem omnia opera bellica auferri, traderé armamenta: unam tantum arcem relinqueret, in qua me in ocio & secessu cótineré, neq; gravius quid in me consuleret. Eblebus advertens ista ab ægro animo cũ gemitu ac suspirio profecta: Age, inquit, quid si ista ad Maurit. referã, quo tibi consulat? Paucis diebus vel ipse huc rursum adero, vel per literas te certiorem faciam. At vide, ne interea quid gravius per ægritudinem animi in te consulas. Simul ille extemplò ad Maurit. properè maturavit: ac cum eo, ut convenerat, secretò egit. Refert ille statim rẽ ad Cæsaré. Revertitur Eblebus brevi post è castis Wittenbergensibus, cũ literis à Brandeburgensi & Mauritio ad Lantgravium. Earum hic erat tenor: nonis Iun: scriptæ fuerant. Vbi de tua voluntate per Eblebum facti sumus certiores, totidem verbis rem ad Cæs. retulimus. Quid autem obtinuerimus, ex eo cognosces, qui ad te pacis leges perfert. Et quia tolerabiles sunt, nulla ratione recusandas censemus. Neq; dubiũ est, quin sint placituræ: maximè cum cernas ac tecũ reputes, in quãto periculo verseris. Cave abnuas te in

Eblebus Mauritio declarationem Hessi aperit.

Eblebus revertitur ad Hessum, & quid peractum renunciat.

Cæsaris potestatem permittere. Null
interpone conditiones, nullas excepti
nes: nam pax aliter convenire non p
test. Nec est cur acerbiora metuas tibi
Cęsare impositum iri, aut futurum ut c
ptivus in custodiam condaris: id n
fore, nostram privatim fidem interpon
mus. Si quid præter eas cõditiones, qu
Eblebus nuper pertulit, gravius tibi acc
derit, aut acerbius in te consultum fu
rit, aut captivus tenearis, non recusam
à tuis liberis in eandem fortunam dep
sci, sisti, ut pro te pręstemus. Quod ad r
ligioné spectat, idem tibi affirmabitu
quod Saxoni relictum est. Quoniam au
tem hęc pax non solum necessaria tibi s
mul est, ac utilis, verum etiam reip. pet
mus, ut quã primum huc te conferas, &
Henricum Brunsuic. unâ, & filium eju
tecum ad Cæs. adducas, ut nostram fide
secuto pax tibi sit impetrabilior, & pra
sens datâ dextrâ pacis conditiones acc
pias. Nec est quod verearis, ne Brunsuic
sis cujusquã insidijs inter vias intercipi
tur: id non futurum, nos volumus pręst
re. Dabitur opera, ut ab equitibus obvi
incolumis ad Cęsarem deducaris. Liter
rum hic fuit tenor. Cæte

Cæterùm pacis leges à Cæſ. Lantgravio dictæ, quasque deſcriptas ipſe ſua manu confirmavit, fuerunt hæ: Vt ſe, agros, urbes, arces in Cæſaris poteſtatem, nullis interpoſitis conditionibus, traderet. Ipſe ſupplex ad Cæſ. pedes advolutus, noxam condonari peteret. Cęſari deinceps obediens ſummè obſervantiâ foret. Iudicio imperiali à Cæſare conſtituendo parêret: ſumptus in id unâ pro copia faceret. Decreta Cæſ. pro incolumitate & ſalute Imperij comprobaret, & ſervaret. Adverſus Turcam auxilia unâ cum cæteris principibus certatim ſuis temporibus mitteret. Omnibus fœderibus, inprimis Schmalcaldico renunciato, Epiſtolas hujus generis, quascunq; haberet, Cæſ. tradito. Nullum fœdus cum ulla gente inito, in quo Cæſ. & Ferdinandus non exprimerentur. Hoſtibus Cæſaris ſuam ditionem interdicito. Quos Cæſar, quòd in ſe arma induiſſent, luere noxam vellet, eos non tuetor. Cæſarem per ditionis ſuæ fines cũ exercitu tranſire ſinito: & cõmeatu juvato. In ſuos populares extremo humanorũ ſupplicio, qui poſt eum diem in acie contra Cæſarem ſtarent, animadvertito. Pacis leges Heſſo à Cæſare dictæ.

Revocato è castris, qui adhuc adversus Cæsarem in armis sunt: eosq; intra quatuordecim dies ab armis discedere edicto jubeto: ac nisi intra edictos dies parêrent, bona eorum mulctæ nomine prędæ sunto Cæsari. Centum millium aureorum pecunia noxam luito: eamque summam præsentem intra quatuor mēses solvito. Arces omnes cum propugnaculis excepto Ziegenhemo aut Cassello, demolitor. Præsidia imponenda Cæsari sacramento obnoxia sunto: nec ulla in posterum, nisi arbitratu & voluntate Cæsaris firmantor, Hęc ita rata sunto, si omnia bellica opera, globos, pulverem tormentarium, & quantum instrumentorum huc pertinet, primo quoque tempore in potestatem tradat: sed ex omni numero Cæsar, quantum videretur satis futurum ad eam arcem tuendā, quam permitteret, ei dono, relinqueret. Henricum Brunsuicensem, ejusq; filium è custodia, restituendo paternam ditionem, remisso popularibus juramento, dimittito: inde actionem damni dati cum eo pacatè disceptato. Adhæc, Prussorum magistro, alijsq; Principibus vi à se ad-

empta, lubens volensque restituito. Adversus Danorum Regem, ac alios, quòd in dubijs rebus belli, & incertis fortunæ nulla auxilia miserint, quodque Cæsaris arma fuissent secuti, nihil infesti molitor. Captivos sine mulcta dimittito: judicio ijs sistitor, à quibus cõtroversia intenditur. Has leges pacis si ipse nõ recusaret, & liberos easdẽ ratas habere jubeto easdem Hassię nobilitas omnis, ac populus cõprobato. Si has leges violaverit Lantgravius, tum illi arreptum eum Cęs. tradunto. Pro his omnibus Brandeburg. Maurit. & Wolfgangus Palatinus fidejusserunt. Si ista pacta labefactaret, promiserunt se cõsociatis armis vires suas in eum conversuros, ut ad servandum cogant. Hessus has pacis leges ubi legit, ita non recusavit, ut aliqua, quæ perplexius, minusq; dilucidè dicta fuissent, è cõsilio Ordinum planius explicari peteret. Dimittitur ijsdem fermè diebus è custodia Albertus Brandeburg. qui ad Cęsarem in prætoriũ introductus, gratias ei pro beneficio accepto egit. Postridie nonas Iun. Cæsar castra moturus, sua præsidia è Wittembergâ deduxit, è Mauritij copijs aliquot relictis cohortibus. Eo-

Brandeburgicus Mauritius, & Palatinus fidejussores Landgravij.

Hessius cõditiones plenius explicari petit.

Albertus Brandeb. è custodia dimittitur.

Witeberga Mauritio jurat.

Eodem die Mauritius frequentem senatum habuit in arce, ubi civitatis libertatem, jura, leges patrias, cõsuetudinesq; rata ac sancta se habiturum, ut à majoribus accepissent, affirmavit: aucturum insuper potius, quàm diminueret. Inde in ejus fidem juratum est. Capto enim Ioanne Fæderico, Cæsar eum Septemvirali splendore pro meritis in eo bello decorarat. Magistratus Mauritiũ omnium primum oravit, ut scholam Wittembergensem, hujus belli Germanici procella dilapsam, restauraret. Quod non solum datâ dextrâ se facturũ promisit: verumetiam rusticorum miseram plebem terrore profugam, in suas quemque possessiones, agros, prædia, villas revocari jussit Quorum ædificia incendio vastata jacebant, illis ligna è sylvis ad ædificandũ, sarciendumq;, & in sementem frumentum se præbiturum promisit: redactis ad extremam paupertatem, gratis: ditioribus paulo, mutuò. Sub hæc quædam seorsim, quæ ad Ecclesiasticam rem pertinerent, mutare aggressus fuit. Ioannes Fridericus, Nicolaum Amstorfium episcopatu Numbergensi aliquot antè annis præfe-

Mauritius Iuliũ Pflugium Episcopatu Numburgensi donat.

cerat. Hoc nunc pulso, Mauritius Iuliũ Phlugium eâ donavit. Ferdinandus per eos dies in Bohemiam cum tribus millibus equitum, & peditum millibus sex, ad componendos regni motus profectus, ad Lætmericiam primis castris consedit. Inde ad Ordines Bohemiæ literas dedit, quibus iterum de fœdere cum Saxone icto multis verbis expostulavit cum illis: adversus se tanquam hostem id initum fuisse. Velle se eos ab illo discedere: & si essent qui obstinati id facere recusarent, ij sententiam suam nominatim perscriberent. Haud ignorare se, esse nonnullos, qui fraude & lenocinijs verborum blandis, à quibusdam in eum errorem adducti essent: quibus ignoscere, staret sententia: nec injuriarum in posterum recordari velle, præterquam ijs qui vim magistratui fecissent, eumve pulsassent, quibus crimen non condonaret. Dum ad Lętmericiam sedet Rex, ejus legati, & Cæsaris, Vlmam venerunt: qui illorum studium & operam, ad firmandam pacem Imperij, in consilio commemorarunt. Dare huc operam, ut fœdere inito, quies perpes & otium sempiternum

num in Germania ſtabiliretur. In hanc ſententiam cum multa de tranquillando ſtatu Imperij, & cōcordia Religionis per dies aliquot diſſererentur in concilio, peſtis graſſari repētè oborta, legatos diſcedere cōpulit: quamobrem paulo pòſt conventus Germaniæ ad Kal. Sept. Auguſtam edictus à Cæſare fuit. Moverat Cæſ. Wittembergâ, ſalutato fratre, & Ordinum ductoribus ſingulis torquibus aureis decoratis: laudatosque ſimul pro concione eos qui primi Albiā tranarant, poſtquam donis ampliſſimis, veſtibus excellentibus holoſericis & oſtrinis ornaſſet, ſimulque duplares nominaſſet, Halam ad Salam flumen contendit: inde in Haſſiam expeditionē facturus, quòd Lantgravius temporis moram ad tranſigenda ea quæ per Brandenburgenſem & Mauritium confecta eſſent, quærere videretur. Hic inter Germanos & Hiſpanos milites incertum quâ de causâ, tantâ trepidatione tumultuatum fuit, cùm jam res haud procul à dimicatione eſſet, ut niſi Cęſar impavidus in medias acies occurriſſet, jam prælio mediâ urbe cum memorabili tantæ victoriæ diſcrimine labe-

Conventus Germaniæ Auguſtā edicitur.

Cæſar Wi tebergà Halā contendit.

labefactandæ dimicatum fuisset. Hessus interim anceps consilij, quid facturus esset, nec satis credere fidei Septemvirorũ, generi, & Brandeburgensis, nec Cæsaris vim audere expectare: ad postremum 14 Kal. Iul. fiducia fideq; illorũ fretus, medius inter eos obviam progressos cum equitibus centum, paulù sub occasum solis Halam ingressus, magnificâ cœnâ à genero exceptus fuit. Eâdẽ vesperâ Henricus Brunsuicensis cum duobus filijs & Erico duce Hessum sequutus, & ipse Halam venit. Postridiè ejus diei mittitur ad Hessum Christoph. Carlebicius, ad pacis, in quas convenerat, conditiones exhibendas, subscribendasq;. His cùm additum, sed non expressum antea in formula per Maurit. & Brandeb. transmissa fuisset, Cæsaris unius esse, pacis capita interpretari: Atrebatensi episcopo renũciari per Carlebicium jussit, se non posse, nec è sua dignitate esse, subscribere ijs in quę nõ convenisset. Atrebatẽsis vicissim respõderi jussit, id à scribâ per negligentiã, ut interdum fieri solet, omissum fuisse. Ille cum instaret, ut citra fraudẽ id fieret: adiecit alter, quoniam de Religionis negotio postularet sibi caveri, ut Maurit.

Hessus Halam ingreditur.

Hessus subscribere recusat.

& Brandeburgensis fecerant, haud gravatè Cęsarem hoc facturum, si ipse vicissim concilij Tridentini decretis obediétem se per omnia prętaret. Ad ea Hessus, à nemine antea ejus rei mentionem injectam quidé: nec alios Imperij ordines eo ipso teneri: cur in conditionibus id nō esset expressū? Malle se eâ cautione Cęsareâ carere, cum ne Cæsar ipse quidem ad cavendum teneretur. Atrebatensis post aliquantam altercationem reputás non esse è dignitate Majestateq; Cæsaris, verbis de cautionis jure, & formulâ verborum prolixius disceptare: minari occœpit, eum, ni parêret, infortuniū habiturum. Cæsarem jamdudum in principum senatu eum operiri, & moram indignè ferre: sponte proinde faceret, quod invitus frustrà disceptando exemptis horis facturus esset. Tum demum Hessus acerba denunciatione motus, ne vindicem severioré cunctationis Cæsarem experiretur, ad hunc modum conditionibus subscripsit. LIBERI, PII, GENERALIS CONCILII DECRETIS, QVO NON MINUS CAPUT QVAM MEMBRA REFORMETUR, SE VEL-

Atrebatensis Episcopi minæ.

Quomodo Hessus subscripserit.

LE

LE PRÆSTARE OBEDIENTEM, UTI MAURITIUS ET BRANDENBURGENSIS SE PRÆSTATURI ESSENT. Isti enim secretò paulo antè ita cum Hesso in transigendo collocuti fuerant, decerneret Concilium quę vellet, eorum se nullam habituros rationem, nihilq; pensi, dederantq; copulatâ dextrâ fidem, à confessione Augustanâ se nō discessuros. Hac fide confirmatum, Hessum, Mauritius & Brandeburgensis Electores sub quintam vespertinam in regiam ad Cæsarem perduxerunt. Ingens hominum nobilium velut ad spectaculum effusa multitudo hâc confluxerat, eum visuri, quem toties prædicasse audiverant, malle dubia rerum omnia periclitari, quàm supplicem se ad genua Cæsaris advoluere. Vbi ad Cæsarem venit, nudo capite se in terram demisit. Ibi cancellarius ejus Guntherodus hujusmodi orationem, quam de scripto recitavit, pro illo habuit. Lantgravius Hessiæ Philippus, Cæsar invictissime, hoc bello graviter in te peccasse, & majestatem tuam imminuisse cōfitetur: cur justa offensa severè in se animadvertere posses

Hessus ad Cæsarem perducitur.

Hessus Cæsari fit supplex.

Oratio Cancellarij Landgravij ad Cæsarem.

ses. Nunc quando peccasse sese, insanisse. & alios in insaniæ suæ societatem pellexisse pœnitet, clementiæ tuæ fiduciâ & promissis, in tuam potestatem se permittit. Orat igitur te, ut quantum admissum est peccati, sibi condones, memoriam anteactarum injuriarum obliteres, proscriptionem justam aboleas, & integrum se ac paternum regnum restituas. Quantum rerum possidet, si in fidem recipias tuam pro singulari beneficio ducet: tum enim tuo beneficio vetus suum nomen, domestica jura, immunitates, patriasque leges licebit tueri. Quoniam autem ex animo prædicat (taciturnitas pro confessione est) te à Deo optimo maximo sibi patronum in terris unum datum: deinceps te ijs obsequijs, quibus par est, & Imperij majestatem observabit, ut paratus sit obedienter, quo ad vivat mittendis auxilijs armatis servire, & imperata facere. Fidem in eo nusquam desiderabis: quin ea, quibus majestatem tuam violaverit, pro opibus & copijs dabit operã, ut officijs penset, ut omnes gentes humanæ sciant, Lantgravium unquam tanti beneficij immemorem

fuisse.

fuisse. Ad ea Cæsar per Georgium Seldum oratorem: Quãvis Philippus Lantgravius graviora in se admisit, quam ut ullâ pœnâ scelera ipsius expientur, ut ipse non obscurè confitetur: ego tamen eâ clementiâ, quam in alios declaravi, insitâ usus, quòd pro eo illustres Principes deprecati sint, non abnuo, quin proscriptio & privilegium de capite ejus latum aboleatur, & in totum obliteretur. Sed & capitis absolvitur, cum in perpetuam quidem custodiam meritò damnari debuisset. Ad hæc, propter eosdem deprecatores, futurum est, ut ne bonis, agris, possessionibus quidem noxam luat amplius, quam in conditionibus expressum est. Popularibus ejus omnibus & clientibus hac lege noxam insuper condono, si pactiones initas, conditionesq; tabulis ipsorum voluntate datas, acceptasq; & comprobatas servent obedienter, & tantum beneficium meum in perpetuum agnoscant. Hæc dicta, actaque fuêre præsentibus Maximil. Austriaco, Philiberto Allobrogo, Duce Albano, Prussorũ Magist. Atrebatensi, Numburgensi, Hildesemio, episcopis; Henrico, Cæsaris respõsio.

Erico,

Erico, Carolo, Philippo, Brunsuicensibus Legatis Pōtificis, Regis Bohemię, Daniæq; Regum, Ducis Clivensis, ac civitatum quarundam maritimarum, præter immensam nobilium procerum Germanorum, & exterarum gentium multitudinem, quæ ad ejus rei spectaculum confluxerat. Hessus nihil amplius superesse ratus, nisi ut actis Cæsari pro beneficio, & tantâ ejus clementiâ gratijs, liber abiret, genibus fortassis insidendo fatigatus, aut longioris moræ tædio, injussus surrexit. Obstupuit paulisper, sibi à Cæsare pro ejus consuetudine dextram non dari, neq; in pedes se erigere juberi; inde commotus nonnihil fuit, quod coram cum animi dolore Brunsuicenses in consessu videret, quos ipse captivos in custodia ad id temporis usque per aliquotannos habuisset, suæ tragœdiæ cum tacito gaudio præsentes spectatores: ut casus rerum humanarum sunt lubrici, ludibria, & vicissitudines variæ. Tandem Elect. Brandeb. ipsum adit, atque unâ cum Mauritio ad cœnam secum ab Albano in arcē honorificè evocatum docet: atque ibi quæ superessent, transigenda.

Hessus injussus surgit.

Hessus insidiosè ab Albano ad cœnam vocatur.

genda. Mirari aliquis meritò poteſt, tam ſagacem in alijs dubijs rebus Principem, tamq; oculatum, fraudē tectam ex his ſignis nō ſubodoratum fuiſſe: cum ex verborum pacis formula ambigere, quid futurum eſſet de ſe, potuiſſet: præcipuè cum ab Atrebatenſi reſponſum fuiſſet, legum pacis explicationem à Cæſare ſolo expectandam eſſe. Vbi ad Albanum in arcem ventum eſt, horæ aliquot inter cœnandum exemptæ ſunt ijs colloquijs, quibus Principes inter pocula ludere ſolent. Sublatâ cœnâ, proferuntur ad fallendas horas aleæ, quibus pleriq; mortales plus quàm humanis liberalibusq; ſtudijs delectantur. Dum ille ludit, Brandeburgenſis & Mauritius de menſa ſurgunt, ac ſemotis arbitris ſeorſim quædā cum Albano & Atrebatenſi ſecreta colloquia in aurem ſerunt. Extracta alea jam in multam noctem erat, cùm Heſſus ab Electoribus de menſâ omiſsâ aleâ advocatur. Ibi fidam ſuam operam, & Cæſaris voluntatem, per EuſtathiumSchlebum commemorant. Se quidem ſemper quæ potuiſſent, quæque viros principes, tum amicos, tam affines decerent, obni-

xè

xè præstitisse: plura super datam fidem, si licuisset, præstaturos. Ea que, quæ privatâ suâ fide interpositâ fuissent polliciti, hactenus servasse, & eandem ab alijs quoq; superasse servatum iri. Nunc audire se ab Albano & Atrebatensi dici, ipsi in arcem pernoctandum, & quidem in custodiâ pervigili esse manendum, quo tristius sibi nihil auditu accidere potuerit: quòd præter publicam, privatâ datâ fide, promisissent, sese eum in potestatem victoris non tradituros esse. Convenire tamen Cæsarem se velle, & de ea re cum ipso disceptare: spem haud dubiã affulgere, fore ut dimitteretur. Hessus, vir ingenio ferox, ad hos sermones primùm vehementer suspirio & gemitu edito turbatus fuit: inde cùm animum vellet vincere, & ejus magnitudinem præ se ferre, Quidvis, inquit, prius ausus fueram mihi polliceri, quam ut tam iniquè contra jus gentium mecum ageretur.

Cæsaris primùm, indè vestram, quam non minoris feci, fidem privatam, non arbitrium cujusquam sequutus, voluntate mea, non coactus huc ve-

ni,

ni. Ipsi nostis, nec potestis dissimulare: qui mihi, liberisq; meis jurejurando interposito si quid perfidiæ, adversive accideret, vos ipsi obnoxios fecistis. Redimite igitur jam vestram fidem, quo nomen & dignitatem vestram apud omnes mortales tueamini. Quod ni feceritis, perfidiæ, quam aliquando luetis, Deum justum vindicem expectate. Lenta quidem ejus ira & indignatio est: sed graviori casu ac ludibrio eam lentitudinem pensare solet. Mauritius sedulò, quod potuit, se de crimine perfidiæ excusabat, & Brandeburgensem: Deum & omnia sacra testati ambo, hujus consilij exortes se, & ignaros fuisse: cum pleràq; nobilitate Electoris Brandeburgensis eà nocte apud eum conquieverunt.

Electores pro Hesso apud Cæsarem intercedũt.

Postridie, ut promiserant, ad Cæsarem accedunt, ac verecundè cum eo expostulant, tantam infamiæ notam sibi & posteris suis injuri: existimationemque sui non solum per Germaniam, sed etiam apud omnes gentes in sempiternum labefactatum iri: audituros perfidiæ, traditionis, proditionisque scelera, præter meritum. Hinc cædes, hinc

hinc bella, ſimultates, odia, inſidias latrocinantium in modum, populationes agrorum, incendia, vaſtationes, excidiaque exoritura. Si vel leviſſimus, inquiūt, cuſtodię odor fuiſſet objectus, nunquam illi prodeundi in majeſtatis tuæ conſpectū ſuaſores authoresve fuiſſemus: neq; ipſe Lantgravius huc veniſſet, ubi nihil pręter turpem captivitatē morte graviorem expectaſſet. Saltem noſtri, qui pro eo deprecati fuimus, ratio ſit, ut ille non mereatur: ac in pacatum abire, integris conditionibus, permitte, id quod nos privatim etiam datâ extrâ, tuâ publicâ fide freti, futurum promiſimus. Ad ea Cæſar: Non nego, me illi caviſſe: ſed in perpetuâ cuſtodiâ eum non eſſe retinendum. Nunquam alia mea voluntas, nunquam alia ſententia fuit. Electores cum reputarent, libidinem plus quàm fidem valere, digreſſi à Cæſare, ad eos venerūt, quorum maximè conſilijs uteretur, inprimis Atrebatenſem epiſcopum: cum quibus acriter altercatum fuit. His fidem tum publicam, tum privatam tuentibus: illis mentem Cæſaris, & pacis verba interpretantibus: cum contentio in ſerum propè

Cæſaris reſpōſio.

Electores abeunt & cum Atrebatenſi expoſtulant.

propè perducta fuisset, Lantgravio illi per nuncium significant, præstitisse se, quod pridie promisissent. Egisse de hac re cum Cæsare, & quid is invicem respondérit: quid postea cum Attrebatensi, & alijs; Discederet ex arce, & urbe, si videretur, imperterritus. Ille reputans ex abitione fraudē, renunciari jussit, abiturū se quidem, si salvus in ditionem suam deduceretur. Oritur ibi ab integro novū certamen inter Cæsaré & intercessores duos, ut cui publica pax ad conveniendū cōcessa esset, eam ipsam eidem jure gentium ad discedendum negari non debere. Cùm hic eorum conatus frustrà desudatus, nihil æqui obtineret, biduo antè quàm Cæsar Halâ discederet, Lantgravio denunciari jussit, ut se proficiscenté comitaretur. Ille abnuit id se facturū, nisi vi obtorto collo inde abriperetur. Nova rursum hic difficultas perplexa, Electores sollicitos habuit, metu ne ad vim res erūperet. Hi Lantgraviū obtestātur, ut sponte id faceret, cū in victoris potestate esset, quod invitus, & sine gratia facere cogeretur. Amplectentes dextram insuper spondent in concione nobilium, se à Cæ-

Certamē inter Cæsarem & duos Electores ob captivitatem Hessi.

t sare,

ſare, niſi eo reſtituto, non abſceſſuros.
Vbi dies venit, cum Cæſare Numbur-
gum proficiſcitur. Ibi Heſſo per Carle-
bicium denunciant, ſe id agere, ut pro-
miſſi fidem præſtent. Sed cùm ipſi à Cæ-
ſare domos ſuas faceſſere, ne ad aure
obtundendo aſſiduò illi amplius odioſi
forent, juſſi eſſent, ac niſi abirent, velle
eum in Hiſpanias in cuſtodiam mittere,
præſentem neceſſitatem boni conſule-
ret, quòd longius non ſequerentur. Ita
tamen ſe accepiſſe, ſi imperatam pecu-
niam CL. aureorum millium ſolveret,
ac conditionibus dictis ſatisdederit, in-
tra quatuordecim dies eum dimiſſum in
Comitia Auguſtam edicta, quò Ordine
Imperij frequentes convenirent, in Ka
Sept. producta eſſe. Interea omne ſuun
ſtudium ac fidem prę ſtaturos. Ad ea Hel
ſus: Quod ad pecuniam cōficiendam, &
evertendas arces, non eſſe quòd labora
retur.

Simul omnes ſtatim arces, unâ e
ceptâ, dirui juſſit: machinas æneas, qu
bus illæ inſtructę erant, tradit: pecunia
imperatam, præſentem pependit: rat
hac obedientiâ perpetratâ, ſe brevi
bertate

bertatem suam redempturum. Cæsar tormenta Francfurtum, ubi armamentarium nobile habebat, ut prædam & hostium spolia per triumphi speciē secum aveheret, portari jussit. Ea quæ Wittenberga tradiderat, partim Mediolanum, partim Neapolim misit. Inde CC. Lantgravio adempta, C. è Gothâ avecta, præter parem minorum operum vim, quæ imperata confœderatæ civitates tradiderant, Mechliniam devexit. Reliqua in Hispanias, monumentum apud posteritatem ejus gentis nobile, transportavit. Hessus per Thuringiam, Hispanis armatis septus, Grevētalum (separatim enim custodiebantur Saxo & Hessus, ne quod colloquium, aut qua consilij communicatio esset) venit. Ibi tabulas fidei publicæ à Cæsare datas, & pactionis formulam Albano obtulit legendam: rogatq;, ecquid haberet, quod ad eas respondeat. Ibi Albanus satis ferociter, (ut est ea gēs asperior in summissos, & majori fortunæ assuetos) Cæsarem ejus deprecatoribus nihil præterquàm de perpetuâ captivitate promisisse. Suasor ad infringendam fidem ferebatur is tum fuisse. Quis ergo, Hessi cum Albano concertatio.

inquit Lantgravius, captivitatis meæ annorum circũſcriptus eſt numerus? Tum Albanus pari inſolentiâ ferociter: Ne contra promiſſi quidem fidem Cæſar victor fecerit, ſi vel XIV. aut amplius etiam annos te in cuſtodia detinuerit: quem tu terminũ illi ſtatuas? in poteſtatem nunc redactus? Pontifex Max. nuncio claræ victoriæ accepto, tam immodicâ lætitiâ perfuſus fuit, ut Carolum V. Cæſarem. Maximi & fortiſſimi, omnium Cardinalium plauſu & ſuffragijs appellatione decoraret. Per eos dies Saxonis captivi filius natu maximus ad Cæſarẽ, qui tum in Thuringa erat, patri imperatas conditiones comprobaturus, venit. Summa cum humanitate à Cæſare exceptus, auditis poſtulatis, rogatuſque ab eo fuit, num vulnera in capite ac manu accepta in prælio, obducta fuiſſent? Saxo adoleſcens comi illâ Cæſaris appellatione exhilaratus, facetè viciſſim Cæſari reſpondit. Indè Norimbergam Cæſar iter flexit, ut ad Bohemicum bellum, quod Ferdinãdus Rex perficere decreverat, ad quod fratri octo peditum Germanorum ſigna auxilio miſerat, è propinquo intentus

Pontifex R. Cæſari de victoria gratulatur.

centus esset. Rex Lætmericiæ acceptis ijs quæ à Cæsare circa Halam de Hesso acta essent, Pragensibus per literas mandavit, ut ad sextum diem Iulij, in arcem Pragensem, ad causam dicendam convenirent. Adfuit Rex ad dictum diem. In hoc cõventu eos acerbè majestatis reos agit, quòd cum communi hoste fœdus pepigissent, sumpsissentq; cum magno regni motu in se fratremq; arma. Iubet eos coràm ibi causam dicere, ne quid indicta causa decerneretur: seq; quod possent, expurgarent, quando factum inficiari non possent. Ibi primæ factionis proceres Pragenses culpam deprecari supplices, & Regis arbitrio se permittere. Rex à filio Ferdinando, & Augusto fratre Mauritij exoratus, has conditiones illis imperavit. Fœdus ictum cum Saxonibus rescinderet, tabulas immunitatum omnes in suam potestatem traderent, ut in ijs ipse quæ videretur corrigeret: alia aboleret, in quarum locum alias tabulas sufficeret. Tribuum quoq; & sodalitiorum tabulas, è quibus ceu fonte omnes tumultus coorti fuissent, tradi jussit. Arces dederent, tabulasq; fœderis cum Sa- *Pragenses in fidem recipiuntur.*

xone percussi. Super hæc vectigal cerevisiarum in annos tres imperatum, perpetuum esset. Ænea tormenta omnia, globos, pulverem tormentariũ omnem, quantum eorum in urbe esset, in arcem comportarent. Quantum bellicorum operum, armorum, telorumq; cives privatim haberent, in curiam conferrent. Hęc si obedienter imperata parati essent præstare, multitudini se parsurum dixit: præter quosdam, quos capitis anquirere, ut meriti essent, decrevisset. Quinquaginta captivorum, qui in carcerem ducti fuerant, dimissis, cum hæc ad populum relata fuissent, imperata fecerunt. Citantur causæ dicundæ gratia nobilium aliquot proceres, qui judicij ac pœnæ metu ex urbe aliò concesserunt, certo consilio, ne causam dicerent, & in vincula ducti de capite periclitarentur.

Pragensium exemplum aliæ civitates Bohemiæ sequutæ, & ipsæ imperata lubentes fecerunt. Caspar Pflugius, quem suprà summæ rerum Bohemici belli pręfectum fuisse à confœderatis memoravimus, cùm ad productum diem vocatus, ad dicendam causam non veniret, absens

absens majestatis damnatur: & in caput hominis tradenti, quinque aureorum millia decernuntur. Ad istum maximè modum procella, quam factio Bohemica in Regem excitaverat, sedata, è Lubeco legati ad Cæsarem venerunt. Hi fœlicitatem & victoriam gratulati, docuerunt, se neq; auxilia neq; stipendium adversus eũ hostibus misisse, neq; in fœdus Smalcaldicum discessisse, neq; conprobasse unquã. Respõsum legatis fuit, Cęsarẽ id gratum habere, & eos laudare: id quod ipsorum Reipubl. bonum & faustum esset futurum. Ijsdem temporibus Bremenses, qui nuper obsidione libertati, obstinati imperata facere abnuerant, per Danorum Regem ad perpetrandam pacem solicitè instabant. Hamburgenses legatione Norimbergam missa, & ipsi in gratiam recepti, noxam grandi pecunia luerunt. Saxo & Lantgravius à Cæsare aliquandiu per Germaniam circumducti, postremò in Brabantiam in triumpho ducti sunt: quorum ille Cæsarem captivus sequutus deinceps, hic verò Veterem Nerdam (oppidum id Flandrię est) in arcem ceu carcerem missus fuit.

Sed cum ea custodia liberior illi esse cœpisset, quàm tutum videretur, Mechliniam in arctissimam custodiam traductus venit: ubi ab Hispanis Argo vigilantioribus custoditus per aliquot annos, tanquam in exilium relegatus vixit: donec Cæsare Mauritianis armis ex Oenoponte in Carinthiam pulso, ambo in provincias suas remissi fuerunt.

Finis libri septimi & ultimi.

RERUM QVÆ IN HOC OPERE TRACTANtur memorabilium Index.

A.

Alexan-

INDEX.

t 5 *Bopfinga.*

C.

Decreta

Fiessa.

Grevan-

Hercules

INDEX.

Iohannes

M.

Mendoza.

Pragen-

Ad Lectorem.

Cum ob nimiam typothetarum inscitiam & festinationem non pauca σφάλματα & errata typographica irrepserint, benignus lector pro candore suo ipse corrigere ea non gravabitur. Tędiosum enim esset, nec etiam vacat, omnia expungere & annotare.

FINIS.